STATE LIBRARY OF PENNSYLVANIA
3 0144 00376616 9

CLASS SR 875.1 BOOK
C48314
VOLUME v. 4

PENNSYLVANIA
STATE LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
This project is made possible by a grant from the Institute of Museum and Library Services as administered by the Pennsylvania Department of Education through the Office of Commonwealth Libraries

https://archive.org/details/vol4operaexediti00cice

M. TULLII CICERONIS

OPERA.

VOL. IV.

M. TULLII CICERONIS

ORATIONES

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITÆ.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
Car. De Merouville Epistola Serenissimo Delphino	1
Præfatio Car. De Merouville . . .	3
Jo. Aug. Ernesti Præfatio . . .	5
Orationum Chronologia . . .	23
Elenchus Alphabeticus nonnullorum Scripturæ Compendiorum quæ in Varr. Lectt. occurrunt .	27
M. Tullii Ciceronis Orationes :	
Pro P. Quintio . .	31
Pro Q. Roscio Amerino . .	95
Pro Sex. Roscio Comœdo . .	178
In Q. Cæcilium . .	211
In Verrem Actio I. . .	250
Actio II. Lib. I. .	284
Lib. II. .	380
Lib. III. .	487
Appendicula Nic. Hortensii de Re Frumentaria Romanorum . . .	627
M. Tullii Ciceronis In Verrem Act. II. Lib. IV. .	639
Lib. V. .	735
Oratio Pro M. Fonteio . .	842
Pro A. Cæcina . .	871
Pro Lege Manilia . .	939
Pro A. Cluentio Avito . .	999

80333

		Pag.
M. Tullii Ciceronis De Lege Agraria	Oratio I.	1137
	Oratio II.	1155
	Oratio III.	1233
Oratio Pro C. Rabirio		1242
In L. Catilinam Oratio I.		1269
Oratio II.		1302
Oratio III.		1330
Oratio IV.		1357
Oratio Pro L. Murena		1383
Pro L. Flacco		1463
Pro P. Sulla		1549
Pro A. Licinio Archia Poëta		1613
Ad Quirites post Reditum		1646
Post Reditum, in Senatu		1671
Pro Domo Sua		1709
De Haruspicum Responsis		1823
Pro Cn. Plancio		1883
Pro P. Sextio		1977
In Vatinium		2109
Pro M. Cœlio		2148
De Provinciis Consularibus		2211
Pro L. Cornelio Balbo		2253
In L. Calpurnium Pisonem		2309
Pro T. Annio Milone		2397
Pro C. Rabirio Postumo		2487
Pro M. Marcello		2519
Pro Q. Ligario		2544
Pro Rege Deiotaro		2573
in M. Antonium Philippica I.		2603
II.		2636
III.		2731
IV.		2762
V.		2772
VI.		2810
VII.		2824
VIII.		2841
IX.		2864

Pag.
M. T. Ciceronis in M. Antonium Philippica X. . 2876
XI. . 2896
XII. . 2927
XIII. . 2947
XIV. . 2983
C. Sallustii Crispi in M. T. Ciceronem Oratio . 3007
M. Tullii Ciceronis, ut falso inscribitur, in C. Sallustium Crispum Responsio . . 3014
Ad Populum et Equites Romanos antequam iret in Exilium 3025
Oratio de Pace 3039
Fragmenta 3055
NOTÆ VARIORUM in Orationes:
Pro Publio Quintio . . 3093
Pro Sex. Roscio Amerino . . 3101
Pro Q. Roscio Comœdo . . 3108
In Q. Cæcilium . . 3113
In Verrem Act. I. . . 3126
Act. II. Lib. I. . 3140
Lib. II. . 3162
Lib. III. . 3169
Lib. IV. . 3181
Lib. V. . 3192
Pro M. Fonteio . . 3205
Pro A. Cæcina . . 3211
Pro Lege Manilia . . 3226
Pro A. Cluentio Avito . . 3233
De Lege Agraria Orat. I. . 3242
Orat. II. . 3246
Orat. III. . 3261
Pro C. Rabirio . . 3262
In L. Catilinam Orat. I. . . 3265
Orat. II. . . 3275
Orat. III. . . 3278
Orat. IV. . . 3281
Pro L. Murena . . 3284
Pro L. Flacco . . . 3296

Pag.

Notæ Variorum in Orationes :

Pro P. Sulla . . . 3302
Pro A. Licinio Archia Poëta . 3307
Ad Quirites post Reditum . 3310
Post Reditum, in Senatu . 3313
Pro Domo Sua . . 3317
De Haruspicum Responsis . 3328
Pro Cn. Plancio . . 3333
Pro P. Sextio . . 3341
In Vatinium . . 3354
Pro M. Cœlio . . 3358
De Provinciis Consularibus . 3363
Pro L. Cornelio Balbo . 3371
In L. Calpurnium Pisonem . 3376
Pro T. Annio Milone . 3389
Pro C. Rabirio Postumo . 3402
Pro M. Marcello . . 3409
Pro Q. Ligario . . 3412
Pro Rege Deiotaro . . 3417
Philippicam I. . . 3422
II. . . 3425
III. . . 3456
IV. . . 3459
V. . . 3459
VI. . . 3461
VII. . . 3462
VIII. . . 3463
IX. . . 3465
X. . . 3465
XI. . . 3466
XII. . . 3472
XIII. . . 3473
XIV. . . 3476
Fragmenta . . 3478

SERENISSIMO

DELPHINO

CAROLUS DE MEROUVILLE,

SOCIETATIS JESU.

Quærit patrocinium tuum, Serenissime Delphine, qui regibus quondam patrocinatus est Cicero, et ambit tibi subjici, qui olim reipublicæ Romanæ dominatus est. Quam ille ceteris orbis nationibus dicendi gloriam præripuit, hanc tibi consecrat; et instituendis oratoribus impendit, qui utcumque tuis laudibus prædicandis pares sint. Et vero quam latum illis, et illustrem campum aperis, qui Ludovici Magni filius es, et qui paternæ sapientiæ et fortitudinis miracula contemplando, te paribus præstandis assuefacis, ut te dignum tanto parente filium exhibeas! Etenim ejus sectando vestigia, quam breve et compendiarium iter ad gloriam sequeris, cum unus ille sit in orbe omnium instar, cui se conformare principes ceteri debeant, ut vere magni sint: unus quem imitari illos oporteat, ut omnium ad se populorum rapiant admirationem. Nam quid ab omni retro memoria sæculorum magnum aut admirabile gestum est, quod non ille gloriosius præstiterit? Qui tot victorias mira celeritate retulit, quot sunt in natura bellorum genera: qui ubique vicit, ubi hostes nactus est; quorum nullo negotio fregit impetus, cum junctis in eum viribus conspirarunt; quibus tum pacem dedit, cum eos pro-

fligare, et tam facile sui regni limites propagare poterat: cujus e nutu sic pendent Europæ nationes, ut e regĭa pedem efferre non possit, quin totæ contremiscant: quo regnante, sua reddita est legibus sanctitas; hæreseon pestes, ac mutuæ nobilium carnificinæ sublatæ; illustrata supra ceteros reges magnificentia, omnibus artibus dignitas conciliata. Hæc illa sunt laudum argumenta, quibus nunquam vel ad gloriam veterum heroum celebrandam, vel ad eloquentiam ostentandam præstantiora Cicero noster, vel reliqui post eum oratores invenerunt; quibus non inferiora in te posteritas mirabitur, SERENISSIME DELPHINE, imo nos jam admiramur; cum per te redditus sit literis splendor et amplitudo, quando te illis communicasti; et sic per te in aulam, unde pæne exulabant, admissæ sunt, ut jam regium sibi decus vindicent; quas ita pretiosas et amabiles omnibus effecisti, ut tuo nunc exemplo viri principes iis excoli gloriæ ducant: atque ut nihil eruditionis te lateret, simulque omnibus omnes doctrinarum fontes paterent, voluit LUDOVICUS MAGNUS, ut omnes disciplinarum magistri breviori quam antea, et faciliori commentariorum genere explicarentur; ut, quam ab eis eruditionem hauseras, illa regali beneficio ad omnes orbis populos pertineret. Quapropter quotquot auctores hactenus prodiere in lucem tuo nomine insigniti, tot illi gloriæ tuæ monumenta sunt, et veluti tot præcones, qui et quantus fueris, et quam liberalis et munificus erga omnes extiterit LUDOVICUS MAGNUS, prædicabunt, qui DELPHINO suo prodesse non potuit, quin orbi prodesset universo.

PRÆFATIO

CAROLI DE MEROUVILLE.

CICERONIS Orationes maximi post hominum memoriam oratoris opus istud continet, quas brevi et facili commentario illustrare conatus sum, ut juventuti, quæ ad eloquentiæ laudem aspirat, consuleretur. Hanc porro commentandi rationem primus excogitavit Carolus Sanctamauræus, Dux Montauserii, summo vir ingenio, ac natalium splendore illustrissimus, qui sic semper omnem præclaram eruditionem atque doctrinam cum scientia et usu rei militaris conjunxit, ut pari utriusque gloria ad amplissimos regni honores viam sibi fecerit: cujus sapientiam incredibilem tanti fecit LUDOVICUS MAGNUS, qui in sua providentia ac delectu nunquam fallitur, ut illum præ omnibus (quod unum ad tanti Ducis immortalitatem dixisse satis est) dignum judicaverit, qui informando SERENISSIMO DELPHINO præponeretur, et quem revera talem ac tantum instituit, qualem et quantum augustissimus parens optabat. In ejusdem laudis partem venit Jacobus Bossuetius, olim Condomiensium, nunc Meldensium episcopus, studiorum ejusdem SERENISSIMI DELPHINI moderator, cum eximia comitate et ingenio, tum summa eloquentia præditus; quem quoties e sacris pulpitis cum admiratione Lutetia! quoties agentem in sacris comitiis præsulum cœtus suspexit! quoties contra se scribentem hæresis formidavit! Promovit etiam non mediocriter illas elucubrationes, qui in eadem SERENISSIMI DELPHINI institutione secundas ab eo partes tenuit, Petrus Daniel Huetius Abbas Alnetensis, non minus suavitate morum et urbanitate singulari, quam omnium disciplinarum humanarum et divinarum cognitione clarus: cujus operibus in lucem

editis illustrata est Gallia, defensa religio, et nomen posteritati commendatum.

Quantæ autem utilitatis sit hæc commentariorum ratio, et quantum rei literariæ summi illi viri, qui illam invexere, profuerint, hinc videre licet, quod in omnibus Europæ regionibus a viris doctis voluptate pari et fructu legantur : quare est cur tot viris eruditis, qui in exponendis auctoribus versati sunt, tam bene collocatos labores gratuler, mihique non inutilem in Ciceronianis Orationibus explicandis operam posuisse videar, si pari emolumento sint. Fateor equidem tum superioribus sæculis, tum hoc nostro plures cum laude in illis exponendis versatos esse, a quibus multa me adjumenta accepisse non inficior : at cum alii alias orationes enodarint, vix unus omnes, nos universas complexi sumus. Ac primum quidem earum argumentum, personas de quibus in illis agitur, tempus quo habitæ sunt, et partes in quas dividuntur, proferimus, earum cuique subjecta analysi, in qua nude argumenta et rationes cum figuris, quibus orator utitur, exponimus, quo facilius inventionis et amplificationis ratio cuique innotescat : deinde si quid sit obscuritatis in vocibus, alias substituimus : denique notas addimus ad ea illustranda, quæ intelligendæ auctoris menti obesse possunt. Quare neque ab ovo res repetimus, neque in longas rerum citationes, quibus non tam sæpe mens auctoris explicatur, quam involvitur, neque in prolixas fabularum aut historiarum narrationes excurrimus, memores nos non mythologos aut historicos, sed interpretes Ciceronis esse.

JO. AUG. ERNESTI

PRÆFATIO.

In Orationibus cum maxime conspicua sit eloquentiæ Ciceronianæ vis et perfectio, sintque eædem plenæ rebus ad cognoscendum non modo utilibus, sed etiam necessariis; non est mirum, in iis et corrigendis et illustrandis si plurimorum ingenium et diligentia elaboravit. Id quomodo quisque, quibus adjutus librorum instrumentis, quo successu egerit, nec ab hoc loco alienum videtur, exponere, nec a studiis eorum quibus nostros in iis tractandis labores destinavimus. Nam et ad judicandum de nostra in his orationibus crisi proderit, et ad superiorum in eodem genere merita recte æstimanda.[a]

Primus[b] igitur Orationes Romæ per Sveinhemii et Panartii formulas, quotquot reperire in librorum scriptorum exemplis potuerat, in lucem protulit Jo. Andreas Aleriensis A. C. 1471.[c] Ejus

[a] [Conferri possunt J. A. Ernesti Narratio Critica de Editt. Oratt. Cic. in Opusc. Philoll. Critt. ed. secundæ p. 155. ss. Fabricii Bibl. Lat. I. p. 167. ss. et Harlesii Introd. in Notit. Lit. Rom. 8. T. II. p. 82. ss. *Beck.*]

[b] [Postquam Philippicæ Orationes jam Romæ aliquot annis ante fuerant editæ. *B.*]

[c] [Inscriptio hæc est: 'M. Tullii Ciceronis Orationes, quotquot reperiri potuere, studio et labore Jo. Andreæ collectæ et editæ' cum longa et erudita ejusdem præfatione ad Paulum II. In calce: 'Aspicis illustris lector quicunque libellos, Si cupis artificum nomina nosce (*sic*): lege. Aspera ridebis cognomina Tentona: forsan Mitiget ars musicis inscia verba virum. Conradus Sweynheym (*sic*) Arnoldus pannartzque magistri Rome impresserunt talia multa simul. Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo Huic operi aptatam contribuere domum. MCCCCLXXI.' (fol. maj. sine custod. sign. et pagg. num.) Ad calcem Epistolæ s. Præfationis, Jo. Andreæ episcopi Aleriensis in Corsica, quæ laudibus Romani oratoris plena est, quamque Quirinus de Optt. Scriptt. Editt.

editionis exempla et forma maxima sunt, et ea pulchritudine, quam pauca alia attingunt, pauciora superant. Ipse, quæ et qualia exempla fuerint, e quibus textum concinnarit, non dixit, nec omnino quid fecerit in eo constituendo: ceterum et multis aliis exemplis cognita viri diligentia, et res ipsa docet, ei non parum deberi, ejusque editionis exempla in delectu lectionum non parum momenti habere. Orationes hæc editio habet, quæ quidem extant, omnes, admistis etiam iis quas spurias hodie scimus esse, Sallustii in Ciceronem et hujus in illum, itemque hujus alteram, ad equites dictam ante quam in exilium iret. Ordo orationum non est ad temporis rationes factus, clauduntque agmen Verrinæ et Philippicæ. Hac editione neminem eorum, qui criticam operam his orationibus navarunt, usum reperi. Nam qui primam earum editionum memorant, Waldarferianam intelligunt, aut aliquam e proxime sequentibus. Omnino exempla Romana ex eadem officina neglecta reperi etiam in Epistolarum recensione, cum in ea parte operum Ciceronianorum omnium diligentissime laborarint critici, nominatim Victorius, ut in præfatione ad eam partem demonstrabimus; sive ignorabant illa exempla, sive nancisci ad usus suos non poterant, sive aliqua de causa dissimulabant. Mihi usum hujus exempli fecit Meermannus, illustris Gerardi Meermanni filius optimæ spei, e bibliothecæ paternæ copiis.

Eodem, quo Romæ facta est editio illa, anno, idem egit Ludovicus Carbo Venetiis, in officina Waldarferi, quæ primum hoc arte sua experimentum ibi fecit, pulchrum illud charta et literarum formis.[d] Fuit autem Carbo vir, pro illius temporis modo, ut

quæ Romæ prodierunt, p. 90. ss. ed. Schelhornii, repeti jussit, hæc legitur chronologica nota: ... 'Romæ natalis dominici MCCCCLXXI. Pontificatus vero tui anno septimo.' Implet illa quinque folia s. pagg. IX. sequenti VI. folio index habetur Oratt. LVII. (in quibus etiam Invectiva Sallustii in Cic.) quarum prima pro Lege Manilia, postremæ XIV. Philippicæ. Vid. Maittaire Ann. Typ. pag. 301. Laire Spec. Typogr. Rom. p. 167. Audiffredi Catal. Romm. Edd. Sæc. XV. p. 76. s. Panzer. Ann. Typogr. II. p. 424. De Bure Bibl. Instruct. T. I. p. 129. ss. *B.*]

[d] [Immo præcesserant anno MCCCCLXX. Cic. Libri tres de Oratore, et Epistolæ ad Familiares, in eadem Waldarferi offic. editæ. V. Panzer. T. III. p. 70. Orationes autem inscribuntur: M. Tullii Cic. Orat. XXX. Invectiva C. Sallustii in Ciceronem. M. T. C. Responsio contra Sallustium. Cic. IV. libri Invectivarum in Catilinam. In fine legitur: 'Germani ingenii quis non miretur acumen? Quod vult germanus, protinus efficiet. Aspice quam mira libros impresserit arte: Quam subito veterum tot monumenta dedit Nomine Christophorus: Valdarfer gen-

traditum est, egregie doctus, literis Latinis, philosophiæ atque theologiæ doctrinis, quarum omnium doctorem, theologiæ quidem ad extremum Perusiæ egit. Usus autem est exemplis scriptis paucioribus, quam Jo. Andreas Romæ, absuntque ab hujus editionis exemplis orationes pro Roscio Comœdo, Fonteio, Agraria tertia, itemque ea quam ad equites Cicero dixisse ferebatur, Verrinæ atque Philippicæ, quæ sejunctæ a ceteris orationibus esse et propriis voluminibus scribi sueverant. [primum spuria illa oratio, quam ad equites Cicero habuisse dicitur, in ed. Rom. 1471. legebatur. *B.*] Est autem hoc exemplum in nominibus inprimis valde vitiosum, itemque in aliis verbis. Sed inter illa ipsa vitia multæ tamen bonæ et meliores, quam in Romana, lectiones reperiuntur, atque etiam vitia ejusmodi, in quibus veræ lectionis vestigia sint: quæ lectiones, cum postea neglectæ, nec commemoratæ sint, ea exempla parum cognita fuisse, credibile est. Itaque interdum et pro conjectura ponitur a quibusdam, quod in ejus editionis exemplis reperitur: velut in Or. in Sen. post Red. c. 1. ubi omnes aliæ habent, *mentes angustæ, humiles, pravæ, oppletæ tenebris ac sordibus,* hæc habet, quod quidam conjecere legendum esse, *parvæ;* tum ad Quir. p. R. c. 3. ubi aliæ veteres habent *Dalmaticus,* hæc habet *Diademate,* vitiose quidem in fine, sed ut vera lectio *Diadematus* in oculos incurrat, quæ est in ed. Rom. item ut in Sen. p. R. 2. habet L. *Numio,* pro quo sequentes, ut Rom. habent *Mumio;* in quo veræ lectionis *Ninnio* vestigia sunt. Utriusque generis exempla plura in notis nostris reperient lectores.

Anno post Adamus Ambergensis Orationes Ciceronis edidit in eadem Venetiarum urbe: quam Grævius, qui ejus exemplum habuit, primam appellat, ceterum nec descripsit accurate, nec satis diligenter contulit cum vulgatis exemplis, ut infra demonstrabimus. Et dudum quidem conjeceram, eam esse repetitionem Waldarferianæ, quod, quascumque lectiones ex ea commemorat Grævius, eas in Waldarferiana repereram: nunc, exemplo ejus inspecto,

tis alumnus Ratisponensis gloria magna soli: Nunc ingens Ciceronis opus: causasque forenses Quas inter patres dixit et in populo; Cernis, quam recto, quam emendato ordine strinxit (struxit). Nulla figura oculis gratior esse potest. Hoc autem illustri Venetum perfecit in urbe Præstanti Mauro sub duce Christophoro. Accipite hunc librum, quibus est facundia cordi: Qui te Marce colet, sponte disertus erit. MCCCCLXXI. LODO. CARBO.' (h. e. Ludov. Kohl.) Vid. Clement. Bibl. Cur. VII. p. 151. s. Panzer. Annal. Typ. III. p. 78. *B.*]

quod e bibliotheca civitatis Noribergensis nactus sum, ita esse cognovi: non quo nihil ab ea discrepet, sed quod id est vel a vitio operarum, vel ejusmodi, ut id a correctore speciminum typographicorum profectum videatur, quod collatis aliquot orationibus cognovi. Ceterum illud habet præcipui, quod est illa multo correctior, eamque qui habeat, illa carere possit. Ignoraverit etiam oportet editionem Romanam, qui hanc curavit, quod eam non fecit auctiorem numero orationum: quod sine dubio fecisset, si illius notitiam et copiam habuisset.[e]

Ex hac Adamica, sive Waldarferiana, ducta est proxima, quæ Venetiis a. 1480. curata est per N. G. i. e. Nicolaum Girardengum: nam et paginæ ipsæ utriusque consentiunt, nec plures, nec alio ordine habet orationes, sed tamen ita, ut ab ea interdum discrepent ejus lectiones, ut v. c. in Orat. pro Rab. Post. in qua Waldarferiana valde vitiosa est: et in ea ipsa clara indicia sunt, eam a Waldarferiana ortam esse. Vid. not. ad c. 12. extr. Hanc tamen editionem Gruterus primam dicit ad Orat. in Sen. post Red. c. 6. in verbo *literas*, item ad Or. pro Cluent. c. 67. init. ubi lectionem commemorat ex editione, ut ait, omnium prima, quæ in nulla superiorum est, de eaque adeo intelligendus semper Gruterus, cum primam vel primigeniam commemorat, etsi lectio ipsa et in Waldarferiana vel Adamica reperitur, ut aliquot locis est, ut pro Cæcin. c. 10. et Rab. Perd. c. 2. Hujus editionis exemplum suppeditavit bibliotheca nostra Paullina.[f]

Proxima[g] huic est Brixiensis anni 1483.[h] Eam commemorari

[e] [Sunt tamen, qui putent ex Romana ed. esse correctam. Vid. quos laudat Panzer. Ann. Typ. T. III.' p. 93. Ceterum locus editionis non indicatur. Unde fuerunt, qui Romæ per Adamum Rot curatam esse statuerent, adversus quos satis disputavit Audiffred. Catal. Edd. Rom. p. 124. s. De aliorum erroribus in hac ed. Harles. l. l. p. 83. In fine leguntur hi versus: 'Hoc ingens Cic. opus ... populo. [ut in Wald.] Tu quicumque leges. Ambergæ natus ahenis Impressit formis. Ecce magister Adam. MCCCCLXXII.' (fol.) *B.*]

[f] [Inscribitur: 'M. Tullii Ciceronis Orationes. Venetiis per Nicolaum G. diligenter emendatæ et impræsæ. MCCCCLXXX. die X. Mart.' (fol.) Add. Morelli Catal. Bibl. Pinelli T. II. p. 183. *B.*]

[g] [Antecesserat selectarum Oratt. ed. Neapol. M. T. Ciceronis Orationes. Selegit Junianus Majus eques Neapolitanus et rhetor publicus. Impressæ per Matthiam Moravum, Neapoli 1480. anno parum salubri et Turcarum incursione infesto. fol. V. Denis Suppl. Maitt. p. 115. ... Editio autem Oratt. Cic. cum comment. Asconii Pædiani et aliorum, Ven. 1477. f. quam Harwood. ex vers. Ital.

videram a Grutero ad Verrin. II. 28. Catil. I. 2. Conjeci, exemplum ejus me habere, cum e Britannia accepissem exemplum Orationum sine l. et a. quod formas literarum similes esse videbam iis, quæ in antiquis editionibus Brixiensibus, nominatim Macrobii, essent, et indicium loci et anni ablatum esse, resecta in eo exemplo parte ultimi folii ima, in qua ejus notatio fuisset.[i] Nec me ejus conjecturæ pœnitet, cum nulla alia commemoretur ab ullo editio, præter hanc Brixianam, quæ hujus ætatis sit, ad quam hoc nostrum exemplum pertinere forma literarum arguit. Conjectura etiam me eo duxit, ut eam e Romana ductam putarem, quod eam ab Waldarferiana et Girardengiana discrepare videbam, non modo lectionibus pluribus, sed etiam orationum serie ac numero, cum ipsa haberet omnes, quæ ab illis abessent. Posteaquam exemplum Romanæ nactus sum, vidi ex ea totam ita ductam esse, ut etiam numerus foliorum consentiat, paginæ eædem sint, sitque tantum duorum versiculorum discrimen. Ceterum tamen quasdam lectiones ei proprias notavi, ab errore operarum atque etiam judicio editoris, interdum non recto, ut cum in Or. ad Quir. p. R. pro *Diadematus* dedit *Dalmaticus* ex alia editione, cum illam lectionem non caperet, item in Or. pro Leg. Manil. c. 1. et 15. ubi notæ videndæ: sed earum numerus est valde exiguus.[k]

Ab his porro Venetis et Brixiensi ceteræ fluxere, omnes illæ

Pinelli p. 185. commemorat, nescio an nemini visa fuerit. Aldinam 1472. ab Harwoodo Pinelliano non vidi memorari. (Harl. Not. p. 84.) *B.*]

[h] [Non ea vel a Maittairio vel a Panzero memoratur, ubi de Brixiensibus edd. agunt. Sed ab his (V. Panzer. T. IV. p. 112.) hæc editio laudatur s. l. et a. M. Tullii Cic. Orationes XXVIII. In fine: 'Finiunt orationes Tullii sumpte de exemplari vetustissimo diligentissimeque jam emendate et correcte per Dominum Guarinum Veronensem.' fol. Brixiensis autem esse videtur Veneta per Jac. Brixiensem, quæ ita inscribitur: M. T. Ciceronis Orationes cum Verrinis et Philippicis. Incipiunt absque titulo sic: PRO CN. POMPEIO ORATIO. In fine: 'Expliciunt Orationes Marci Tullii Cic. cum Verrinis et Philippicis: feliciter Impressæ. Venetiis per Joannem Forliviensem et Jacobum Brixiensem socios. Anno Dni. MCCCCLXXXIII. die vero VIII. Nov.'—Vid. Panzer. T. III. p. 191. *B.*]

[i] [In Opuscc. p. 160. copiose eam Ern. recensuit. *B.*]

[k] [Hic alia Veneta editio inserenda est: M. Tullii Cic. Orationes. In fine legitur: 'M. T. Ciceronis orationes feliciter expliciunt. Venetiis per Philippum Pinzinum Mantuanum summa cura ac diligenti studio impresse atque emendate MCCCCLXXXXIII. regnante serenissimo Augustino Barbadico Venetiarum Duce fælicissimo.' fol. Vid. Denis Supplem. Ann. Maitt. p. 341. *B.*]

plenæ, similiterque ordinatis ac digestis orationibus, ad Aldinam usque primam. Nam quod ab Juntinæ exemplis absunt Verrinæ et Philippicæ, illæ quidem separatim ac proprio volumine editæ sunt, ut post videbimus: et aliis editionibus, ut Venetis, Verrinæ Orationes ita subjectæ sunt, ut proprium titulum, et formam separati voluminis habeant: extantque et aliæ editiones Philippicarum solarum, itemque interdum solæ Verrinæ subjectæ sunt,[l] ut in Venet. 1495. 1499. Nam Venet. a. 1495.[m] et 1499. f.[n] ex officina Barth. Sam. de Portesio, iterumque 1499. per Ben. Hectorem, Bonon.[o] basin habent editionem a. 1480. in iis orationibus, quas illa habet, saltem illam primam 1495. quam ceteræ imitatæ sunt,

[l] [Verrinarum Oratt. hæ sunt edd. singulares: 1486. fol. sine l. teste Maittair. p. 479. ... Orationum M. T. C. Accusationum in C. Verrem incipit liber primus, quem excipiunt sex reliqui. In fine fol. 50. a. 'Explicit Opus M. T. Cic. contra Verrem impræssum Venetiis accuratissime per Barthol. de Zanis de Portesio. Anno MCCCCLXXXVI. die vigesimo sexto mensis Januarii.' fol. Vid. Panzer. T. II. p. 394. ... Secuta est editio 1495. de qua paulo post.

Philippicæ separatim editæ sunt Romæ 1472. apud Sweynheym. et Pannarz. .... Venetiis 1474. per Joh. de Colonia, Joh. Manthen de Gerezh, fol. ... Romæ sine anni indicio per Udalr. Gallum, 4. ... Et cum enarrationibus Francisci Maturantii Vicentiæ per Henr. de S. Urso 1488. ... Venet. 1494. per Jo. de Tridino. ... et ibid. 1499. per Barth. de Zanis de Portesio.

Ex editt. singularum Oratt. huc pertinent sequentes. M. T. Cicero pro Lege Manilia sive de laudibus Pompeii sive de Imperatore eligendo Oratio. s. l. et a. 4. Vid. Laire Ind. Typogr. I. p. 183. Panzer. IV. p. 112. ... M. T. Ciceronis Oratio pro Cn. Pompeio, editore M. Andrea Epistata Delitschensi. s. l. et a. fol. Catal. libb. Schwarz. II. p. 276. ... M. T. Ciceronis Orat. pro Lege Manil. Arch. Ligar. Marcell. et Deiotaro. Impress. Parisiis per Antonium Cayllaut MCCCCLXXXII. die XXI. April. 4. Vid. Maittair. p. 545. *B.*]

[m] [M. Tullii Cic. Orationes accusationum in Verrem et aliæ. In fine Verr. 'Explicit opus M. T. C. contra Verrem impræssum Venetiis accuratissime per Bart. de Zanis de Portesio.' Vid. Panzer. III. p. 374. *B.*]

[n] [M. T. C. Orationes M. T. C. Accusationum in C. Verrem. In fine Oratt.: 'M. T. C. Orationes fœliciter expliciunt. Venetiis per Bartholameum de Zanis de Portesio: summa cura atque diligenti studio impressæ atque bene emendatæ. Die XIII. mensis April. Currente 1499.' In fine Accus. in Verr.: 'Explicit opus M. T. C. contra Verrem, impressum Venetiis accuratissime per Bartholam. de Zanis de Portesio. 1499. Die XIIII. mensis Maii.' (Philippicæ separatim eodem anno prodierunt.) Vid. Bibl. Roloff. (Berol. 1789.) p. 73. T. I. et Panzer. III. p. 451. s. *B.*]

[o] [M. Tullii Cic. Orationes per Philippum Beroaldum recognitæ ac diligenter correctæ. Addita in calce oratione adversus Valerium, quæ hactenus incognita fuit. In fine: 'Impressit Benedictus Hectoris Bononiensis ea diligentia, qua si omnes formandis operibus uterentur,

sed in nonnullis locis e Romana vel Brixiana correctam, cui, ut opinor, propter raritatem parcebant, nec ejus exemplum perire volebant in officina per operarum manus. Editio quidem Veneta a. 1505. apud Christophorum de Pensis cum omnibus vitiis repetiit exemplum a. 1499. Hæ igitur editiones in judicio ac delectu lectionum nihil propriæ auctoritatis habent: cum illæ totæ pendeant e Waldarferiana et Brixiensi: quod et vel inde patet, quod in tabula orationum ordo est idem, qui in W. A. et G. et orationes, quæ ab iis absunt, pro Roscio Comœdo et Fonteio, extremæ ponuntur, non, quo Romana et Brixiensis habent, loco.

Inter hæc orationum harum nova exempla facta sunt per editionem operum Ciceronis universorum primam, h. e. Mediolanensem, a. 1498.[p] Ea vero secuta est manifeste exemplum Brixianum ita, ut eam habeat textus sui basin. Nam cum ea consentit plerumque in lectionibus insignioribus, tum bonis tum pravis, suntque admodum paucæ, in quibus ab ea in meliorem partem et ita dissentiat, ut aut e codice bene scripto, aut ab ingenii exquisita solertia dissensus natus esse videatur. Poggianum quidem codicem e Germania in Italiam illatum, e cujus apographis in superioribus editæ erant orationes quædam (vid. Apostoli Zeni Diss. Vossian. p. 43.) ab Minuciano, auctore hujus editionis, inspectum esse clarum est. Nam in hoc Mediolanensi exemplo ad calcem Orat. pro Rab. Perd. et initium calcemque alterius pro Roscio Com. admonitio diserta addita est de lacunis, et mentio exempli Poggiani, a quo eæ lacunæ ortæ sint, quod in codice antiquo, quem Poggius descripserit, duo folia abscissa fuerint: quam admonitionem repetit ed. Ascensii prima, quæ Mediolanense exemplum repetiit: ut in recensione editionum earum diximus, quæ universa Ciceronis opera habent. Quo loco non alienum fuerit, monuisse, quicquid in istis orationibus discrepant editiones primæ, id esse a varietate vel manuum, quæ illum Poggianum librum descripsere, vel a conjecturis, frustraque in iis jactari librorum scriptorum auctoritatem, ut qui ab eodem fonte omnes varie ducti sint. Non ignoramus, editionem Zaroti, Mediolanensem, commemorari, quæ ad hæc tempora pertineat: sed quia nobis eam videre et cognoscere non licuit, nihil de

bene cum literis ageretur. Bononiæ. Anno MCCCCLXXXXIX. Idibus Aprilis fol.' Vid. Panzer. T. I. p. 237. IV. 488. *B.*]

[p] [Cf. Panzeri Ann. Typogr. II. p. 88. s. ubi de singulis voll. monetur. *B.*]

ea pronuntiamus: etsi nostra nos conjectura ducit eo, ut ex illa ipsa Minuciana ductam suspicemur.[q]

Post Minucianam ergo prima Juntina commemoranda est, quæ Florentiæ a. 1515. 8. curata est per Nic. Angelium.[r] In forma universa quidem sequitur illa superiores Venetas, in quibus orationes pro Fonteio et Roscio Com. ultimum locum occupant: orationesque Verrinæ peculiari volumine comprehensæ, sed eodem anno expressæ sunt, propriaque cum præfatione, non Angelii, ut in illo, sed ipsius Phil. Juntæ. Quod autem ad textum orationum attinet, Angelius dicit, se castigatissimo A. Colotii codice usum esse, et aliis vetustissimis exemplaribus: quæ sine dubio typographica in-

[q] [Immo antiquior esse videtur. Certe Anton. Zarotus, Parmensis, alia Cic. opera prius ediderat, et Saxius Hist. Typogr. Med. p. 613. indeque Panzer. II. p. 95. censent eodem charactere, quo Zarotus a. 1480. Livii Hist. Mediolani describi jussit, editam esse. *B.*]

[r] [Inscriptio est: ‘M. T. Ciceronis Orationes Nicolao Angelio Bucinensi nuper maxima diligentia recognitæ et excusæ. Impressum Florentiæ sumtu Philippi Juntæ, anno DXV. e Christiana salute supra mille, mense Martii Leone X. Pontifice.’ 8. Continet Orationes XXIX. hoc ordine: 1. pro Lege Manilia. 2. pro Milone. 3. pro Plancio. 4. pro Sylla. 5. pro Archia poëta. 6. pro M. Marcello. 7. pro Q. Ligario. 8. pro Rege Deiotaro. 9. pro Aulo Cluentio. 10. pro P. Quintio. 11. pro L. Flacco. 12. de Reditu suo. 13. ad Quirites et Equites, antequam iret in exilium. 14. pro Domo sua ad Pontifices. 15. In Vatinium testem. 16. pro M. Cœlio. 17. pro Sexto Roscio Amerino. 18. pro L. Murena. 19. de Lege Agraria contra Rullum. 20. pro L. Cornelio Balbo. 21. de Responsis Haruspicum in L. Clodium. 22. de Provinciis Consularibus in P. et G. 23. pro Publio Sextio. 24. pro C. Rabirio perduellionis reo. 25. pro A. Cæcinna ad Recuperatores. 26. In L. Pisonem. 27. pro C. Rabirio Postumo. 28. pro M. Fonteio. 29. pro Roscio Comœdo. Vid. Bandinius de Florent. Juntarum typ. T. II. p. 82. ss. (ubi etiam Angelii præfationem exhibuit,) et 150.

Editio Verrinarum mense Januario jam prodierat, ita inscripta: ‘M. Tullii Cic. Verrinæ. Impressum Florentiæ opera et sumtu Philippi Juntæ. Anno a nativitate DXV. supra mille mense Janua. Leone X. Pontifice.’ 8. Juntæ præfationem idem Bandinius T. II. p. 75. repetiit. In ea legnntur hæc verba: ‘acri literatorum hominum judicio usi, et in his Nicolai Angelii Bucinensis, viri utriusque linguæ peritissimi, qui nuper collatis in unum plurimis antiquissimis exemplaribus M. T. C. in C. Verrem accusationes, in quibus Cicero adeo sui dissimilis erat, ut, si reviviscat, seipsum non agnosceret, maxima cura diligentiaque recensuit, plurimaque vulnera sanavit, si qua tamen desunt, id exemplarium mendis contigisse scias.’

Eodem anno, mense Septembri, separatim ap. Phil. Juntam editæ sunt Philippicæ Orationes a Nic. Angelio recognitæ, cum præfatione Bernardi Juntæ ad Nerlium scripta. Vid. Bandin. p. 93. T. II. *B.*]

telligit; nec alia intelligimus, quæ Junta commemorat, ab Angelio in Verrinis castigandis usurpata, per quæ, ut in superioribus, innumera vitia sublata sint: quæ est usitata illi ætati prædicatio, non illa nimis liberaliter intelligenda. Ceterum fatemur, nos in illa editione Orationum multas novas et bonas lectiones reperisse, quas etiam vidimus sæpe Victorium tacite secutum esse, qui profecto eam editionem non potuit ignorare. Itaque Grævius in talibus lectionibus interdum dicit, primum Victorium sic edidisse, ut v. c. Syll. 19. in verbo *regionibus*, cum Juntinam ille ignoraret, ut editores inde a Victorio omnes: quorum nemo hanc Juntinam editionem commemorat præter Gruterum, ad Verr. v. c. 62. sed reprehendendi causa, cum multis locis cum laude commemorare potuisset, si eo exemplo satis diligenter usus esset, aut alterum volumen habuisset. Ceterum animadvertimus, in nonnullis orationibus, ut in Pisonem, nihil proprium habere: unde intelligi posse arbitramur, eam orationem in codice Colotiano non fuisse. Verrinarum exemplum nuper demum accepimus in Batavis emtum: nec ea licuit nobis recensione uti in textu nostro concinnando. Philippicas ex eadem officina proditas non reperi: unde mihi videor colligere posse, exempla Romana, Brixiana et Mediolanensia, non habuisse Angelium; Verrinarum exemplo usum esse, sicut orationum universarum, Veneto Portesii, aut inde ducto, quod solas Verrinas adjunctas haberet.

Et hæc quidem primæ quasi ætatis series est. Nova series nascitur ab Aldina editione[s] operum Ciceronis prima 1519. sqq. ex

[s] [Separatim prodierunt Orationum volumina ita inscripta: ‘M. T. Ciceronis Orationum volumen primum. Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ soceri, mense Januario, 1519.’ 8.—Volumen secundum, mense Maio, 1519. 8.—Volumen tertium, m. Augusto 1519. 8. V. Serie dell’ edizioni Aldine p. 48. s. Sequentes editiones Aldinæ sunt: 1540. m. Octobri et 1541. III. voll. 8. apud Aldi filios ex emendatione P. Manutii. (ib. p. 73.) 1546. M. Tullii Cic. Orationes, voll. III. 8. corrigente Paulo Manutio, Aldi f. Venet. ap. Aldi filios. (ib. p. 81.) 1550. (repetita superior editio, ib. p. 93.) 1554. cum correctionibus P. Manutii, Venet. apud Paulum Manutium Aldi filium, III. 8. (ib. p. 98.) 1559. (ib. p. 108.) 1562. (ib. p. 112.) 1565. (ib. p. 120.) de cujus edit. præstantia vid. Harles. præf. vol. I. Oratt. Verr. p. IV. s. 1569. Apud Aldum Manutium Pauli filium (ib. p. 124.) 1570. prodierunt: Ciceronis orationum volumina III. cum correctionibus P. Manutii et annotationibus D. Lambini. Ex bibliotheca Aldina. 1570. 8. (vid. ib. p. 128.) Editæ vero etiam 1547. erant, præter expositiones Asconii Pædiani, Lucubrationes in Cic. Orationes, Venet. 1547. ap. Aldi filios, in fol. (ib. p. 87.) et a. 1552. In omnes Cic. Ora-

Andr. Naugerii recensione, de qua in recensione operum universorum dictum est. In orationibus quidem primum novus ordo inductus est ad rationem temporum, qui inde in omnes, quæ post factæ sunt, editiones venit. In textu autem, vidi, multa Naugerium correxisse, sæpe e Juntina, interdum e Waldarferiana, sive ejus aliqua imitatrice, sæpe etiam e conjectura, ut in aliis partibus fecit: de quo in recensione et operum universorum et oratoriorum librorum dictum est. Ceterum hæc editio etiam in orationibus basis facta est omnium editionum sequentium, nam si quis id editioni P. Manutii malit tribuere, ea quoque basin habet exemplum paternum, neque adeo aliud post factum est, ab editore quoque, quam ut textum Aldinum, pro facultate librorum, aut ingenii et doctrinæ, emendatiorem faceret, vel pleniorem: unde in omnibus Naugerianæ lectionis reliquiæ reperiuntur.

Sequitur, ut, quid secuti Aldum majorem editores operum universorum profuerint aut prodesse voluerint orationibus, dicamus. In quo possumus esse breviores, cum in operum universorum editionibus recensendis, quæ huc pertinent, dicta sint. Itaque hoc modo dicendum nobis videtur, primum in Cratandri, et post eum Hervagii editione, e codicibus Germanicis et lacunas plures expletas esse orationis pro Flacco et in Vatinium, et vero etiam loca quædam esse bene correcta per Mich. Bentinum, qui Cratandrinæ editioni præfuit: quæ pariter eodemque modo facta sunt in Hervagiana, qua lacunas quidem, in Sextiana, quæ ibi prope tertia parte auctior facta est. Observavi, permultas hujus editionis lectiones esse easdem in Victoriana, eodem tempore facta, nec modo bonas, sed etiam vitiosas, ut pro Fonteio, in *hominibus* pro *nominibus*, c. 4. In Cratandrina primum variæ lectiones e Mss. et

tiones doctissimorum virorum Lucubrationes accurate in unum volumen collectæ, locisque non paucis ad veritatem emendatæ, adjectis Q. Asconii Pædiani commentariis cum correctionibus Pauli Manutii prope innumerabilibus. Rerum ac verborum in iisdem lucubrationibus plenissimus index. Venet. Aldus 1552. fol. (vid. ibid. p. 93.) De editionibus commentariorum P. Manutii inferius monebitur.—Ceterum Andreæ Naugerii tribus voluminibus præfixæ et ad Leonem X., Petrum Bembum, et Jac. Sadoletum scriptæ præfationes, quæ in ed. Lambin. repetitæ sunt, nihil de præsidiis, quibus Naugerius fuerit usus, aut de legibus, quas in emendando secutus, continent.

Aldinam editionem secuta est Ascensiana. Orationes, diligentius recognitæ et aptiore serie repositæ, et ejusdem Epistolæ. Lutetiæ Paris. apud Badium Ascens. 1522. fol. *B.*]

edd. aut conjecturis virorum doctorum notatæ sunt, in marginibus illæ dispositæ: id imitatus est, Hervagianæ qui præfuit, sed ut ad calcem rejiceret earum libellum, parum quidem commode ad eruditorum hominum usus.

A Victorio, qui est his proximus, orationibus non multum operæ navatum est; nam et notarum prope nihil est, quod ad eas pertineat, et magis aliquem interdum locum arripuit, quem vel e libris editis, vel per conjecturam sanaret, quam totum corpus curavit: quod illi non minus quam epistolis præstare poterat, præsertim cum iterum opera universa ederet triginta prope annis post primam editionem. Unde fit, ut in orationibus quidem Ciceronis non multum novi adjumenti critici sit ab editione Victoriana. Et quoniam hanc editionem expressit Rob. Stephanus;[t] ab ejus etiam editione nihil spei datur critico, uti nec ab Gryphiana 1540. quæ et ipsa se Victorianam sequi profitetur; nisi quod Ferretus, Verrinas et Philippicas e libris veteribus se correxisse dicit.

Neque vero de editionibus Gryphiorum,[u] Car. Stephani, Camerarii, Paulli Manutii,[x] Sim. Colinæi,[y] Aldi junioris,[z] dicere atti-

[t] [M. T. Ciceronis Orationes, ex offic. R. Stephani. Paris. 1539. Editor in calce ipse docet, Victorium se esse secutum. Vid. Denis Merkwürd. d. Garell. Bibl. p. 433. *B.*]

[u] [In his est ea quæ inscribitur: 'Orationes denuo ex collatione optimorum codd. accuratissime castigatæ.' Lugd. ap. Seb. Gryphium, 1551. II. 8. *B.*]

[x] [Hoc loco de editionibus commentariorum P. Manutii breviter dicendum est. Is enim primum obsecutus consilio Bernardini Maffeii unam Cic. orationem pro Sextio, commentario suo illustratam, edidit Venet. 1556. 8. repetitam 1559. Vid. Serie dell' ed. Ald. p. 102. 109. Inde, postquam antiquitatis Romanæ corpus atque commentt. in Epp. Cic. absolverat, omnem operam impendit his commentariis in Oratt. Cic. atque 1572. Comment. in Orat. pro Archia poëta edidit ex ædibus prid. Kal. Octobr. Jac. Boncompagno inscriptum, auctore Richtero. (præfat. mox laud. Nam in Serie dell' ed. Ald. omittitur, contra ibi commemorantur p. 130. M. T. C. Orationes in M. Antonium cum commentariis P. Manutii, Venet. Ald. 1572. 8.) Intra triennium conscriptos et expolitos commentarios P. Manutius, morte abreptus, una cum Commentt. in Epp. ad Famil. reliquit filio edendos. Is eos in majore operum Cic. editione Tom. III. IV. et V. exhibuit. Primum Orationum volumen cum commentariis patris ab Aldo Manutio jun. inscriptum est Gregorio XIII. P. M. Venet. Kal. Sext. 1577. alterum Aloysio Estensi Romæ Id. Sext. 1579. tertium Francisco Medici M. Etr. duci Id. Dec. 1579. (In serie d. ed, Ald. p. 135. memoratur Paulli Manutii Aldi f. in M. T. C. Oratt. Commentarius, Ven. Ald. 1578. f. Sed de ipsa majore edit. Aldina Opp. C. a. 1583. absoluta, vid. ibid. p. 139.) Non ita multo post, 'permissu Aldi

net: cum nihil proprie orationes iis debeant: quid communiter cum aliis libris Ciceronis, eo, quem ante diximus, loco, demonstratum est: quod et de Lambiniana valet. Inter Gryphianas est una a. 1570. sq. facta, cui Jo. Mich. Brutus præfuit: ex ea ducta est editio orationum facta Antwerp. ap. Plantinum a. 1584. 8. [3. voll. 8. *B.*] cum Bruti notis: quæ docent, eum nullis libris scriptis usum esse, sed modo conjecturas vel suas vel aliorum attulisse, et delectum suo judicio fecisse; in quo inprimis favebat Lambino unde sæpe durius accipitur a Gebhardo et Grutero.[a]

Nam Gruterus quidem in editione illa sua celeberrima orationibus æqualiter cum ceteris libris omnibus operam navavit, usus codicibus egregiis, Palatino inprimis antiquissimo, quem ille dicit nonum, (vid. ad Orat. pro Syll. c. 2.) Turingico, qui Grævio Erfurtensis est, sive potius quibusdam ejus excerptis, et aliis. Libris quidem editis pluribus, sed nec omnibus, nec satis diligenter usus est, ut supra jam monuimus; in lectionibusque deligendis, nimis dum libris quibusdam addictus est, non satis elegans est, ut in universis operibus: de quo Gruteriani textus vitio alibi diximus. Ceterum Gruteriani nominis auctoritas fecit, ut textus ille orationum optimus haberetur, et vulgati nomen obtinuerit ad nostra

Manutii pro Germania' (ut inscriptio docet) nova editio, minutioribus literis, Coloniæ Agrippinæ apud hæredes Arnoldi Birkmanni parabatur, cujus primum vol. 1579. secundum 1581. tertium 1582. prodiit 8. Ceterum commentarii in oratt. pro Sext. et pro Archia, in editione integri operis aucti sunt et correcti. Jo. Geo. Grævius singulis Oratt. partibus Manutii comment. in calce adjecit, argumenta ejus Orationibus præfixit, sed ita negligenter versari operas passus est, ut multa loca corrumperentur, atque integræ annotatt. omitterentur. Æque vitiose comment. Manutii in Philipp. Oratt. Jo. Frid. Stubelius 1738. repeti jussit. Verbergius autem et Olivetus nonnisi delectum Manutt. observationum instituerunt. Integrum autem comment. in Oratt. diligenter correctum, lectoribus commodiorem redditum, atque indice et præfatione, qua de edd. et de consiliis, virtutibus vitiisque hujus Comment. docte disputatur, b. Richterus reddidit. Paulli Manutii Commentarius in M. Tullii Cic. Orationes. Curavit Christ. Gottl. Richterus. Lipsiæ apud Weidmanni Hær. et Reich. a. 1783. 8. maj. *B.*]

[y] [Paris. 1532. III. 12. *B.*]

[z] [De his vid. paulo ante dicta. *B.*]

[a] [Interea et Freigius notis, nunc parum utilibus, Oratt. illustraverat. M. T. C. Orationes omnes, perpetuis notis logicis, arithmeticis, ethicis, politicis, historicis antiquitatis illustratæ per Jo. Thom. Freigium. Francof. 1592. Hanoviæ, Typ. Wechel. Vol. I. 1602. II. III. 1603. 8. Francof. 1624. et 1656. et 1654. Cum analysi Freigii, quam singulis Oratt. præmisit atque in marg. annotavit; accurante Joh. Gerh. Arnoldo. Francof. ad M. 1698. 8. *B.*]

usque tempora, præsertim postquam et a Jac. Gronovio repetitus est.[b] Et hæc quidem de exemplis orationum inter cetera Ciceronis opera: quibus addat, qui velit, Verburgianum et Olivetanum, itemque nuperum Lalamantii: ad Grævium veniamus, qui universa quidem opera Ciceronis edere voluit, sed tantum partes principes absolvit: in his Orationes, quas sex voluminibus Amstelodami edidit, nova, nec ante ipsum in Ciceronis libris usurpata ratione.[c]

Ac textum quidem ipse suo modo ac judicio constituit: in quo pluribus ille scriptis libris usus est, Erfurtensi maxime et Dresdensi in iis quidem partibus, quarum exemplum illi habebant, excerptis inde acceptis per amicos: libros ipsos non in manibus habuit. Tum exemplis editis usus est ex antiquo genere, nec multis adeo, nec optimis, nec accurate et constanter: multaque ignoravit, quæ erant in illis ipsis, quos in manibus habebat, libris: id quod et in Grutero notavimus. Unde fit, ut interdum in nullo libro esse dicat, quod nos in non uno reperimus. Causam hujus vitii fuisse puto non in ipso, sed in eo cui collationem librorum cum vulgatis exemplis mandasset: nam libellis quidem variarum lectionum, cuique volumini subjectis, nihil negligentius in hoc genere factum vidi. Eademque et aliis viris doctissimis fraus facta est, qui non ipsi libros eosque constanter conferrent in textu constituendo, sæpeque optimæ lectiones latuerunt eos, cum alienis, hominum mercenariorum, certe alienam rem acturorum oculis et diligentiæ rem commisissent. Itaque mihi hanc legem semper scriptam habui, ut ipse in his rebus meis oculis viderem, qua lege servanda multa tum in aliis

[b] [Post Grut. prodierunt hæ edd. Oratt. 1. Wecheliana, Hanov. 1630. ad Manut. et Brut. conformata cum select. annotatt. et castigg. in calce. 2. Coloniensis 1621. cur. Andr. Schotto, cum sel. variorum commentt. III. 8. 3. Tomus tertius Oratt. Cic. (ab orat. pro Sextio incipiens) cum copiosis Nic. Abrami notis, Paris. 1631. f. 4. in usum Delphini, cum interpretatione et notis Caroli Merouville, Par. 1684. III. 4. *B.*]

[c] [Inscribuntur ita: 'M. Tullii Cic. Orationes ex recensione Jo. Geo. Grævii, cum ejusdem animadversionibus et notis integris Franc. Hotomanni, Dionysii Lambini, Fulvii Ursini, Pauli Manutii, ac selectis aliorum, ut et Q. Asconio Pediano, et Anonymo Scholiaste. Qui præter hos accesserint interpretes singulis orationibus integri, videbis post allocutionem ad lectorem Tomi hujus primi. Tomi I. Pars I. Amstelod. 1699. (mutato, ut videtur, anni indice), T. I. P. II. 1695. Tomi II. P. I. 1699. P. II. 1696. Tomi III. P. I. 1699. (ubi in titulo additur: Accedunt fragmenta oratt. Cic. perditarum ex Asconio et aliis scriptoribus collecta.) Pars II. 1698.' *B.*]

libris, tum in his Ciceronianis vidi, quæ nec alii ante me viderunt, nec alius viderit, qui non satis armatus patientia et constantia ad hunc laborem accesserit. Ceterum fateor, textum Gruterianum, sive vulgatum, a Grævio non paucis locis bene mutatum esse, unde et ipse ejus correctiones sæpe sum secutus. Quod ad notas attinet, interpretibus et orationes intelligere cupientibus destinatas, præter Asconii et alius antiqui Grammatici scholia, optimorum interpretum, Hotomanni, qui et a critica parte orationibus plurimum profuit, et libro antiquo adjutus et judicio egregio, Lambini et P. Manutii integros commentarios, aliorumque vel in singulas orationes notas, vel delectas addidit. Ipsius quidem ex hoc genere valde bonæ pleræque sunt, inprimis ad exquisitæ Latinitatis intelligentiam utiles. Hotomanni commentarius primum prodiit Paris. a. 1552. f. iterum castigatus denuo 1554. desinit in orat. pro L. Manilia.

Post hunc neminem reperi, qui orationes universas separatim ediderit ad criticorum et interpretum usum: nisi ex hoc genere est ea, quam Marc. Antonius Ferratius curavit Patav. 1729. 8. Voll. 4. cum argumentis, analysi, et animadversionibus. Non contigit mihi ejus usus: nec eam habere valde aut videre cupii, qui ex ipso titulo videbar intelligere, eam pueris destinatam esse: ceterum illum orationibus Ciceronis prodesse in altero genere, quod eruditis destinatur, instituisse in Epistolarum libris sex in orationes Ciceronis, Venetiis a. 1738. 4. editis, id vero non tacendum est: nec tamen possum dicere, ab eo mihi in rebus multis, præsertim ad criticam rationem pertinentibus, satisfactum esse.[d]

Restat, ut aliquid de Philippicis separatim dicamus, quando eæ a pluribus separatim curatæ et editæ sunt. Et initium quidem ita edendi Romæ fecisse arbitror Ulr. Gallum, cum præfatione Jo. Campani: cujus exemplum videre mihi non contigit. Sed quoniam eodem tempore easdem ad calcem ceterarum orationum edidere Sveinhemius et Pannartius; vix dubitem, hos Galli exemplum repetiisse: in qua re nos certum docere potuisset Quirinus Cardinalis, si in libro, de Optimis Scriptorum Editionibus, ubi p. 232. Sveinhemianum exemplum primum facit, voluisset nos docere, an et quid interesset inter utrumque exemplum; quod illi facile erat

[d] [Inscribuntur ita: 'M. Ant. Ferratii Epistolarum libri sex, in quibus omnia fere quæ in Orationibus M. Tullii dubia occurrunt, polemice illustrantur. Venetiis 1738. 4.' *B.*]

factu, cum sine dubio utriusque editionis exemplum sit in Vaticana aut aliis Romanis bibliothecis. Editæ post sunt Venetiis 1474. f. a Jo. de Colonia, quam editionem, nuper in Batavis emtam, cognovimus meram esse Romanæ illius, Sveinhemianæ, repetitionem. Secuta est Vicetina a. 1488. f. cum Maturantii commentario, cujus commemoratio, nescio quomodo, nuper in Bibliotheca Fabriciana excidit, cum ipsi habeamus a sat longo temporc ejus exemplum. Hujus textus item rarissime ab illa abit, sed abit tamen aliquibus locis, vel correctis vitiis evidentibus operarum aut librariorum, vel novis lectionibus inductis a Maturantio, qui et in præfatione ait, se plura vitia sustulisse. Eam secuta maxime videtur Mediolanensis, quæ correctiones quasdam cum ea communes habet. Vid. e. c. XIV. 11. Primi quidem de textu harum orationum insigniter meruere Hieronymus Ferrarius, Muretus, et Faërnus, usi Vaticano antiquissimo et optimo libro, itemque aliis: nec tamen a conjecturis illi alieni; eorumque, præsertim Faërni, correctionibus a Græ-vio multis locis textus vulgatus emendatior est factus. Nam Gruterus quidem istorum virorum notas videtur ignorasse: neque enim antiquissimo libro Vaticano nihil tributurus erat.

Ita expositis et descriptis præsidiis omnibus bene concinnandi textus Ciceroniani, quæ quidem a libris editis esse possunt; antequam ad alterum genus, quod in libris scriptis est, progrediamur, quæ pars illorum præsidiorum nobis suppeditaverit, videtur dicendum. In quo vere licet dicere; majores nos superioribus omnibus copias habuisse. Nam et ipsi, amore Ciceronis a pueris capti, qui, scriptis illius per annos multos legendo interpretandoque tractandis, factus est ita et magnus et constans, ut vix credam majorem esse in quoquam posse, a multis annis ex omnibus regionibus, ubi literis honos est, conquisivimus exempla, præsertim antiqua et ad crisin utilia, nec in eo ullis sumtibus pepercimus, dum studio nostro satisfaceremus: atque in eo et favit nobis fortuna, sæpe in manus non cogitantibus deferens, per occasiones varias, ejus generis exempla: denique nobis ad præscntem usum exempla quædam rariora suppeditata ab aliis sunt, ut supra commcmoravi: sicut et in aliis partibus librorum Ciceronianorum factum est. Itaque nobis, in hac quidem parte, nihil defuit, quod aut necessarium nobis aut opportunum ad institutum nostrum esset, nulla editio, quæ usum aliquem haberc criticum videri posset, inde ab Romana: iisque usi

sumus sic, ut supra diximus, libros veteres critico esse tractandos; id quod et superior illa recensio exemplorum omnium, et notæ nostræ docebunt. Nec vero parum iste labor nobis profuit, ut in his orationibus, ita in ceteris libris, non modo in hanc partem, quæ inprimis spectatur, ut materia delectus congereretur idonea, sed etiam ut conjecturæ nostræ, quas ex rerum et linguæ natura feceramus, firmarentur: de quo toto genere in universum dictum est in præfatione operis hujus universi. Sed hæc pars operis et usus critici libris editis communis est cum scriptis, de quibus, restat, ut dicamus.

Codices ii Orationum, e quibus primæ editiones ductæ sunt, quales fuerint, cujus ætatis, non sane constat. Si habuissent earum auctores totum orationum, quas habet quæque, corpus, uno volumine comprehensum; recentes admodum fuisse certum esset. Nam in utroque exemplo insunt eæ, quas primus illo sæculo Poggius e Germania in Italiam attulerat. Sed ut nunc nullus, quod sciam, codex scriptus reperitur, qui omnes habeat,[e] sic et illo tempore per plura volumina dispersas fuisse orationes ac distractas non potest dubitari. Neque enim multi omnes orationes usibus suis aptas, sibique legendas putabant: sed pro suo quisque consilio et studiorum instituto descriptam aliquam earum partem habebat. Itaque et nunc in bibliothecis codices scripti reperiuntur, vario, sæpe perexiguo orationum numero. Inprimisque sæpe et a multis describebantur orationes eæ, quæ essent studiosis eloquentiæ aptissimæ, hoc est, faciliores ad intelligendum atque etiam elaboratiores et pulchriores ab verborum, figurarum, locorum communium copia, et numerorum concinnitatisque suavitate, ut Maniliana, Miloniana, pro Archia, Marcello, &c. unde et hæ ipsæ sunt emendatiores.[f] Quæ autem essent difficiliores ab argumento et aliis causis, earum raro exempla nova fiebant, quippe tantum doctioribus, et in his quoque, ut nunc est, paucis legi solitæ. Itaque et nunc harum talium orationum scripta exempla rara sunt; eaque causa est, quare eæ orationes minus emendatæ sint, habeantque difficiliorem ceteris emendationem; interdum nec intelligi, nec corrigi possint.

[e] [At vid. supra codd. Angl. recensio. *B.*]

[f] [Atqui ipsa exemplorum frequens descriptio tamen multos peperit novos errores. *B.*]

Interim bene haberet, si emendatiores satis diligenter a multis legerentur, atque etiam ceteræ a doctis hominibus non negligerentur nimis: nam satis esset ea, quæ sine vitio sunt, hoc est, maximam partem, legi atque intelligi. Nec vero ea difficultas homines doctos, et in criticis rebus recte exercitatos, deterrere ab emendandi et interpretandi studio et cura debet, si forte libros vel non cognitos ante, vel parum diligenter usurpatos reperiant, per quos mederi vitiis inveteratis possint, vel ingenii quædam felicitas aut subtilitas offerat, quod libri negarint. Sed ad libros nostros veniamus. In apparatu igitur nostro librorum, quo ad has orationes recognoscendas instructi venimus, fuere tres scripti, e bibliotheca Guelferbytana liberaliter nobis suppeditati. Primus habebat Verrinas priores, non ille valde antiquus, sed tamen satis bonus, inprimisque ita sæpe consentiens ei, qui apud superiores criticos Cujacianus, nunc, posteaquam in regiam Parisiis bibliothecam venit, Regius appellatur; sive descriptus ille ab hoc, sive ab alio quo, ex illo fonte derivato. Nec ille nihil nobis profuit ad textum constituendum. Alter aliquot orationum codex in membrana quidem scriptus erat, sed illo junior, qui, si non admodum ad emendandum, tamen subinde ad veram lectionem firmandam profuit. Tertius fuit Philippicarum Orationum, utroque illo antiquior, sæculi undecimi aut sequentis: nam in hoc genere non definiri præcise tempus potest, cum scripturæ forma non singulis sæculis variaverit, ut bene demonstrant novi tractatus diplomatici auctores. Sed in his orationibus etiam usus sum varietate lectionis e codice scripto Bibliothecæ Lugdunensis in Batavis, quem olim cum textu Græviano contulerat P. Burmannus major, itemque e codice Huydecoperiano, cum eodem textu collato a P. Burmanno secundo V. C. utraque illa ab hoc mihi, pro ejus in me benevolentia, suppeditata. Codex Lugdunensis desinit in oratione octava. Omnes autem hi codices habent lacunas quasdam, duas in his majores; alteram a quintæ c. 12. verbis, *Quamobrem P. C.* ad clausulam usque orationis sextæ: Guelferbytanus et Huydecoperianus alteram in oratione decima a principio c. 4. ad quinti initium, quam et Grævius in suis libris reperit. Ex quo intelligitur hos codices ab eodem fonte fluxisse. Lugdunensis in octava oratione desinit, Guelferbytanus in XIII. 9. quæ XIV. numeratur, quia e tertia duæ factæ sunt. Ab eodem viro celeberrimo accepi excerpta e codice Huydecoperiano

ad Verrinas et duas alias orationes, sed sero, cum eæ jam prela reliquissent. Nec tamen committam, ut frustra nobis eorum usus oblatus videatur.

Hæc fere sunt, quæ de hac parte recensionis nostræ dicere habui. Opto vehementer, ut judicibus idoneis bene positus in hac parte operum Ciceronianorum labor noster videatur. Scr. d. XXII. Nov. A. C. 1773.

ORATIONUM CHRONOLOGIA,

AD FR. FABRICII ET ANDR. SCHOTTI RATIONES EXACTA.

Anno U. C.	Anno Cicer.	Consules Rom.	Orationes.
672	26	M. Tullius Decula. L. Cornelius Dolabella.	CICERO causas agere cœpit publicas, ut in Bruto ait. Privatam pro QUINTIO apud Aquillium Gallum egit, an. agens sextum et vicesimum.
673	27	L. Cornelius Sylla Felix, II. Q. Cæcilius Metellus Pius.	SEX. ROSCIUM parricidii reum defendit, anno ætatis XXVII. quo et Demosthenem Athen. oratorem dicere cœpisse *κατὰ Ἀνδροτίωνος*, observat Gellius XV. 28.
674	28	App. Claudius Pulcher. P. Servilius Vatia Isauricus.	
675	29	M. Æmilius Lepidus. Q. Lutatius Catulus.	
676	30	Mamercus Æmilius Lepidus. D. Junius Brutus.	
677	31	Cn. Octavius. C. Scribonius Curio.	Pro Q. ROSCIO COMŒDO dixit. Quæstor creatur.
678	32	L. Octavius. C. Aurelius Cotta.	
679	33	L. Licinius Lucullus. M. Aurelius Cotta.	
680	34	M. Terentius Varro Lucullus. C. Cassius Varus.	

Anno U. C.	Anno Cicer.	Consules Rom.	Orationes.
681	35	L. Gellius Poplicola. Cn. Corn. Lentulus Clodianus.	
682	36	Cn. Aufidius Orestes. P. Cornelius Lentulus Sura.	
683	37	M. Licinius Crassus. Cn. Pompeius Magnus.	Ædilis curulis creatur. In Q. Cæcil. et in Verrem.
684	38	Q. Hortensius. Q. Cæcilius Metellus Creticus.	Pro M. Fonteio dixit, et pro A. Cæcina. Ædilitatem gerit.
685	39	Marcius Rex. T. Cæcilius Metellus.	
686	40	C. Calpurnius Piso. M' Acilius Glabrio.	
687	41	M. Æmilius Lepidus. L. Volcatius Tullus.	Prætor Cicero Legem Maniliam suasit : dixit et pro A. Cluentio Avito.
688	42	L. Aurelius Cotta. L. Manlius Torquatus.	
689	43	L. Julius Cæsar. C. Marcius Figulus.	
690	44	M. Tullius Cicero. C. Antonius Nepos.	Agrariæ tres. Pro C. Rabirio, perduellionis reo. In Catilinam, quatuor. Pro L. Murena.
691	45	D. Junius Silanus. L. Licinius Murena.	Pro P. Corn. Sylla.
692	46	M. Pupius Piso. M. Valerius Messala.	Pro Archia Poëta.
693	47	Q. Cæcilius Metellus Celer. L. Afranius.	
694	48	C. Julius Cæsar. M. Calpurnius Bibulus.	Pro L. Flacco.
695	49	A. Gabinius. L. Calpurnius Piso Cæsoninus.	His Coss. adjutantibus, M. Tullius a P. Clodio in exilium ejectus.

Anno U. C.	Anno Cicer.	Consules Rom.	Orationes.
696	50	P. Corn. Lentulus Spinther. Q. Cæcilius Metellus Nepos.	De Reditu suo, et in Senatu, et ad Quirites. Pro Domo sua, ad Pontific.
697	51	Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus. L. Marcius Philippus.	De Haruspicum Responsis. Pro P. Sextio. In Vatinium. Pro L. Cornelio Balbo. De Provinciis Consularibus. Pro M. Cœlio.
698	52	Cn. Pompeius Magnus, II. M. Licinius Crassus, II.	In Pisonem.
699	53	L. Domitius Ahenobarbus. App. Claudius Pulcher.	Pro Cn. Plancio, et pro C. Rabirio Postumo.
700	54	Cn. Domitius Calvinus. M. Valerius Messala.	Augur fit Cicero.
701	55	Cn. Pompeius Magnus, III. sine collega.	Pro Milone dixit.
702	56	Serv. Sulpicius Rufus. M. Claudius Marcellus.	Provinciam Ciliciam sortitus Cicero, eo proconsul proficiscitur.
703	57	L. Æmilius Paulus. C. Claudius Marcellus.	
704	58	L. Cornelius Lentulus. C. Claudius Marcellus.	
705	59	C. Julius Cæsar, II. P. Servilius Vatia Isauricus.	
706	60	C. Julius Cæsar, II. Dictator. M. Antonius, Mag. Equit.	
707	61	C. Julius Cæsar, III. M. Æmilius Lepidus.	Habita oratio pro Marcello, et pro Q. Ligario.
708	62	C. Julius Cæsar, III. Dictator. M. Æmilius Lepidus, Mag. Equit. Eodem anno C. Julius Cæsar, IV. sine collega.	Dixit pro Deiotaro rege ad Cæsarem.

Anno U. C.	Anno Cicer.	Consules Rom.	Orationes.
709	63	C. Julius Cæsar, v. M. Antonius.	Philippicam primam et tertiam habuit in senatu; quartam ad Quirites: secundam scripsit, non habuit.
710	64	C. Vibius Pansa. A. Hirtius.	Quintam Philippicam dixit in senatu, sextam ad Quirites, septimam et reliquas in senatu. Interficitur a M. Antonio VII. Id. Decemb.

ELENCHUS ALPHABETICUS

NONNULLORUM SCRIPTURÆ COMPENDIORUM QUÆ IN VARR. LECTT. ORATIONES AD OCCURRUNT.

Ald.	Editio Aldina Ciceronis Operum anni 1502.
Ambros.	Codex Ambrosianus, quo usus est Amedeus Peyronius.
Amst.	Codex membran. in Bibliotheca Amstelodamensi; a J. G. Grævio collatus.
Ascens.	Editio Ascensiana Ciceronis Operum, Paris. 1511.
Ascon.	Asconii Pediani Explanatio in quasdam Ciceronis Orationes, Venet. 1563.
Barber. 1.	Codex Barberinus, quo usus est Gasp. Garatonus; et cui a. 1426. librarius ascripserat.
—— 2.	Alter codex, ab eodem collatus; et cui a. 1405. librarius ascripserat.
Bav.	Ms. Bavaricus, cujus diversitatem lectionis Th. Chr. Harlesius misit ad Gasp. Garatonum.
Beck.	M. Tullii Ciceronis Orationes; edidit Chr. Dan. Beckius. Lips. 1795.
Beier.	Oratio pro M. Æmilio Scauro, ex recensione Car. Beieri.
Bergeri Ms.	Variæ Lectiones Naugerianæ editionis ex unico exemplo Bibliothecæ Regiæ Parisiensis, a Julio Bergero descriptæ, et quas in sua editione commemorat Jo. Casp. Orellius.
Bern.	Codex Bernensis, sæc. x. cujus diversitatem lectionis notavit Jo. Casp. Orellius.
Brix.	Editio Brixiensis, Venet. 1483.
C.	Codex chartaceus anni 1450. in Bibliotheca Bodleiana, Oxoniæ. A Th. Hearnio collatus.
Cam.	Ciceronis Opera, per Joach. Camerarium; Basil. 1540.
Clerici Mss.	Mss. quos N. Clericus ad Dion. Lambinum misit.
Colon.	Codex, quem Janus Gulielmius contulit.
Colot.	Codex A. Colotii, quo usus est Nic. Angelius.
Crat.	Andr. Cratandri editio Ciceronis Operum, Basil. 1528.
Cujacii Ms.	Codex Jac. Cujacii, qui postea Regius appellabatur.
Dresd.	Ms. Dresdensis, collatus a Gothofr. Grævio, qui varias lectiones misit ad fratrem suum J. G. Grævium.

Duisb.	Codex Duisburgensis, quem contulit J. G. Grævius.
Ed. 1472.	Editio Ciceronis Orationum anni 1472. nullo addito loco ubi prodiit.
Erf.	Codex Erfurtensis, quo usus est J. G. Grævius.
Erl.	Codex in Bibliotheca Erlangensi Academica: ab Ernestio collatus.
Ern.	Editio Ciceronis Operum, ex recensione Jo. Aug. Ernesti. Halæ, 1820.
Faërn.	Editio Faërniana, Romæ, 1563.
Falkenb.	Ms. Falkenburgii, codex S. Victoris; cujus diversitatem lectionis Janus Gruterus notavit.
Flor.	Codex Florentinus, quem contulit Jac. Gronovius.
Franc. 1. 2. 3.	Tres codices Petri Francii, quorum primus et tertius erant membranacei, alter chartaceus. A J. G. Grævio collati.
Garaton.	Ciceronis Opera, ex recens. J. G. Grævii, cum Notis Variorum. Edidit Gasp. Garatonus. Neap. 1777.
Gembl.	Codex Gemblacensis, quem citat Janus Gruterus.
Græv.	Ciceronis Orationes, ex recens. J. G. Grævii, cum Notis Variorum. Amstel. 1695—1699.
Græv. 1. 2.	Duo codices a J. G. Grævio collati.
Grut.	Editio Jani Gulielmii et Jani Gruteri, Hamb. 1618.
Gud.	Excerpta Ms. quem J. G. Grævio præstitit bibliotheca Marq. Gudii.
Guelf. 1. 2. 3.	Tres codices Guelferbytani, quorum diversitatem lectionis notavit J. A. Ernestius.
H.	Codex membranaceus Oxoniensis, a Th. Hearnio collatus.
Harles.	Ciceronis Orationes Verrinæ, per Theoph. Chr. Harles. Erlang. 1784.
Hervag.	Editio Ciceronis Operum, Basil. 1534.
Heumann.	Quædam Ciceronis Orationes, per Chr. Aug. Heumann. Isenaci, 1735.
Heusinger.	Duæ Orationes Ciceronis, per Jo. Mich. Heusingerum. Isenaci, 1739.
Hittorp.	Codex Hittorpianus, quem citat Janus Gruterus.
Hotom.	Franc. Hotomannus in ejus Commentario ad Ciceronis Orationes, Paris. 1554.
Huldr.	Frid. Sal. Huldrici Programma, Turici, 1813.
Huyd.	Codex Balthasaris Huydecoperi, ab Ernestio citatus.
Jannoctian.	Varietates veteris cujusdam codicis Franc. Puccii, quas Donatus Jannoctius ascripserat volumini Orationum, Venet. 1540. a Paulo Manutio edito.
Jen.	Codex membranaceus Bibliothecæ Academicæ Jenensis, cujus diversitatem lectionis notavit J. M. Heusinger. Quidam dicunt hunc Ms. esse Grævianum.
Junt.	Editio Ciceronis Operum, studio Petri Victorii. Venet. ap. Luc. Ant. Juntam, 1534.

Lall.	Editio Ciceronis Operum, per J. N. Lallemand. Paris. 1768.
Lamb.	Editio Ciceronis Operum, per Dion. Lambinum.
Leid.	Ms. Leidensis, cujus diversitatem lectionis notavit Chr. Dan. Beckius.
Lugd.	Codex Bibliothecæ Lugdunensis, e quo Ern. desumsit lectiones variantes.
Manut.	Ciceronis Orationes, per Paullum Manutium, Venet. 1540.
Matth.	Duæ Orationes Ciceronis, per H. R. Matthæi. Schlesvig. 1798.
Med.	Editio Ciceronis Operum, Med. 1498.
Mein.	Codex in Bibliotheca Ducali Meiningensi.
Memmii Mss.	Mss. quos Dion. Lambinus habuit ab Errico Memmio.
Metelli Ms.	Ms. Joannis Matalii Metelli, quem Janus Gulielmius contulit.
Naug.	Editio Aldina, a Naugerio curata, Venet. 1519.
O.	Codex membranaceus in biblioth. Coll. Mertonensis, Oxoniæ. A Th. Hearnio collatus.
Oliv.	Editio Ciceronis Operum, per Jos. Olivetum, Oxon. 1783.
Orell.	Ciceronis Opera, per Jo. Casp. Orellium, Turici, 1826.
Oxonn. Mss.	Oxonienses Mss. quos Th. Hearnius contulit.
Pall.	Novem codices Bibliothecæ Palatinæ, a Jano Grutero citati.
Parisin. Mss.	Mss. in Biblioth. Reg. Paris. a J. N. Lallemando citati.
Pithœi Ms.	Varietas lectionis ascripta margini Lambinianæ editionis a Petro Pithœo.
R.	Codex recens chartaceus in bibliotheca Collegii Lincolniensis Oxon. a Th. Hearnio collatus.
Regii Mss.	Mss. in Bibliotheca Regia Parisina, a J. N. Lallemando citati.
Rom.	Editio Romana Ciceronis Orationum, per Sweynhemium et Panartzium, anni 1474.
S.	Ms. membranaceus in bibliotheca Collegii Lincolniensis, Oxoniæ : a Th. Hearnio collatus.
Saxon. Ms.	Codex Saxonicus, quo usus est Fabricius.
Schrœter.	M. T. Ciceronis, quæ vulgo fertur, Oratio pro Archia poëta ; recensuit M. C. B. Lipsiæ.—Sic denominatur ab Orellio.
Schutz.	Ciceronis Opera, edente Chr. Godofr. Schutzio, Lips. 1814.
Suffridi Ms.	Suffridi Petreii Ms. chartaceus, cujus diversitatem lectionis Janus Gruterus notavit.
T.	Codex chartaceus in bibliotheca Collegii Lincolniensis, Oxoniæ, quem contulit Th. Hearnius.
Taur.	Lectiones palimpsesti Taurinensis ab Am. Peyronio notatæ.

Teeg.	Codex membranaceus, ex monasterio Teegernseensi, a Theoph. Chr. Harlesio collatus.
Turing.	Codex Turingicus, cujus diversitatem lectionis commemorat Janus Gruterus.—J. G. Grævio Erfurtensis est, teste Ernestio.
U.	Volumen anni 1420. in bibliotheca Collegii Lincolniensis, Oxoniæ ; quod contulit Th. Hearnius.
Vat.	Codex veterrimus Vaticanus a Gabr. Faërno collatus.
Vat. Bas.	Codex in Sacrario Basilicæ Vaticanæ Sancti Petri Apostoli, Romæ.
Ven. 1480.	Editio Veneta hujus anni.
—— 1483.	Editio Veneta hujus anni.
Verburg.	Ciceronis Opera, per Isaacum Verburgium, Amstel. 1724.
Ursinus.	Ciceronis Opera, per Fulv. Ursinum, Genev. 1584.
Wald.	Editio Ciceronis Orationum, per Ludovicum Carbonem, Venet. in Officina Waldarferi, 1471.
Weiske.	Ciceronis Orationes, a Benj. Weiske editæ.
Werd.	Codex Werdensis, cujus diversitatem lectionis notavit Jo. Casp. Orellius.
Wernsdorf.	Ciceronis Orationes Philippicæ, a Greg. Gottlieb. Wernsdorf. Lips. 1821.
Wetzel.	Ciceronis Orationes octo selectæ, edente Jo. Chr. Frid. Wetzelio. Halæ, 1801.
ϛ	Codex membranaceus Oxoniensis, quem contulit Th. Hearnius.
ϰ	Codex chartaceus Oxoniensis, ab eodem collatus.
υ	Codex membranaceus Collegii B. Mar. Magdalen. Oxoniæ : ab eodem collatus.
χ 1. χ 3.	Codex membranaceus in Coll. Nov. Oxoniæ, quem contulit Th. Hearnius. Continet orationes 37. quarum duæ (scil. pro Deiotaro et in Catil. II.) bis leguntur. Prior locus designatur χ 1. alter χ 3. et cum eandem uterque lectionem exhibet, χ 1. 3.
ψ	Codex membranaceus in bibliotheca Collegii Balliolensis Oxoniæ, a Th. Hearnio collatus. Hic Ms. aliquando designatur ψ 1.
ψ 2.	Codex chartaceus ejusdem Collegii, ab eodem collatus.

M. TULLII CICERONIS

PRO P. QUINTIO

ORATIO I.†

ARGUMENTUM.

Cum olim, annos aliquot, inter Sex. Nævium præconem et C. Quintium de plebe Romana hominem, societas rerum, quæ in Gallia comparabantur, fuisset, moritur C. Quintius, fratremque Publium testamento hæredem facit. Dissoluta hoc modo societate, judicio primum de communi dividundo, h. e. si quæ de communis prædii divisione lites inter socios ortæ essent; dein, si quid ab alterutro deberetur, pro socio judicio vel arbitrio, h. e. judicio societatis, si quis scil. socium fraudasset, disceptandum erat. Hoc cum, sumtis intra parietes domesticos arbitris, transigi non potuisset, resque aliquamdiu in vadimonium fuisset, quod permittente prætore alter alterum vadatus erat, h. e. fidejussores s. vades postularat, qui alterum vadimonium obiturum suo periculo præstarent, idque vadimonium sæpenumero dilatum esset; tandem Sex. Nævius, L. Scipione, C. Norbano coss., cum P. Quintius in Galliam profectus esset, testes complures sumsit, se vadimonium stitisse, P. Quintium deseruisse. Eam testationem cum ad P. Burrienum prætorem edidisset, postulavit ex edicto prætoris, ut sibi Quintii bona, quasi latitantis debitoris, possidere liceret. Prætor, qui deserti vadimonii tabulas testimoniumque audiret, neminem porro, qui absentem Quintium defenderet, adesse videret, ei possessionem decernit. Ita Nævius dies triginta possedit: quibus exactis, eadem bona proscribit, auctionemque in diem certam constituit. Cum ecce tibi Sext. Alphenus Quintii se procuratorem esse denuntiat, statimque et libellos dejicit, et puerum, quem Nævius abducebat, eripit: seque paratum esse judicio Quintium defendere, profitetur. Hunc Nævius in jus ad P. Burrienum vocat: petit, ut si velit pro socio judicio P. Quintium defendere, judicatum solvi satisdet, h. e. sponsores det locupletes, qui præstarent, tantum solutum iri suo periculo, quantum judicio facto solvi oporteret, si Quintius damnaretur. Alphenus satisdare non recusat, dum idem vicissim Nævius faciat. Solos enim eos tantum satisdare, quorum bona ex edicto

possessa essent: hæc autem non fuisse ex edicto possessa, paratum se defendere. Prætor qui possessionem decreverat, et possessa fuisse bona intelligebat, decernit, ut solus Alphenus satisdet: qui tum, quasi injustum prætoris decretum esset, tribunos pleb. appellat. L. Brutus e decem unus ostendit se intercessurum, nisi quid inter eos conveniret. Convenit igitur ut idibus Septemb. id est, sex septemve post mensibus P. Quintius judicio se sisteret. Venit Quintius; rebus sæpe dilatis, tandem in jus ad P. Dolabellam prætorem urbis, M. Tullio, Cn. Dolabella, coss. itur. Ibi Nævius judicium communi dividundo postulat, cum eo, ut Quintius satisdet, quippe cujus bona ex edicto possessa sint. Quintius satisdare recusat, quasi sua bona ex edicto possessa non sint. Dolabella decernit, ut aut satisdet, aut sponsionem faciat, i. e. certam pecuniam constituat, quam perdat, si sua bona ex edicto possessa sint. Sponsionem facere Quintius maluit. Judicium ergo constituitur: daturque hoc negotium C. Aquillio Gallo, tum juris civilis scientia inprimis claro; qui tres secum in consilium jurisconsultos adhibuit, M. Marcellum, P. Quintilium, et L. Lucullum, coram quibus ea res acta est.

1. 1. [*Ed. Ald. p.* 1.] Quæ res in civitate duæ plurimum possunt, hæ contra nos ambæ[1] faciunt in hoc tempore, summa gratia[a] et eloquentia;[b] quarum alteram, C. Aquilli,[2 c] vereor,[d] alteram metuo.[a] Eloquentia Q. Hortensii[e]

[a] *Quarum rerum secundam revereor, timeo primam.*

† In T hæc Oratio inscribitur, *Pro defendenda Causa Publicanorum, Oratio prima:* in ς *Pro P. Q. Oratio ad C. Aquilium incipit; Oratio prima:* et in C *Pro P. Quintio, ad Judices Oratio.*

Cap. 1. 1 Lamb. et paucæ aliæ edd. *eæ contra nos ambæ.* In nonnullis Mss. *contra nos ambæ*, omisso *hæ:* in ς deest *ambæ.*—2 C *altera G. Aq.* Oxonn.

NOTÆ

[a] *Gratia*] Asconius ait gratiam esse plurimorum amicorum copiam; quamobrem miser est Quintius, cui exiguæ amicorum copiæ sunt. Gratia autem plurimum poterat in civitate, quia cum quis sive publico sive privato judicio contendebat, aderant omnes amici, sive tribuni, sive prætores, sive consules, ac denique omnes principes civitatis, quorum auctoritate et præsentia flecti judices poterant; hi autem advocati dicebantur, et qui causam verbis defendebat, patronus; qui vero defendebantur, clientes.

[b] *Eloquentia*] Demetrius Phalereus eloquentiam tantum in civitate posse, quantum gladium in bello dicebat.

[c] *Aquilli*] Aquillius Gallus jurisconsultus illis temporibus celeberrimus fuit, quem Cic. in Top. et de Off. l. III. suum collegam appellat; forte quia prætura simul cum illo gessit.

[d] *Vereor*] Veremur in rebus honestis, v. g. virtute, scientia, &c. Metuimus in periculis, v. g. mortis, calamitatis, et exilii.

[e] *Q. Hortensii*] Hortensius suæ ætatis longe eloquentissimus fuit ora-

ne me in[3] dicendo impediat, nonnihil commoveor: gratia Sex. Nævii[f] ne P. Quintio noceat, id vero[4] non mediocriter pertimesco. 2. Neque hoc tantopere querendum videretur, hæc[5] summa in illis esse,[b] si in nobis essent saltem mediocria. Verum ita se res habet, ut ego, qui neque usu satis,[g] et ingenio parum possum, cum patrono disertissimo comparer:[c h] P. Quintius, cui tenues opes,[i] nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt, cum adversario gratiosissimo[6] contendat. 3. Illud quoque[k] nobis accedit[7]

[b] *Quod ista duo, gratia et eloquentia, sint maxima apud illos.*
[c] *Committar.*

Mss. cum Ven. 1483. Junt. Crat. Græv. Oliv. et Lall. *Aquili.*—3 C *Eloquentiam.* Tum T habet *nec me.* Præpositio ante *dicendo* vulgo abest: eam habent Mss. Oxonn. Mss. Pall. et Mss. Parisin. a Lallem. collati, ac etiam edd. Rom. Brix. Ven. 1480. Med. Junt. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. Vid. Nott. Varr.—4 *Ne* in C deest. Pro verbis *ne P.* quæ in Ms. ap. Græv. omittuntur, ς habet *nepotis*, et ed. Wald. *ne potius*, quam corruptionem in aliis libris reperit Ern. Dein χ caret verbis *id vero.*—5 Aut *hoc* ante *tantopere* deleri, aut in *hæc* mutari, et *hæc* ante *summa* omitti vult Ern. cujus conjecturam legentis *hæc*, et delentis alterum *hæc* Schutz. recepit. Pro *videretur*, C H S T ς χ habent *videtur.*—6 Verba *exiguæ... gratiosissimo* non sunt in T et S.—7 χ caret *nobis.* Pro *accedit*, docti qui-

NOTÆ

tor, de quo passim, et ubique Cicero: quem idcirco metuit, cum Nævium virum injustum defendendum, et Quintium virum bonum, omni præsidio destitutum, opprimendum suscipiat.

[f] *Gratia Sex. Nævii*] Sex. Nævius plebeii generis vir et præco fuit, qui a Marianis partibus et plebeiis, adveniente Romam Sylla, ad nobilitatem et Syllam defecit: quare apud nobiles gratiosus fuit, et a Cicerone partium desertor dicitur.

[g] *Neque usu satis*] Conciliat sibi benevolentiam a modestia, cum dicat se 'neque usu, neque ingenio' valere, quibus duobus orator commendatur: ingenium vero comprehendit naturæ dotes, usus exercitationem, quam non fuerat assecutus Cicero, cum annum vigesimum sextum tantum ageret.

[h] *Comparer*] Metaphora a re gladiatoria. Dicebantur enim inter se comparari gladiatores, quando paria ad pugnandum committebantur, et inter se quasi comparabantur. Imparem autem se Cicero dicit, cum causas tantum ab anno superiore, Hortensius autem jam a duodecim summa cum laude suscepisset.

[i] *Cui tenues opes*] Conciliat benevolentiam et commiserationem Quintio, eum cum adversario componendo. Nam ille valet gratia, hic nullis opibus; immo solitudo ejus, et inopia summa est. Certe homini calamitoso libenter succurrunt viri boni.

[k] *Illud quoque*] Hanc auget commiserationem, aliud incommodum proferendo, absentiam Junii, qui jam hanc causam egerat, quam ad se delatam, et sibi prorsus incognitam esse ait, et quam cognoscere per tempus non licet.

incommodum, quod M. Junius,[1] qui hanc causam, Aquilli,[g] aliquoties apud te egit, homo et in aliis causis exercitatus,[9] et in hac multum et sæpe versatus, hoc tempore abest, nova legatione impeditus: et ad me ventum est,[10 m] qui, ut summa haberem cetera,[e] temporis quidem [11] certe vix satis habui, ut rem tantam,[12] tot controversiis implicatam,[n] possem cognoscere. 4. Ita, quod mihi consuevit in ceteris causis [13 o] esse adjumento, id quoque in [14] hac causa deficit: nam, quo minus [15] ingenio possum, subsidio[f] mihi diligentiam [p] comparavi: quæ quanta sit, nisi tempus [q] et spatium datum sit, intelligi non potest. Quæ quo plura sunt, C. Aquilli,[16] eo te, et hos [17] qui tibi in consilio adsunt,[g 18 r] me-

[e] *Si haberem summam eloquentiam, summam copiam amicorum.*
[f] *Auxilio.* [g] *Qui sunt tibi assessores.*

dam ap. Lamb. legend. putant *accidit*.—8 Verba *causam, Aquilli* absunt a C H χ, Pall. octo, Gruteri Ms. et edd. vett. tribus.—9 C *exercitus*.—10 ς *et ad me forte ventum est.* In χ *et ad me venturus*, sed scribitur in marg. *ventum est*.—11 Pro *haberem*, in ς *hominum*. Mox C *temporibus quidem*.—12 C *habeo, ut ratio tantam.* Paulo post, C ς χ *possim cogn.* et H *Ita si quod*.—13 H *in aliis causis*.—14 Lamb. et Schutz. contra codd. *id quoque me in*.—15 Schutz. e conj. quorundam ap. Lamb. edidit *nam quod minus*, prob. Ern.—16 C habet *G. Aquili;* et sic semper.—17 T χ *vos*, sed *hos* suprascr. in χ.—18 Quidam libri *assunt*, prob. Hotoman. *Sunt* C H S T ς χ, Pariss. Pall. septem, et Gru-

NOTÆ

[1] *M. Junius*] M. Junium laudat Cicero de Leg. l. III. quem sodalem suum appellat. Destitit autem ab hac causa, quod alio missus est propter novam legationem: fortasse cum aliquo proconsule vel prætore: de hac enim certi nihil constat.

[m] *Ad me ventum est*] Deferri ad alium causæ poterant post ampliationem; quod non raro accidebat in judicio capitis aut famæ; non enim statim judices ferebant sententiam.

[n] *Implicatam*] Hæc causa primum acta est apud arbitros; deinde apud Burrienum prætorem; tum apud Cn. Dolabellam prætorem; ac tandem eodem Dolabella et Tullio coss. a Cicerone defensa.

[o] *In ceteris causis*] Hæc prima illius causa non fuit.

[p] *Diligentiam*] Quantum diligentiæ in oratore requiratur, ipse Cicero de Orat. l. II. satis his verbis declarat: 'Diligentia cum omnibus in rebus, tum in causis defendendis valet plurimum. Hæc præcipue colenda est nobis, hæc semper adhibenda, hæc nihil est quod non assequatur.'

[q] *Nisi tempus*] Hæc dicit Cicero, ut minus præparata, et minus suspecta judici sua videatur oratio.

[r] *Consilio adsunt*] Datus est a Dolabella Aquillius judex hujus causæ, eique jurisperiti tres adhibiti sunt, L. Lucullus, P. Quintilius, M. Marcellus, non qui judicarent cum eo, sed qui cum eo consilium suum communicarent. Assessores ejusmodi,

liori mente[s] nostra verba audire oportebit;[19] ut multis incommodis veritas[h 20] debilitata, tandem æquitate talium virorum recreetur. 5. Quodsi tu judex nullo[1] præsidio fuisse videbere contra vim[i] et gratiam, solitudini[k] atque inopiæ;[t] si apud hoc consilium ex opibus, non ex veritate causa pendetur;[l 2] profecto nihil est jam sanctum[u] atque[3] sincerum in civitate; nihil, quod humilitatem cujusquam, gravitas et virtus judicis consoletur. Certe aut apud te, et eos qui tibi adsunt, veritas valebit; aut ex hoc loco repulsa[4] vi et gratia, locum, ubi consistat,[5] reperire non poterit. 11. Non eo dico,[6 x] C. Aquilli, quo mihi[7] veniat in dubium tua fides et constantia, aut quo non in his[8] quos tibi advocasti,[y] viris electissimis[9] civitatis, spem summam habere P. Quintius debeat. 6. Quid ergo est? Primum magnitudo periculi summo timore hominem afficit,[10] quod uno judicio de fortunis omnibus[z] decernit: idque dum

[h] *Bonitas causæ.* [i] *Potentiam.* [k] *Desertioni.* [l] *Æstimabitur.*

teri Ms. ac etiam Lall.—19 *Audite op.* C: *obedire op.* duo Pall.—20 In marg. χ recenti manu *virtus.*—1 Lamb. ed. *nulli.*—2 χ *penderet.*—3 *Neque* C H ς, unus Ms. ap. Græv. cum Ven. 1483. Junt. et Schutz.—4 Grævii Ms. *expulsa.* —5 *Ubi res cons.* C H S T ς χ, octo Pall. Gruteri Ms. ed. 1472. Ven. 1483.

Cap. II. 6 *Nec eo dico* Ursini Ms. *Neque eo dico* Falkenb. et Lall. *Neque hoc eo dico* Schutz. ' Fortasse fuit, *Id non eo dico.*' Ern.—7 *Quod qui mihi* C: *si quod mihi* T: *quod mihi* χ et al. teste Græv.—8 *Aut quo non in iis* Ven. Crat. Lamb. et Græv. *aut quod non iis* al. teste Grævio.—9 Lamb. mallet *lectissimis,* Gulielmius vero

NOTÆ

sive recuperatores, ut vulgo dicebantur, tantum de rebus privatis recipiendis reddendisve cognoscebant.

[s] *Meliori mente*] Per mentem benevolentiam intelligit: ea enim nihil est aliud, quam mens bona, sive voluntas propitia.

[t] *Solitudini atque inopiæ*] Paucos habebat advocatos Quintius vir inenltus, nam magnis tantum sumtibus potentiorum amicitia conciliatur.

[u] *Nihil est jam sanctum, &c.*] Laudat subtiliter judices, asserendo nihil jam sanctum reperiendum fore in civitate, si non protegatur Quintius, cum nulli sint in ea judices ipsis sanctiores.

[x] *Non eo dico*] Occupatio, qua vitat offensionem, quam detorquet in adversariorum potentiam, quos in odium adducit.

[y] *Quos tibi advocasti*] Judices concessi a prætore, ut jamjam diximus, a præcone advocabantur ad judicium.

[z] *De fortunis omnibus*] Quia agitur, sintne possessa bona ejus ex edicto?

cogitat,[11] non minus sæpe ei venit in mentem potestatis,[12] quam æquitatis tuæ; propterea quod omnes, quorum in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant, quid possit is, cujus in ditione[a] ac potestate sunt, quam quid debeat facere. 7. Deinde habet adversarium P. Quintius verbo Sex. Nævium;[b] re vera,[13] hujusce ætatis homines disertissimos,[c] fortissimos,[d] ornatissimos[14 e] nostræ civitatis; qui communi studio,[15] summis opibus Sex. Nævium defendunt, si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius,[16] quem velit, iniquo judicio opprimere possit. 8. Nam quid hoc iniquius aut indignius, C. Aquilli, dici aut commemorari potest, quam me, qui caput alterius, famam fortunasque defendam, priore loco[f] causam dicere; cum præsertim Q. Hortensius,[g] [*p.* 2.] qui hoc judicio partes accusatoris obtinet, contra me sit dicturus; cui summam copiam facultatemque[17] dicendi natura largita est?

selectissimis.—10 *Conficit* H, Pal. 3. Venet. 1483. Junt. prob. Garaton.—11 *Decernitur* C, et *idque cum cog.* Grævii Ms.—12 Ven. 1483. et Wald. *in mentem vis pot.*—13 C χ *re vero.*—14 *Homines* in ς deest. Tum pro *fortissimos*, quod ς non habet, Lamb. e conj. Hotomanni *florentissimos* recepit. Ranconetus suspicabatur *potentissimos* legendum. Præterea pro *ornatissimos*, Dresd. habet *honoratissimos:* alii Mss. teste Grævio *horrentissimos:* ed. 1472. et Wald. *honorandissimos;* unde Ern. malebat *honoratissimos.*—15 Hotom. *comm. judi-*

NOTÆ

[a] *Cujus in ditione, &c.*] Æquitas quidem fiduciam erigit, potestas vero timorem imprimit. Unde Plutarchus in Apophth. de Alcibiade: cum vocatus in judicium fugeret, ac aliquis diceret, Non fidis patriæ? Ne matri quidem, respondit, ne forte imprudens nigrum pro albo calculo in urnam immitteret.

[b] *Nævium*] Nævii potentiam exaggerat, ut magis Quintii calamitatem ostendat, eumque dignum magis commiseratione reddat, cum patronos Nævius, nullos Quintius habeat.

[c] *Disertissimos*] Habuit Quintum Hortensium lumen curiæ; L. Philippum, quem inter oratores post Crassum et Antonium numerat in Bruto, ut illis proximum.

[d] *Fortissimos*] Illos intelligit nobiles, qui a Syllanis partibus erant.

[e] *Ornatissimos*] Ornatissimos vocat propter honores quibus potiuntur.

[f] *Priore loco*] Auget Quintii calamitatem a nova judicii forma. Nam accusatoris est priorem dicere, et hic jubetur defensor prior dicere. Decrevit enim Dolabella, ut aut satisdaret Quintius, aut sponsionem faceret; et si sponsionem fecisset, ut prior causam diceret.

[g] *Q. Hortensius*] Auget amplius clientis calamitatem a persona Hortensii et eloquentiæ munere, quod summum ei natura tribuit.

Ita fit,[h] ut ego, qui tela depellere et vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, cum etiam telum adversarius nullum jecerit: [18] illis autem [19] id tempus impugnandi detur, cum et [20] vitandi illorum impetus potestas ademta [1] nobis erit; et, si qua in re, id quod parati sunt facere, falsum crimen quasi venenatum aliquod telum jecerint,[2] medicinæ faciendæ [m] locus non erit. 9. Id accidit prætoris iniquitate [i] et injuria: primum quod contra omnium consuetudinem, judicium prius de probro,[n k] quam de re,[o l] maluit fieri; deinde, quod ita constituit idipsum judicium, ut reus, antequam verbum accusatoris audisset, causam dicere cogeretur; quod eorum gratia et potentia factum est, qui, quasi sua res aut honos agatur, ita diligenter Sex. Nævii studio et cupiditati morem gerunt: et in ejusmodi rebus opes suas experiuntur, in quibus, quo plus propter virtutem nobilitatemque possunt, eo minus, quantum possint,[3] debent ostendere. 10. Cum tot [m] tantisque difficultatibus affectus atque afflictus, in tuam, C. Aquilli, fidem, veritatem,[4] misericordiam P. Quintius confugerit; cum adhuc [5] ei, propter vim adversariorum, non jus par, non agendi potestas eadem, non magistratus æquus reperiri potuerit; [6] cum ei, summam per injuriam, omnia inimica atque infesta fuerint: te, C. Aquilli,[7] vosque qui in consilio adestis,[n] orat

[m] *Adhibendi medicamenti.* [n] *De fama.* [o] *Debito.*

cio.—16 In ς *quo id fac.* sed rec. manu *is.*—17 ς *faculatem* sine *que.*—18 *Legerit* C H S ς χ, Dresd. septem Pall. et edd. vett. Consecutionem Ern. censet postulare *jecit.*—19 H et ς *illis tum.*—20 Copula abest a C ς χ.—1 In χ *attentanda.*—2 Verba *falsum crimen quasi* deleverunt Lamb. et Schutz. prob. Ern. In C *quasi* deest. Tum *venenati aliquod telum* habet χ; et *legerint* C S ς, Dresd. septem Pall. et edd. vett.—3 C H S χ *quam possint.*—4 χ *virtutem*, sed in marg. recent. manu *veritatem* scribitur.—5 Idem Ms. *ad hæc.* —6 *Reperi* C; *repeti* S; et *poterit* H ς χ.—7 In ς *C. Aquillium.*

NOTÆ

[h] *Ita fit*] Utitur similitudine sive allegoria ad hanc judicii iniquitatem declarandam.

[i] *Prætoris iniquitate*] Taxat Dolabellam.

[k] *De probro*] Probrum fuit ut satisdaret Quintius, aut sponsionem faceret.

[l] *De re*] An Quintii bona Nævius dies 30. ex Burrieni prætoris edicto possederit.

[m] *Cum tot, &c.*] Quasi conclusio exordii, in qua excitat commiserationem.

[n] *In consilio adestis*] Nempe judicaturi aderant.

atque obsecrat, ut multis injuriis jactatam atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco consistere[o] et confirmari[p] patiamini. III. 11. Id quo facilius facere possitis, dabo operam, ut a principio, res quemadmodum gesta et contracta[q] sit, cognoscatis.

C. Quintius fuit P. Quintii hujus frater; sane ceterarum rerum[r] paterfamilias[8] et prudens et attentus,[s] una in re paulo minus consideratus, qui[t] societatem cum Sex. Nævio fecerit, viro bono,[q] verumtamen non ita[9] instituto,[u] ut jura societatis et officia certi[z] patrisfamilias[r] nosse posset: non quo ei deesset[10] ingenium: (nam neque parum facetus scurra[s] Sex. Nævius, neque inhumanus[y] præco[11 t] est unquam existimatus.) Quid ergo est? Cum ei natura nihil melius quam vocem dedisset, pater nihil præter libertatem[u] reliquisset; vocem in quæstum[12 x] contulit;[z] liber-

[p] *Tueri se.* [q] *Tractata.*
[r] *In ceteris rebus.* [s] *Diligens.* [t] *Propterea quod.*
[u] *Educato.* [x] *Probati vel cogniti.* [y] *Agrestis.*
[z] *Usus est sua voce ad acquirendam pecuniam.*

CAP. III. 8 ' Male Lamb. conjecit, *sane cetera paterf.*' Beck.—9 In ς *verum etiam non tam.*—10 *Quo eidem esset* χ, sed emend. *quo ei deesset.* In quinque Oxonn. Mss. et ed. Oliv. *quod ei deesset.*—11 Memm. Lamb. et alii ma-

NOTÆ

[o] *In loco consistere*] Metaphora a gladiatoribus sumta, qui ex loco periculoso ad tutiorem confugiunt.

[p] *Confirmari*] Metaphora sumta ab ægrotis, qui confirmare valetudinem dicuntur.

[q] *Viro bono*] Ironice loquitur, carpitque hominis perfidiam in societate gerenda. Tamen occupatione mitigat injuriam, dum fatetur Nævium satis habuisse ingenii ad cognoscenda jura, sed noluisse.

[r] *Certi patrisfam.*] Certus paterfamilias dicebatur, qui suis actionibus et officiis talem apud omnes se probaverat.

[s] *Scurra*] Scurræ a sequendo dicti sunt, quod homines ejusmodi sequi soliti sint opulentiores, facetiis suis ac turpibus dictis aliquid promerendi causa.

[t] *Præco*] Præco proprie dicitur, qui venalem rem alienam prædicat, et laudando proclamat: tamen præconibus erant alia munia; nam in comitiis leges latas a populo pronuntiabant; magistratus designatos renuntiabant; in judiciis judices, reos, et testes citabant; oratores dixisse pronuntiabant; dicentibus audientiam faciebant; in auctionibus pretium indicabant; addictam a magistro rem venditam pollicebantur.

[u] *Præter libertatem*] Natus est liber, sed omni alia re destitutus.

[x] *Vocem in quæstum*] Vendidit vocem, ut ex præconio pecuniam colligeret.

tate usus est, quo impunius dicax [y] esset. 12. Quare quod [13] socium tibi eum velles adjungere, nihil erat, nisi ut in tua pecunia [z] condisceret,[14] qui pecuniæ fructus esset. Tamen inductus consuetudine [a] ac familiaritate Quintius fecit, ut dixi, societatem earum rerum [15] quæ in Gallia comparabantur. Erat ei pecuaria [b] [16] res [a] ampla, et rustica sane bene culta et fructuosa. Tollitur ab atriis Liciniis,[b] atque a præconum consessu [c] [17] in Galliam Nævius, et trans Alpes usque transfertur. Fit magna mutatio loci, non ingenii. Nam, qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset sine impendio ; [d] posteaquam nescio quid impendit, et in commune [e] [18] contulit, mediocri quæstu contentus esse non poterat. 13. Nec mirum, si is, qui vocem venalem habuerat, ea, quæ voce quæsierat,[19] magno sibi quæstui fore putabat. Itaque, hercule, haud mediocriter de

[a] *Impulsus conjunctione.* [b] *Habebat multos greges.* [c] *Multitudine.*
[d] *Statuisset sectari illud genus vitæ, in quo nulla impensa facienda esset sine usura.* [e] *In societatem.*

lunt *neque inurbanus præco.*—12 χ *quæstu.*—13 *Quidem* C ς χ: *quid* H.—14 ς *contulisset:* χ *condixerat,* sed recent. manu suprascr. *condisceret.*—15 *Rerum* abest a ς.—16 *Pecuniaria* C S T.—17 T *Laciniis.* Dein unus Ms. teste Grævio, *a præconium consessu:* S ς *a præconum consensu.* In χ *ad prætorium in Gall. Næv.* sed recent. manu supra liu. scribitur *a præconum consensu.*—18 *Impendet* sex Oxonn. Mss. et ed. Oliv. Tum *in communem* ς χ, sed

NOTÆ

[y] *Impunius dicax*] Dicax est qui risum cum sermone miscet ; dicacitas autem illa potius liberis quam servis permittebatur, quibus fas non fuit tam libere loqui.

[z] *In tua pecunia*] Nam a se nullam habebat.

[a] *Pecuaria res*] Causam subjicit, cur Nævius societatem fecerit cum Quintio, relicto suo vitæ genere : quia videlicet habebat multa armenta et varia, et id genus cetera, ex quibus ingens facile pecunia colligitur.

[b] *Ab atriis Liciniis*] Revera Romæ nobilissimum et celeberrimum fuit Licinii Crassi atrium, propter quatuor Hymetii marmoris columnas, quibus fulciebatur, quales nullæ hucusque visæ fuerant. Crediderim ego potius ad quodlibet atrium alludere, sive illud fuerit, unde præcones conducebantur ab iis qui venalem rem aliquam proscribebant, sive illud fuerit aliquid destinatum auctionibus faciendis. Certe Cic. in prima contra Rullum : ‘ Homines nequissimi consumtis patrimoniis hoc faciunt, ut in atriis auctionariis, potius quam in triviis aut in compitis auctionentur.’

communi, quicquid poterat,[20] ad se in privatam domum [1] sevocabat :[f] qua in re [g] ita diligens erat, quasi ii, qui magna fide societatem gererent, [arbitrium [2]] pro socio [c] condemnari solerent.[3] Verum his de rebus non necesse habeo dicere ea, quæ me P. Quintius cupit commemorare : tametsi causa postulat,[4] tamen, quia postulat, non flagitat,[d] præteribo. IV. 14. Cum annos jam complures societas esset, et cum sæpe suspectus Quintio Nævius fuisset, [*p.* 3.] neque ita commode posset rationem reddere earum rerum quas libidine,[h] non ratione, gesserat; moritur in Gallia Quintius, cum adesset Nævius, et moritur repentino.[i] Hæredem testamento reliquit hunc P. Quintium; ut, ad quem summus mœror morte sua veniebat, ad eundem summus honos [h e] quoque perveniret. 15. Quo mortuo, nec

[f] *Curabat deportari.* [g] *In sevocatione.* [h] *Pro placito.*
[i] *Repente.* [h] *Hæreditas ampla.*

in χ emend. *commune.*—19 C *quæ voce sibi quæs.*—20 *Quod quidque pot.* C, Pall. plerique et S. Vict. *quod quicquam pot.* ς : *quod quisque pot.* H, Pal. 4. et ed. pr.—1 Gronov. suspicabatur legend. *in privatum, domum* vel *de re communi... in privatam, domum.*—2 *Arbitrium* pro glossa habent Græv. Ern. Beck. delevit Schutz. *Ad arbitrum* legend. putabat Ranconetus. Vid. Nott. Varr.—3 C H T ς *solent.*—4 Hotom. conjecerat *nam etsi causa post.* Verba *tamen quia postulat* omittunt H et Græv.

NOTÆ

[c] *Arbitrium pro socio*] Hotomannus legit, *Arbitrio pro socio.* Nota igitur duo fuisse judiciorum genera : alia quæ judicii dicebantur, cum videlicet, certa quædam juris formula constituebatur a prætore, juxta quam judices sententiam ferebant; alia, quæ arbitrii, cum nihil arbitris præscribebatur, sed ex fide bona et ex æquitate judicabant, quod maxime fiebat, cum de conventionibus agebatur. Quare igitur, condemnari arbitrio, sive judicio pro socio, idem est ac condemnari arbitrio, sive judicio, quod pro socio adversus socium constitutum est. Paulo aliter explicat eandem sententiam Cælius secundus: ' Formula juris est,' inquit, ' qua significatur actio, judiciumque societatis, si quis socium fraudasset.' Ait igitur Cicero Nævium ita diligentem in fraudando socio fuisse, quasi ii, qui non fraudarent, condemnari solerent, non autem qui fraudarent.

[d] *Postulat, non flagitat*] ' Postulare ' est petere simpliciter, ' flagitare ' vero est vehementius et enixius petere quod debetur : unde qui pecuniam sibi debitam reposcunt, flagitatores appellantur. Plautus in Casina, ' Ne quis formidet flagitatorem suum.'

[e] *Summus honos*] Habebatur in honore apud illos veteres hæredem institui ab aliquo : unde Suetonius refert de Augusto, eum gravissime fer-

ita multo post in Galliam proficiscitur Quintius. Ibi cum isto Nævio [5] familiariter vivit. Annum fere una sunt,[6] cum et de societate inter se multa communicarent, et de tota illa ratione atque re Gallicana; neque interea verbum ullum interposuit Nævius, aut societatem [l] sibi quidpiam debere, aut privatim [m] Quintium debuisse. Cum æris alieni aliquantulum [7] esset relictum,[n] quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret;[8] auctionem [f] in Gallia P.[9] hic Quintius Narbone [h] se facturum esse proscribit [g] earum rerum, quæ ipsius erant privatæ.[o] 16. Ibi tum vir optimus, Sex. Nævius, hominem multis verbis deterret, ne auctionetur: eum non ita commode posse eo tempore, quæ proscripsisset,[10] vendere: Romæ sibi nummorum facultatem [p] esse, quam, si saperet, communem existimaret, pro fraterna illa necessitudine, et pro ipsius affinitate: nam P. Quintii consobrinam [i] habet [11] in matrimonio [q] Nævius, et ex ea liberos. Quia, quod virum bonum facere oportebat,[12] id loquebatur Nævius, credidit Quintius, eum, qui orationem [r] bonorum imitaretur,[13] facta quoque imitaturum. Auctionem velle facere desistit:[14] Romam proficiscitur:

[l] *C. Quintium e societate.* [m] *Sine societate.*

[n] Supple, *a Caio Quintio moriente, propter quæ debita oporteret quæri pecuniam.*

[o] *Proponit se venditurum per auctionem eas res, quas habebat extra societatem.*

[p] *Copiam.*

[q] *Habet uxorem.* [r] *Sermonem.*

Cap. iv. 5 *Nævio* suspectum Manutio abundare.—6 *Ita sunt* H.—7 *Aliquantum* Mss. et edd. vett.—8 *Oportere* ς χ et ed. Oliv.—9 C *in Gallia Nævius P.*—10 H *cum non ita comm. posset.* Dein *quo proscrips.* χ et ed. Ven. 1483.—11 χ *habebat.*—12 Idem Ms. *oportet.*—13 C *imitabatur.*—14 H *desti-*

NOTÆ

re solitum, si a quoquam amicorum suorum præteritus in testamento fuisset.

[f] *Auctionem*] Auctio publica est bonorum venditio, in qua pretium a licitatoribus subinde augetur, et demum ei, qui plus obtulit, addicitur.

[g] *Proscribit*] Proponit affixis per urbem libellis, ubi illud scriptum sit, vel etiam voce præconis significat.

[h] *Narbone*] De hac urbe Cicero pro Fonteio: 'Est in provincia Galliæ Narbo Martius, colonia nostrorum civium, specula pop. Rom.'

[i] *Consobrinam*] Consobrini seu consobrinæ, qui quæve ex duabus propagantur sororibus, quasi consortini dicuntur.

decedit ex Gallia Romam simul Nævius. 17. Cum pecuniam C. Quintius P. Scapulæ debuisset; per te, C. Aquilli, decidit P. Quintius, quod liberis ejus dissolveret.[t] Hoc eo per te agebatur,[15] quod propter ærariam rationem non satis erat in tabulis inspexisse,[16] quantum deberetur,[u] nisi ad Castoris quæsisset,[17] [k] quantum solveretur. Decidis statuisque tu, propter necessitudinem quæ tibi cum Scapulis est, quid iis ad denarium[l] solveretur.[18] v. 18. Hæc omnia Quintius agebat, auctore et consuasore Nævio.[x] Nec mirum, si ejus utebatur consilio, cujus auxilium sibi paratum putabat. Non modo enim pollicitus[19] erat in Gallia; sed Romæ quotidie, simul atque sibi hic annuisset, numeraturum[20] se dicebat. Quintius porro istum posse facere videbat; debere intelligebat: mentiri, quia[1] causa, cur mentiretur, non erat, non putabat: quasi domi nummos haberet, ita constituit Scapulis se daturum. Nævium certiorem facit: rogat, ut curet,[y] quod dixisset. 19. Tum[2] iste vir optimus[m] (vereor, ne se derideri

[t] *Tuo judicio constituit quod satisfaceret filiis ejus.*
[u] *Non sufficiebat propter rationem pecuniarum legisse in tabulis obligatoriis.*
[x] *Hortatu et impulsu Nævii.* [y] *Ut faciat.*

tit.—15 *Per te cogebatur* quatuor Mss. ap. Græv. *parte cogebatur* T.—16 ς *in talibus insp.*—17 *Nisi a quæstoribus quæs.* H S, et quidam alii Mss. cum edd. vett. *nisi ad quæstoris templum quæs.* Pal. 5. *nisi ad Castoris templum quæs.* Pal. 4. 7. 8. 'Pro *quæsisset* autem scribendum *quæsisses*, ut voluit Hotomannus, prob. Lambino; nisi *quæsisset* e contractione factum est (cujus et alia exempla notata sunt) pro *quæsitum esset*, quod et melius convenit sequentibus *quantum solveretur*.' Ern.—18 Verba *Decidis... solveretur* in C et ς desunt.

Cap. v. 19 C *non modo ei poll.*—20 Verba *atque sibi hic*, quæ absunt a Pal. 6. prob. Beck. delevit Schutz. Unus Ms. ap. Gruter. non agnoscit *sibi*, nec χ *hic*, neque Pal. 7. *sibi hic*. Porro Lamb. corrigit *innuisset*. Pro *nu-*

NOTÆ

[k] *Ad Castoris quæsisset* [*A quæstoribus quæs.*] Putant aliqui legendum, *quæsisses*. Sumtus enim Aquillius fuit arbiter: is igitur quæsivit a quæstoribus, propter dissimilitudinem pecuniæ Romanæ a Gallica, quantum Scapulis solveretur.

[l] *Ad denarium*] Id est, vel ad rationem pecuniæ Romanæ. Denarius autem, quo Pop. Rom. utebatur, decem assibus constabat, valebatque quantum denarii nostri duo et quadraginta, ut testatur Budæus de Asse; vel ad denarium, id est, ad extremum quadrantem. Si autem legas *a quæstoribus quæsisset*, sic interpretaberis: Cum quæsisset, nempe Quintius quantum solveretur. Ipse Aquillius determinat, ut Scapulis solvatur usque ad denarium pro usura denariorum singulorum.

[m] *Tum iste vir optimus*] Ironia ge-

putet, quod iterum jam dico, optimus,[3]) qui hunc in summas angustias adductum putaret;[4] ut eum suis conditionibus[z] in ipso articulo temporis astringeret, assem[5] sese negat daturum, nisi prius de rebus rationibusque societatis omnibus[6] decidisset; et scisset,[7] sibi cum Quintio controversiæ nihil futurum. Posterius, inquit, ista videbimus, Quintius: nunc hoc velim cures (si tibi videtur) quod dixisti. Negat se alia ratione facturum, quod promisisset: non plus sua referre, quam si, cum auctionem venderet,[8] [n] domini[a] jussu, quidpiam promisisset. 20. Destitutione illa perculsus Quintius,[b] a Scapulis paucos dies aufert:[c] [9] in Galliam mittit, ut ea, quæ proscripserat, venirent:[d] deteriore tempore absens auctionatur: Scapulis difficiliore conditione[e] dissolvit. Tunc appellat ultro [10] [o] Nævium, ut, quoniam suspicaretur, aliqua de re fore controversiam, videret,[11] ut quam primum, et quam minima cum molestia[f] [12] [p] tota res transigeretur.[g] 21. Dat iste amicum[13] M.

[z] *Suis legibus, vel voluntati.* [a] *Possessoris.*
[b] *Perturbatus hoc promisso non servato.*
[c] *Impetrat dilationem paucorum dierum.*
[d] *Venderentur.* [e] *Tempore non commodo.*
[f] *Minore suo incommodo.* [g] *Decideretur de tota re.*

meraturum, in ς *miraturum*.—1 H *qua*.—2 C T ς *cum*.—3 Pro *derideri*, χ habet *irrideri*. Verba *vereor ... optimus* in ς desunt.—4 H *putet*.—5 *Assensum* χ, sed recentiori manu scribitur *assem*.—6 ς non habet *omnibus*.—7 ς *sed scisset*.—8 *Auctione* C H S T, Pal. 6. Franc. 1. Manut. et quod placebat Hotomanno. Lamb. ed. *in auctione*. Græv. censebat legend. *auctione rem vend.* Vulg. *auctionem vend.* Mox Memmius suspicabatur legend. *cuipiam prom.*—9 In ς *dies* omittitur. *Affert* C: *auferet* ς.—10 *Ultus* χ, suprascr. *ultro*.—11 ς *videtur*.—12 In χ superscribitur *modestia*.—13 *Arbitrum* quædam edd.

NOTÆ

minata: primum enim est ironia, tum ironiæ negatio ironica, quam occupatione tractat, non propter Nævium, ne illum offendat, sed ut eum pudore suffundat; non enim eum timet, sed pro scurra habet impudenti.

[n] *Auctionem venderet*] Legunt plerique *auctione venderet*, id est, bona; vel si nihil immutes, dicas, quam si præco publicus esset; nam dominus facit auctionem, præco vendit.

[o] *Appellat ultro*] In rebus civilibus 'appellare' est convenire commonendi gratia. 'Ultro,' id est, non quæsita pecunia, de qua controversiam fore quis suspicaretur.

[p] *Minima cum molestia, &c.*] Ut decideretur inter arbitros tota controversia; atque adeo minori molestia, quam si a judicibus judicaretur.

Trebellium ; [*p.* 4.] nos communem necessarium,[q] qui istius domi erat educatus,[14] et quo utebatur iste plurimum, propinquum nostrum, Sex. Alphenum. Res convenire nullo modo poterat : propterea quod hic mediocrem jacturam facere cupiebat ; iste mediocri præda [h] contentus non erat. Itaque ex eo tempore res esse in vadimonium cœpit.[i 15 r] 22. Cum vadimonia sæpe dilata[s] essent, et cum aliquantum temporis in ea re esset consumtum, neque quidquam profectum [16] esset ; venit ad vadimonium [k 17] Nævius. VI. Obsecro, C. Aquilli,[18] vosque qui adestis in consilio, ut [19] diligenter attendatis, ut singulare genus fraudis et novam rationem [l] insidiarum cognoscere possitis. 23. Ait, se[20] auctionatum esse in Gallia : quod sibi videretur, se vendidisse : curasse, ne quid sibi societas deberet : [m] se jam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere : [n] si quid agere [o] secum velit Quintius, non recusare. Hic, cum rem Gallicanam cuperet revisere, hominem in præsentia non vadatur : [p] ita sine vadimonio discedit. Deinde Romæ dies XXX. fere Quintius commoratur. Cum ceteris, quæ habebat, vadimonia differt, ut expeditus [q] in Galliam proficisci posset.

[h] *Lucro.* [i] *Res cœpit esse in judicio.*
[k] *Se sistit ad diem dictam.* [l] *Modum.*
[m] *Ne quid Quintius deberet ei nomine societatis.*
[n] *Obstringere vadimonio.* [o] *Agere jure.*
[p] *Non vocat in jus Nævium pro tempore præsenti.*
[q] *Solutus metu vadimonii.*

vett.—14 *Eductus* C H S ς.—15 H *in vadimonio.* Verbum *cœpit* non est in Pal. 2.—16 Vulg. *perfectum.* E Mss. et edd. 1472. Wald. Rom. Brix. Junt. Græv. dedit Ern. *profectum*, ut Lamb. conjecerat, et ut habent H S, quidam Pall. Mss. cum Beck. Schutz. et Orell.—17 C non habet præpositionem.

CAP. VI. 18 *Obs. te, C. Aquilli* Jannoctian. et Mss. Oxonn. cum Junt. Oliv. Beck. Schutz. et Orell. Vulgo *te* abest. In ed. 1480. *Hoc precor, C.*

NOTÆ

[q] *Communem necessarium*] Nævii scilicet et Quintii.

[r] *In vadimonium cœpit*] Vadimonium est sponsio quædam sistendi comparendique ad diem constitutam in judicio, sive per se, sive per procuratores suos. Porro vadimonium a vade dictum est: est vero vas, qui sponsor est alterius in capitis periculo, sive idem supplicium subiturus sit, sive pecuniam soluturus.

[s] *Cum vadimonia sæpe dilata*] Vadimonia differri tantum ex voluntate prætoris poterant, et consensu litigatorum dato. Unde Juvenal. Sat. III. 'Differt vadimonia prætor.'

Proficiscitur. 24. Roma egreditur ante diem II. Kalend.[t] Februarii, Scipione[1] et Norbano coss. Quæso, ut eum diem memoriæ mandetis. L. Albius,[2] Sex. filius, Quirina,[3 u] vir bonus, et cum primis honestus, una profectus est. Cum venissent ad Vada[x] Volaterrana quæ nominantur,[4] vident perfamiliarem Nævii, qui ex Gallia pueros venales[r y] isti[s] adducebat, L. Publicium, qui, ut Romam venit, narrat Nævio, quo in loco viderit Quintium: quod nisi ex[z] Publicio narratum Nævio esset, non tam cito res in contentionem venisset. 25. Tum Nævius pueros circum[5] amicos dimittit:[u] ipse suos necessarios ab atriis Liciniis[6 z] et

[r] *Servos emtos.* [s] *Nævio.* [z] *A.*
[u] *Committit pueros amicis.*

Aquili.—19 *Ut* deleri vult Ern.—20 Pronomen non est in C et H.—1 *II. Kal.* Hotoman. e conj. ac etiam Lamb. Grut. Græv. et Lall. *in II. Kal.* Oliv. *quartam Kal.* C: *IV. Kal.* vel *quartam Kal.* aliæ edd. et Mss. Augustinus Emend. IV. 6. laudat *tertium Kal.* Dein pro *Februarii*, S habet *Februarias Quintius*; ς *Februarii Quintius;* et Orell. *Februarias.* Porro *Spitione* χ, sed emend. *Spurione*, ut est in Bergeri Ms. *Spritione* H S ς.—2 C H S *Albinus.*—3 *Quintius* T: *Quirinus* χ: *Quirinas* C H et nonnulli alii.—4 *Nominatur* C.—5 C ς *quod ubi ex Publ. pueros circum, &c.* Pall. sex, Franc. 1. et Lall. *quod ubi ex Publ. agnovit, pueros circum, &c.* omissis verbis interjectis, sed spatio in plerisque codd. relicto. Hinc Græv. suspic. *quod ubi e Publ. cognovit, pueros circum, &c.* idque recepit Schutz. Post *Nævius*, addunt *ipse* H, Ven. 1483. et Junt.—6 *Necessarios vocat* ed. 1480. Ven. 1483. et Junt. Tum *ab*

NOTÆ

[t] *Ante diem II. Kal.*] Legitur in multis codicibus, *ante diem IIII. Kal.* sed *ante diem II.* legendum Hotomanno et Lambino, viris doctissimis, videtur. Porro 'ante diem II. Kal.' id est pridie Kal. quomodo loquitur infra, invenitur dies profectionis pridie Kal. Februar. nam ante diem II. Kalen. et pridie Kal. eundem diem esse, argumento est, quod ante diem III. Kal. et die tertio Kal. idem valent. Quod sic probatur. Gell. XVIII. 18. scribit M. Tullium natum esse ad III. id est, ante diem tertium Nonas Januarias, Q. Cæpione et Serrano coss. at constat, eum natum esse tertio Nonas Jan. sic enim ipse, lib. VII. ad Att. 'tertio Nonas, natali meo;' ergo patet ante diem tertium Nonas Jan. et die tertio Nonas Jan. et post diem tertium Kal. Jan. eundem diem esse: nam cum dicimus ante diem tertium Kal. non significantur neque continentur dies quatuor, sed tres duntaxat.

[u] *Quirina*] Id est, e tribu Quirina: sæpe enim cum civis Rom. ostendendus erat, a tribu significabatur. Vide Asconium.

[x] *Ad Vada*] Vada Volaterrana in Etruria sunt. Locus inter Apenninum et Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. Vada autem a vadendo dicta sunt, quia per illa vadere sine nave aut rate licet.

[y] *Venales*] Multi servi pars opum censebantur.

[z] *Ab atriis Liciniis*] Atria Licinia

a faucibus macelli corrogat,[x] ut ad tabulam Sextiam[a] sibi adsint hora secunda[7b] postridie. Veniunt frequentes: testificatur iste,[y] 'P. Quintium[8] non stitisse,[z c] et se stitisse:' tabulæ maximæ signis[9] hominum nobilium consignantur:[d] disceditur. Postulat a Burrieno prætore Nævius,[10] ut ex edicto[e] bona possidere liceat. Jussit bona proscribi[f] ejus, quicum familiaritas fuerat, societas erat, affinitas,[g] liberis istius vivis, divelli nullo modo poterat. 26. Qua ex re intelligi facile potuit, nullum esse officium tam sanctum atque solenne, quod non avaritia comminuere atque violare so-

[x] *Convocat precibus.* [y] *Nævius.* [z] *Non obiisse vadimonium.*

atriis Licinii C S ς et Ven. 1483. *ab atriis veniunt frequentes Lacinii* T.—7 *Septima* C: *IV.* T.—8 Mss. et edd. vett. teste Grævio. *testificantur ipsi, P. Quint.* et sic Pal. 1. 2. 3. 4. 7. In C T *testificantur, P. Quint.* χ *testificantur iste, P. Quint.* sed emend. *isti.* In aliis *testificantur: iste P. Quint.* E conj. Hotomanni et paucis libris receptum *testificatur iste, P. Quint.* Tum T *non fecisse, et stetisse se:* alii Mss. et edd. vett. ac Oliv. *non stetisse, et se stetisse.* Vulg. *non stitisse, et se stitisse.*—9 *Tab. maxime signis* S. Vict. Ms.—10 *Ab Urieno prætore* C: *ab Urreeno prætore* H: *ab Yrcieno pater* ς. Tum *Nævius* in C de-

NOTÆ

erant in Palatio, de quibus supra. Macellum autem prope ab Esquiliis est; fauces autem illius sunt angustiæ, quæ inter Viminalem et Esquilias erant: ex quibus in Macellum, et e Macello in forum itur. Dicit autem Cicero ad contemtum Nævii ex atriis 'necessarios suos,' id est præcones et nobiles inertes homines, qui cupediis inhiabant, advocasse: quorum idcirco testimonio non est habenda fides.

[a] *Ad tabulam Sextiam*] Multæ tabernæ argentariæ erant circa forum, et in iis tabulæ, in quibus multa, quæ in foro agerentur, scribebantur, præsertim si quæ auctione vendebantur, unde auctionariæ tabulæ dictæ sunt: inter eas erat Sextia, ubi vadimonium illud sisti oportebat.

[b] *Hora secunda*] Id est, secunda post solis ortum; horas enim cum die numerabant.

[c] *Stitisse*] A verbo 'sisto:' nam ad vadimonium adesse significat.

[d] *Consignantur*] Tabulæ consignantur, a Pub. Quintio desertum fuisse vadimonium, et signis quidem, ut nemo dubitare possit: mos enim apud eos fuit, ut testes testimonia, quæ per tabulas dicerent, aut si cui rei testes adhiberentur, signis consignarent.

[e] *Ex edicto, &c.*] Cum quis vadimonium deseruerat, ex edicto prætoris bona ejus ad adversarium devolvebantur.

[f] *Proscribi*] Proscribi bona dicuntur, cum fixis publice libellis, venditio eorum bonorum in diem certam edicitur, ac significatur.

[g] *Affinitas*] Nota hic, quod mortua persona, per quam affinitas contracta est, affinitatis semper nomen manet; et quod quamdiu liberi ex eo matrimonio manebunt, tamdiu vis affinitatis manebit.

leat. Etenim si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur; necesse est, iste, qui amicum, socium, affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum [11] se, et perfidiosum, et impium esse fateatur. 27. Libellos Sex. Alphenus,[12] procurator P. Quintii, familiaris et propinquus Sex. Nævii, dejicit:[13] [h] servulum unum, quem iste prehenderat, abducit:[i] denuntiat, sese procuratorem esse; istum, æquum esse, famæ fortunisque P. Quintii consulere, et adventum ejus expectare. Quod si facere nolit, atque imbiberit[14] ejusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere, sese nihil precari; et, si quid agere velit, judicio defendere. 28. Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea contra jus, consuetudinem,[15] edicta [k] prætorum, de saltu [l] agroque communi a servis[16] communibus vi detruditur.[17] VII. Existima, C. Aquilli, modo[18] et ratione omnia Romæ Nævium fecisse, si hoc, quod per literas [m] istius in Gallia[19] gestum est, rectè atque ordine [a] factum videtur.[20] Expulsus atque ejectus e prædio [1] Quintius, accep-

[a] *Honeste.*

---

est.—11 *Varium* C S et Ven. 1483. *et vanum* Lamb.—12 *Alfenus* e Taur. edidit Orellius; et sic passim.—13 ς *dejecit.*—14 Pal. 4. et pauci alii Mss. ac edd. pr. omnes *inhibuerit;* et sic suprascr. in χ: *inhiberit* C et nonnulli alii Mss. *imbiberit* H S T ς χ, Pal. 1. 5. 6. et alii cum Manut. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. Hotom. conjecit *instituerit* aut *in animo habuerit.*—15 *Consuetudinemque* ς. Tum *edicto prætorum* vel *prætoris* edd. vett.—16 *Et servis* C H S T et Oliv.—17 C H S *dejicitur.*

CAP. VII. 18 ς χ et al. teste Hotomanno, *id modo;* et sic nonnullæ edd. vett.—19 *In Galliam* C.—20 Pro *recte*, in T *ratione* legitur. Tum *factum esse videbatur* H: *factum esse videatur* Venet. 1483. et Junt.—1 *Ej. est prædio* C:

NOTÆ

[h] *Dejicit*] Tabulas dejicit, quibus bona Quintii proscripserat, et eorum venditio significabatur.

[i] *Abducit*] A Nævio, fretus populi et tribunorum auctoritate, ad quos a prætoribus fas est appellare.

[k] *Edicta* [*edicto*] Putat Hotomannus legendum, *contra edicta prætoris.* Ratio ejus est, et optima quidem, quod prætores tantum darent possessionem, cum absens judicio non defendebatur. Defensus autem est Quintius, ut ipse postea confirmat.

[l] *De saltu*] Id est, de fundo. Saltus autem intelligitur locus ubi sylvæ et pastores sunt, et ubi particula aliqua terræ aratur pastorum causa. Ita Caius Ælius, Signif. l. II.

[m] *Per literas*] Literas ad servos dederat in Galliam, ut Quintium e saltu removerent.

ta insigni injuria, confugit ad C. Flaccum[n] imperatorem, qui tum erat in provincia;[2] [*p.* 5.] quem, ut ipsius dignitas poscit, honoris gratia nomino. Is eam rem quam vehementer vindicandam[3] putarit, ex decretis ejus poteritis[4] cognoscere. 29. Alphenus interea Romæ cum isto gladiatore vetulo[o] quotidie pugnabat. Utebatur populo sane suo,[b p] propterea, quod [iste[5]] caput petere[q] non desinebat. Iste postulabat,[6] ut procurator judicatum solvi satisdaret.[c r] Negat Alphenus,[s] æquum esse, procuratorem satisdare, quod reus satisdare non deberet, si ipse adesset. Appellantur tribuni;[t] a quibus cum esset certum auxilium petitum,[7] ita tamen[8] disceditur, ut idibus Septembribus P. Quintium sisti[9] Sex. Alphenus promitteret. VIII. 30. Venit Romam Quintius: vadimonium sistit. Iste, homo

[b] *Favente sibi.* [c] *Daret fidejussorem ut res judicata ei solveretur.*

---

ej. de prædio χ. Verba *recte atque ord. . . . . e prædio* in ς desunt.—2 H omittit voces *qui tum erat in prov.*—3 *Judicandam* H S.—4 ς *poteris.*—5 Ern. *iste* spurium esse judicat.—6 Vulg. *postulat.* E Pal. 4. 6. et edd. pr. edidit Ern. cum Grævio *postulabat*, ut Lamb. sine libris judicabat scribendum esse: et sic Beck. Schutz. et Orell. Etiam mox *negabat* scribi voluit Lamb.—7 '*Vetitum* inepte conjecit Grut.' *Beck.*—8 *Tum* C H S T, Pall. septem, Ven. 1483. Junt. Beck. et Orell.—9 *Quintium* non habetur in C, nec *sisti* in Pal. 2. 3.

NOTÆ

[n] *Ad C. Flaccum*] Flaccus tunc prætor Galliam obtinebat, quem singularem aliquam victoriam retulisse oportuit, quia tantum imperatoris nomine decorabantur a militibus, qui hostes populi Rom. devicerant.

[o] *Gladiatore vetulo*] Gladiator vetulus appellatur, qui jam a longo tempore artem exercet. Si qui autem in maximis familiis nequam et stupidi essent, sed firmo valentique corpore, adolescentes, ad gladiatores mittebantur, ut postea docti et instituti ad pugnam, ludos populo exhiberent in arena.

[p] *Populo sane suo*] Populum suum dicit, quia ei populus favebat et pugnabat contra Nævium, qui defecerat a populi partibus, in civili bello, ut nobilitatis partes sequeretur.

[q] *Caput petere*] Ludit in gladiatoribus, quorum petitiones dicuntur: nam famam et fortunas Quintii Nævius petebat.

[r] *Judicatum solvi satisdaret*] Id est, daret sponsores divites Sexto Nævio, qui præstarent, quantum judicio facto solvi oporteret, si Quintius damnaretur, tantum suo periculo solutum iri.

[s] *Negat Alphenus* [*Alphæus*] Id est, reo non licet satisdare, ergo nec procuratori.

[t] *Appellantur tribuni*] Tribunorum erat intercedere pro civibus, apud quoslibet magistratus.

acerrimus, bonorum possessor,[u] expulsor,[10] ereptor, annum et sex menses nihil petit: quiescit: conditionibus hunc,[x] quoad potest, producit:[d 11] a Cn. Dolabella[y] denique prætore postulat, ut sibi Quintius judicatum solvi satisdet,[e z] ex formula,[f a] 'Quod ab eo petat, quoniam ejus, ex edicto[b] prætoris,[12] bona dies XXX. possessa sint.'[13] Non recusabat Quintius, quin ita satisdare juberet,[14] si bona possessa essent ex edicto. Decernit: quam æquum, nihil dico:[15] unum hoc dico, novum: et hoc ipsum tacuisse mallem, quoniam utrumque quivis intelligere potuisset. Jubet P. Quintium sponsionem cum Sex. Nævio facere[c] aut satis-

[d] *Ducit longius verbis Quintium.*
[e] *Daret fidejussorem, ut res judicata solveretur ei.*
[f] Vulgo, *secundum stylum.*

CAP. VIII. 10 *Pulsor* ς.—11 'Ed. Wald. *perducit*, male.' *Ern.*—12 *Petat, quoniam ex ejus ed.* χ: *petat, cujus ex dicto* T: *petat, cujus ex ed.* C H S, Lamb. Oliv. Lall. Schutz. et Orell. *petat, quoniam ejus ex ed.* vulg. Menardus suspic. *petat pecuniam, cujus ex ed.* Post *prætoris*, addunt Ven. 1483. Junt. Lamb. *Romani;* Crat. *Romæ;* et ς *Romam.*—13 C *sunt.*—14 *Juberetur* Græv. et Schutz. e Franc. 1.—15 *Æquum esse nihil dico* χ: *æq., non dico* H.—16 In

NOTÆ

[u] *Possessor, &c.*] Bona possedit Romæ, eum expulit e bonis suis in Gallia, et ea in utroque loco eripuit.

[x] *Conditionibus hunc*] Conditio est in diem certum denuntiatio ejus rei de qua agitur. Cum igitur P. Quintius a Sex Nævio peteret, ut hac de re transigerent, certum diem Nævius denuntiabat; ubi vero is dies advenerat, Nævio postulante, Quintius alium diem denuntiabat. Sic Quintium Nævius longius duxit.

[y] *A Cn. Dolabella*] Is est Dolabella qui, Cilicia avare administrata, a M. Scauro accusatus est, et damnatus est, ut ex Verrina tertia patet.

[z] *Satisdet* [*satisdaret*] Id est, sponsores daret Quintius, quod in judicio permanebit usque ad litem terminatam.

[a] *Ex formula*] Formulæ, quæ et actiones dicebantur, erant solennium verborum quibus utebantur in judiciis, et ex quibus judicabatur. Hanc autem fuisse formulam apparet, Cujus ex edicto prætoris Romani bona dies triginta possessa fuerint, eum judicatum solvi satisdare jubebo.

[b] *Edicto*] Edictum Romæ dicebatur, quod prætor, antequam jus redderet, solebat proponere, ut scirent cives, quod jus de qua re quisque dicturus esset, seque præmuniret.

[c] *Sponsionem facere*] Paul. de Verb. Signif. ad Edic. lib. VII. 'Sponsio omnis stipulatio promissioque dicitur.' Proprie tamen veteribus sponsio actionis formula erat, quæ fiebat, interposita certæ pecuniæ stipulatione, quam perderet is, qui sponsione vinceretur: erat autem decima pars rei controversæ in causis privatis, in publicis quinta.

dare,[16] 'Si bona sua ex edicto P. Burrieni prætoris dies XXX. possessa essent.'[17] Recusabant, qui aderant[d] tum Quintio. Demonstrabant, de re[g] judicium fieri oportere, ut aut uterque inter se, aut neuter satisdaret: non necesse esse famam alterius in judicium venire. 31. Clamabat[18] porro ipse Quintius, sese idcirco nolle satisdare, ne videretur judicasse, bona sua ex edicto possessa esse: sponsionem porro si istiusmodi[19] faceret; se (id quod nunc evenit) de capite suo[h] priore loco causam esse dicturum. Dolabella (quemadmodum solent homines nobiles;[e] seu recte[20] seu perperam[i] facere cœperunt, ita in utroque excellunt,[1] ut nemo nostro[f] loco natus assequi[k] possit[2]) injuriam facere fortissime[l] perseverat: aut satisdare,[3] aut sponsionem jubet facere; et interea recusantes[4] nostros advocatos acerrime submoveri.[5][g] IX. 32. Conturbatus sane discedit Quintius; neque mirum, cui hæc optio tam misera[h] tam-

[g] *De debito.* [h] *De bona existimatione sua.* [i] *Inique.*
[k] *Æquare.* [l] *Pertinacissime.*

T *C. Quintium.* Deiu verba *aut satisdare* absunt ab Mss. Oxonn. et Mss. plerisque, ac etiam a Ven. 1483. Junt. Crat. Græv. Grut. Oliv. Lall. Beck. et Orell. Lamb. e Ms. cum Manut. (Venet. 1480.) et Schutz. ediderunt *P. Quintium aut satisdare aut spons. cum Sex. Nævio facere*, prob. Hotomanno.—17 *Si bona sua* C H S T ς χ, Pall. et plerique codd. cum Ven. 1483. Junt. Crat. Græv. *si bona* Gruteri Ms. *ni bona sua* aliæ edd. et Mss. Dein pro *P. Burrieni*, C H S habent *publico*. Deuique *poss. non essent* C H S T ς χ, Pall. septem, S. Victor. cum Crat. Lamb. Grut. Lall. Beck. et Schutz.—18 χ *clamat.*—19 Idem Ms. *hujusmodi.*—20 *Seu recto* χ: *seu ratione* T. In C desunt. —1 *Ex utroque* C S: et *excedunt* Ursini Ms.—2 *Posset* Mss. Oxonn. cum Ven. 1483. Junt. Crat. Græv. Oliv. et Lall.—3 *Satisdaret* C T ς χ, Pal. 4. 5. 6. et S. Victor.—4 *Revocantes* C S.—5 Iidem Mss. *commoveri.*

NOTÆ

[d] *Qui aderant*] Advocati, de quibus in exordio dictum est.

[e] *Homines nobiles*] Locus de nobilium moribus. Porro nobiles dicebantur qui majores honores obtinuerant, sive illi patricii sive plebeii fuissent.

[f] *Nostro*] Equestri videlicet, ex quo se ortum sæpissime gloriatur: nullum enim adhuc magistratum Cicero gesserat. Se tamen traxisse originem lib. II. de Legibus, ex regio Volscorum genere scribit.

[g] *Submoveri*] Consules et prætores submovere populum ad imperium per lictores poterant. At tribuni tantum per viatores, sed comiter et urbane, 'Discedite, Quirites, si vobis videtur.'

[h] *Optio misera*] Misera illa est optio, quia de vita et bonis periclitabatur.

que iniqua[i] daretur, ut aut ipse se[6] capitis[k] damnaret, si satisdedisset;[7] aut causam capitis,[l] si sponsionem fecisset, priore loco[m] diceret. Cum in altera re, causæ nihil esset, quin secus[m 8] judicaret ipse de se;[9] quod judicium gravissimum est;[n 10] in altera spes esset ad talem tamen virum, judicem, veniendi, unde eo plus opis auferret,[o] quo minus attulisset gratiæ, sponsionem facere maluit: fecit. Te judicem, C. Aquilli, sumsit: ex sponso[p] egit. In hoc summa[q] judicii,[11] causaque tota, consistit.

33. Judicium esse, C. Aquilli, non de re pecuniaria, sed de fama fortunisque P. Quintii vides. Cum majores ita[12] constituerint, ut qui pro capite diceret, is posteriore loco diceret;[13] nos, inaudita criminatione accusatorum, priore loco causam dicere intelligis:[14] eos porro, qui defendere[n] consuerunt, vides accusare; et ea ingenia converti ad perniciem, quæ antea versabantur in salute[o] atque auxilio ferendo. Illud etiam restiterat,[p] quod hesterno die[q] fece-

[m] *Minus recte.* [n] *Est maximi momenti.*
[o] *Acciperet.* [p] *Ex sponsione.* [q] *Status.*

CAP. IX. 6 *Se* in ς deest.—7 ς *satisdaret.*—8 *Sequius* Ms. Mureti.—9 T *de re.*—10 In C verbum omittitur.—11 Pro *sponso*, alii habent *sponsu.* In ς sic legitur, *sumpsit esponso, egit in hoc summa judicio.* C *in hac summa judicii.*—12 *Itaque* ς.—13 Verba *is posteriore loco diceret* in T desunt.—14 *Intelligetis*

NOTÆ

[i] *Iniqua*] Propter Dolabellam.

[k] *Ipse se capitis*] Si solus Quintius satisdaret ex formula, quod ejus bona ex edicto prætoris possessa essent per 30. dies, fateretur desertum a se vadimonium fuisse: quare sibi famam adimeret.

[l] *Causam capitis*] Causa capitis erat in qua agebatur de fama et existimatione: nam ideo sponsionem faciebat, ut probaret possessa bona non fuisse: ergo si id probare non posset, desertum a se vadimonium probabat.

[m] *Priore loco*] Pessima conditio fuit Quintii, nam quasi reus causam priori loco dicere cogitur; moris enim fuit ut reus priori loco, posteriori actor sive accusator causam diceret.

[n] *Eos qui defendere*] Designat Hortensium, qui cum semper defendere didicisset, nunc accusat.

[o] *In salute*] Hortensius defendit Verrem, L. Flaccum, P. Sextium, &c.

[p] *Restiterat*] Vox hæc 'restiterat,' a 'resto' venit. Vox familiaris Ciceroni, cum de re aliqua indigna agit. Sic Phil. IX. 'At vero ita decernunt, ut, liberato Bruto, id enim restabat, ut relicto, deserto, prodito,' &c.

[q] *Hesterno die*] Dicit Aquillium obstitisse quominus præstitutum fuisset

runt, ut te in jus adducerent,[15] ut nobis tempus,[r] quam diu diceremus, præstitueres: quam rem facile a prætore impetrassent,[16] nisi tu, quod esset tuum jus et officium partesque,[17] docuisses. 34. Neque nobis adhuc, præter te,[s] quisquam fuit, ubi[r] nostrum jus contra illos obtineremus; neque illis[t] unquam satis fuit illud obtinere, quod probari omnibus[u] posset.[18] Ita sine injuria potentiam levem[x] atque inopem esse arbitrantur. X. Verum quoniam tibi instat Hortensius, [*p.* 6.] ut eas in consilium;[s y] a me postulat, ne dicendo tempus absumam;[19] queritur, priore patrono causam defendente, nunquam perorari potuisse;[z] non patiar,[20] istam manere suspicionem, nos rem judicari nolle: nec illud mihi arrogabo, me posse causam commodius demonstrare, quam antea demonstrata sit; neque tamen tam multa verba faciam; propterea quod et ab illo,

[r] *Apud quem.* [s] *Ut audias sententias assessorum tuorum.*

T: *intelligitis* C H S ς, et alii, cum edd. vett.—15 *Educerent* H S, Pal. 2. 3. et edd. vett. probante Gulielmio.—16 *Impetrassent* abest a C S ς. In H *impetrari spero.*—17 *Testesque* C H S T χ et alii, teste Grævio, sed in marg. H χ *potestasque*, ut habent edd. vett. nonnullæ: *testes* Pal. 4. Dresd. et S. Vict. *testatusque* ς.—18 In ς omittuntur verba *illos obtineremus . . . satis fuit.* Mox *probare* C; et *possit* H χ.

Cap. X. 19 *Ne dicendi* H; et *assumam* ς: *adsummam* χ.—20 χ *patiaris.*—

NOTÆ

tempus Quintio ad causam dicendam coram prætore, vel iis judicibus quos constituisset. Jus autem prætoris dicebatur, quemadmodum judicium constitutorum ab illo judicum.

[r] *Ut nobis tempus*] Præscribebatur spatium dicendi oratoribus, secundum causæ dignitatem.

[s] *Præter te*] Nam solus ille præscribere dicendi tempus noluit.

[t] *Illis*] Burrieno et Dolabella prætoribus.

[u] *Quod probari omnibus*] Non solum illi obtinere voluerunt quod æquum et justum approbatur ab omnibus, sed etiam, quod iniquum judicatur.

[x] *Ita potentiam levem*] Id est, potentiam suam levem existimant, nisi ea ad injurias imponendas abutantur.

[y] *Ut eas in consilium*] Omnibus allatis ab oratore argumentis, cum ipse pronuntiaverat, Dixi, judex ab aliis judicibus sententias, quæsitor ab assessoribus suis consilium petebat.

[z] *Perorari potuisse*] In causis sponsionis oportebat actorem et reum eodem die perorare, et judicem pronuntiare. Quapropter pollicetur sequentibus verbis, quod breviter dicturus sit, ut omnem a se suspicionem cadendi causa removeat, qui enim rem judicari nolunt, ostendunt se suæ causæ diffidere.

qui ante dixit,[1] [a] informata jam causa [b] est, et a me, qui neque excogitare [2] neque pronuntiare multa [c] possum, brevitas postulatur, quæ mihimet ipsi amicissima est. 35. Faciam, quod te sæpe animadverti facere, Hortensi: totam causæ meæ dictionem [t] certas in partes dividam. Tu id semper facis,[d] quia semper potes: ego in hac causa [3] faciam, propterea quod in hac videor posse facere.[4] Quod tibi natura dat,[5] [e] ut semper possis, id mihi causa concedit,[6] ut hodie possim. Certos mihi fines terminosque constituam, extra quos egredi [7] non possim, si [u] maxime velim; ut et mihi [8] sit propositum, de quo dicam; et Hortensius habeat exposita, ad quæ respondeat; et tu, C. Aquilli, jam ante animo prospicere possis, quibus de rebus auditurus sis.[9] 36. Negamus, te bona P. Quintii, Sex. Nævi, possedisse ex edicto [10] prætoris. In eo sponsio [11]

[t] *Expositionem.* [u] *Etsi.*

1 *Qui antea dixit* Dresd. *qui tum dixit* C ς χ et edd. vett.—2 χ *cogitare.*—3 ς *ego in hoc causa.*—4 Verba *Tu id . . . facere* Schutz. judicat esse spuria, et uncis includit.—5 *Natura concedit* Lamb.—6 *Causa dat* multæ edd. vett. teste Græv.—7 *Digredi* ς. Tum *possum* vulg. *possim* dedit Ern. ex edd. pr. Rom. Brix. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. et sic Oxonn. Mss. cum Græv. Oliv. Beck. Lall. Schutz. et Orell.—8 *Ut mihi* C ς: *etsi mihi* χ.—9 In C omittuntur verba *et tu, C. Aquilli . . . auditurus sis.*—10 Voces *ex edicto* in ς desunt.—11 ' *In ea verba sponsio*] Sic legendum, et ita habent nonnulli codi-

NOTÆ

[a] *Ab illo, qui ante dixit*] M. Junius prior jam causam hanc egerat.

[b] *Informata jam causa*] Informata causa dicitur, quia ut ex inchoata materia perspicitur qualis res futura sit, ita ex hac causa non penitus explicata intelligitur qualem exitum habitura sit.

[c] *Neque pronuntiare multa*] Non poterat multa Cicero pronuntiare, sive quod ipsi deesset exercitatio, pauco enim ante tempore dicere instituerat, sive quia revera non posset facile pronuntiare. Certe in Bruto sic de se loquitur: ' Erat eo tempore in nobis summa gracilitas, et infirmitas corporis, procerum et tenue collum: qui habitus, et quæ figura non procul abesse putatur a vitæ periculo, si accedit labor, et laterum magna contentio.'

[d] *Tu id semper facis*] Nimius fuit in divisionibus Hortensius: unde ait Quintilianus propter illas divisiones fuisse irrisum; quare festive eum hic irridet Cicero, subtiliter indicans, illum non ex causarum, sed ex sua potius natura, tot partitiones afferre.

[e] *Natura dat*] Naturæ non arti concedit, quod tam facile partiatur. Inde autem factum est ut oratio ejus pronuntiata magis placeret, quam scripta. De eo vide Cic. in Claris Oratoribus.

facta est. Ostendam primum, causam non fuisse, cur a prætore postulares, ut bona P. Quintii possideres; deinde ex edicto te possidere[12] non potuisse; postremo, non possedisse. Quæso, C. Aquilli, vosque qui estis in consilio, ut, quid pollicitus sim, diligenter memoriæ mandetis: etenim rem facilius totam accipietis, si hæc memineritis; et me facile vestra existimatione revocabitis, si extra hos cancellos[f] egredi conabor, quos[x] mihi ipse circumdedi. Nego fuisse causam, cur postularet: nego ex edicto possidere potuisse: nego possedisse. Hæc tria cum docuero, perorabo.[13]

XI. 37. Non fuit causa,[g] cur postulares.[14] Qui[y] hoc intelligi potest? Quia Sex. Nævio, neque ex societatis ratione, neque privatim quicquam debuit Quintius. Quis huic rei testis est? idem, qui acerrimus[h] adversarius. In hac re te, te, inquam, testem,[15] Nævi, citabo. Annum, et eo diutius,[16] post mortem C. Quintii, fuit in Gallia[17] tecum simul Quintius. Doce, te petiisse ab eo istam, nescio quam, innumerabilem pecuniam: doce, aliquando mentionem fecisse;[18] dixisse deberi: debuisse concedam. 38. Moritur C. Quintius; qui tibi, ut ais,[19] certis nominibus[i]

[x] *Limites.* [y] *Quomodo.*

ces veteres, aut, ne mentiar, *in ea.*' Lamb. Vulg. *In eo sponsio.* Pro *sponsio*, C S *responsio* habent.—12 *Ex edicto poss.* C: *ex edicto prætoris poss.* χ.—13 Orell. e Verr. IV. 66. conjecit *peroraro* legend.

CAP. XI. 14 *Postularet* alii, teste Hotom.—15 *In hanc rem te inquam* C T ς: et *teste* χ.—16 ς caret *diutius.*—17 S. Vict. et Pal. 2. 3. *in Galliam*, quod retinet Gulielmius.—18 '*Mentionem fuisse*] Omnes, puto, *fecisse:* quod sine

NOTÆ

[f] *Cancellos*] Alludit ad forum judiciale, quod cancellis clausum erat, ut patet ex oratione pro Sextio, ubi sic ait: 'Tantus ex fori cancellis plausus excitatus est, ut nunquam major consensio, aut apertior Pop. Rom. universi fuisse ulla in causa diceretur.' Cancelli autem proprie sunt ligna in transversum, modicis intervallis, in formam retis annexa, et ita disposita, ut transitus intercludatur.

[g] *Non fuit causa*] Propositio primæ partis confirmationis.

[h] *Acerrimus*] Acerrimum vocat, quia gratia et auctoritate Nævius valebat, et summa erat Quintii solitudo. Quare acrius eum Nævius urget.

[i] *Nominibus*] 'Debita dicuntur nomina,' ait Vult. Instit. de Literar. Oblig. § 3. 'propterea quod moris erat, ut is, qui pecuniam accipiebat, nomen suum in tabella ejus, a quo

grandem pecuniam debuit.[z] Hæres ejus P. Quintius in Galliam ad te ipsum venit in agrum communem; eo denique, ubi non modo res erat,[20] sed ratio[k] quoque omnis,[a] et omnes literæ. Quis tam dissolutus[b] in re familiari fuisset, quis tam negligens,[1] quis tam tui, Sexte, dissimilis, qui, cum res ab eo, quicum contraxisset,[c] recessisset,[2] et ad hæredem pervenisset, non hæredem,[3] cum primum vidisset,[4] certiorem faceret? appellaret?[l] rationem afferret?[d] si quid in controversiam[5] veniret, aut intra parietes,[m] aut summo jure experiretur?[n] Itane?[6] quod viri optimi[7][o] faciunt, ii qui[8] suos propinquos ac necessarios caros[9] et honestos esse atque haberi volunt; id Sex. Nævius non faceret, qui usque eo[p] fervet ferturque[10] avaritia, ut de

[z] *Ob certa debita.* [a] *Sed omnes libri rationum.*
[b] *Prodigus.* [c] *Cum quo fecisset societatem.*
[d] *Redderet libros rationum.*

dubio rectum est.' *Hotom. Fecisse* Mss. et vulg.—19 *Ut ait* C.—20 Pal. 2. 3. carent *erat.*—1 Verba *quis tam negligens* in H desunt.—2 Pro *ab eo*, in χ *habes* legitur. *Qui contrax.* Mss. nonnulli et edd. *quicum contrax.* vulg. Dein ς non habet *recessisset.*—3 In χ non leguntur verba *pervenisset, non hæredem.* —4 *Adisset* C S, non improb. Orell.—5 *Controversia* C.—6 *Experiret* T. *Itane est* C H S ς χ, Venet. 1483. Junt. Crat. Lamb.—7 Hotom. maluit *jure optimo.*—8 *Si qui* C H S T ς χ, Venet. 1483. Junt. Crat. *et si qui* Lamb.— 9 Lamb. *claros*, ut et Hotom. censuit legendum.—10 *Fervit* Pal. 2. 3. *et ferturque* Pal. 5. 6. *efferturque* vult Gruter. *ferturque* e glossa putat Schutz.—

NOTÆ

pecuniam accipiebat, et simul etiam nomini suo describeret id quod deberet.'

[k] *Ratio*] Per rationem ultro citroque dandi, accipiendi, credendi, solvendi sui causa, negotiationem intelligit, quod vulgo Gall. dicimus, registrum.

[l] *Appellaret*] Id est, reposceret pecuniam sibi debitam prius quam ad judicem appellaret. Sic Cic. pro Cluentio: 'appellat hilari vultu hominem Balbus, ut blandissime potest.'

[m] *Intra parietes*] Antequam venirent ad judicium, intra privatos parietes rem inter amicos exponebant. Sic apud Liv. l. IV. 'Cum res peragi inter amicos nequisset, ventum est in jus.'

[n] *Jure experiretur*] 'Experiri' est lege agere, vel actionem in judicio intendere: inde deducto verbo, quod qui rem aliquam judicio petunt, ii, quod juris se habere ad eam rem repetendam arbitrantur, id ad judicium tentandi et experiundi causa exponunt. 'Experiri' autem summo jure dicimus, cum summa cum acerbitate adversarium in judicio persequimur.

[o] *Viri optimi*] Optimos vocat, qui non sunt avari, neque Sex. Nævio similes.

[p] *Qui usque eo, &c.*] Sensus hic est

suis commodis aliquam partem nolit amittere,[11] ne quam partem[12] huic propinquo suo ullius ornamenti[13] relinquat? 39. Et is pecuniam, si qua deberetur, non peteret, qui, quia, quod[14] debitum nunquam est, id datum non est, non pecuniam modo, verum etiam hominis propinqui sanguinem vitamque eripere[q] conatur? [*p.* 7.] Huic tu molestus[r] esse videlicet noluisti,[15] quem nunc respirare libere non sinis? quem nunc interficere nefarie cupis,[16] eum tu prudenter[17 s] appellare nolebas? Ita credo: hominem propinquum, tui observantem, virum bonum, pudentem,[18] majorem natu, nolebas, aut non audebas appellare. Sæpe, ut fit, cum ipse te confirmasses, cum statuisses de pecunia mentionem facere, cum paratus meditatusque venisses; homo timidus, virginali verecundia,[t] subito ipse te retinebas; excidebat repente oratio: cum cuperes appellare, non audebas, ne invitus audiret. Id erat[19] profecto. XII. 40.

11 *Partem velit amittere* C H S ς, S. Vict. tres Pall. cum Venet. 1483. Junt. Crat. et Orell. *partem velit omittere* Dresd. et al. *partem velit committere* T χ et al. *partem nolit mittere* Gruteri Ms. *partem nolit amittere* plures Mss. cum Junt. Grut. Oliv. Græv. Lall. Beck. et Schutz.—12 Pro *ne quam partem*, Ms. ap. Græv. et Lamb. *ut aliquam partem*.—13 χ *suo vilius orn.*—14 In eodem Ms. deest *quod*.—15 In eodem Ms. quoque deest *videlicet*. Pro *noluisti*, C ς *voluisti* habent.—16 *Interf. ne fore cupis* C.—17 *Tum prudenter* χ et pauci alii: *tu impudenter* C H S et edd. vett. *tum prudenter* ς, Naug. Crat. Lamb. Oliv. Lall. Beck. et Orell. *tu pudenter* Mss. nonnulli cum Græv. et Schutz. *tu prudenter* vulg.—18 *Prudentem* χ, Junt. et Garaton.—19 *Erit* C S χ: *aderit* ς.

NOTÆ

ex Lambino, Nævium usque adeo avarum esse, ut, si offeratur ei hæc conditio; vel aliquam partem suorum commodorum amittat, et parvam jacturam rei suæ familiaris faciat, vel aliquam partem ullius ornamenti propinquo suo relinquat, neque sinat eum suis ornamentis omnibus spoliari; malit videre Quintium omnibus suis honestatibus nudatum, quam aliquam partem suorum commodorum amittere. Vult enim Cic. Nævii avaritiam notare; quam tantam esse ostendit, ut ea impulsus, inhumanum se in propinquum suum præbeat.

[q] *Sanguinem vitamque eripere*] Id est, eripere vitæ commoda et opes, quibus vita et sanguis retinetur.

[r] *Huic tu molestus*] A narratione plena indignationis, transit ad ironicum dicendi genus, quo festive ridet Nævii verecundiam.

[s] *Nefarie cupis, eum tu prudenter* [*tum pudenter*] Contrariorum oppositio 'nefarie' et 'pudenter.' 'Nefarius' est 'qui sacra polluit; 'pudens,' qui vel ad speciem mali verecundatur. Ita Asconius.

[t] *Virginali verecundia*] Verecundia non virginibus tantum, sed etiam viris tribuitur.

Credamus hoc,[20 u] Sex. Nævium, cujus caput oppugnet, ejus auribus pepercisse.[e] Si debuisset, Sexte, petisses[1] statim;[x] si non statim, paulo quidem post; si non paulo, at aliquanto;[2 y] sex quidem illis mensibus profecto; anno vertente[f 3] sine controversia. Anno et sex mensibus vero,[3] cum tibi quotidie potestas hominis fuisset admonendi, verbum nullum facis:[4] biennio jam confecto fere,[5] appellas. Quis tam perditus[f] ac profusus[6] nepos,[a] non adesa[g] jam, sed abundanti etiam[7] pecunia, sic dissolutus[h] fuisset, ut fuit Sex. Nævius? Cum hominem nomino, satis mihi videor dicere. 41. Debuit tibi C. Quintius: nunquam petisti; mortuus est ille: res ad hæredem venit. Cum eum quotidie videres, post biennium denique appellas. Dubitabitur,[8] utrum sit probabilius, Sex. Nævium statim, si quid deberetur, petiturum fuisse; an, ne appellaturum quidem biennio? Appellandi tempus non erat? At tecum plus annum[9] vixit. In Gallia agi[b] non potuit? At et in provincia[c] jus dicebatur; et Romæ judicia fiebant.[d] Restat,

[e] *Dixisse nihil ei.* [f] *Anno evoluto.*
[g] *Comesta.* [h] *Negligens.*

CAP. XII. 20 *Hoc* delendum censet Beck.—1 *Sexte petisses, sed pet.* ς: —2 *Aliquando* alii.—3 H caret *vero.*—4 *Facit* ς χ.—5 *Fere* in C deest.—6 C T *perfusus.*—7 Crat. et Lamb. non habent *etiam*, pro quo al. teste Græv. exhibent *jam.* Orell. uncis inclusit. Verba *sed abundanti etiam* in C et H omittuntur.—8 *Dubitatur* C H S T ς et ed. Junt.—9 *Plus quam annum* C S: *plus anno* Junt. *anno plus* H et pauci alii Mss. cum Rom. Ven. 1483.

NOTÆ

[u] *Credamus hoc*] Finis ironiæ.

[x] *Petisses statim*] Gradatio elegans, et quasi argumentandi forma per particulas.

[y] *At aliquanto*] Id est, non multo post; et *non aliquando*, ut in pluribus legitur: nam qui centum annis post, petit aliquando. Significat autem Cicero non petivisse pecuniam Nævium, quamdiu vixit Quintius, sed biennio post mortem.

[z] *Anno vertente*] Annus vertisse dicitur, cum sol, duodecim signis decursis, eodem, unde profectus est, redit.

[f] *Perditus*] 'Perditus' est, qui virtutem omnem abjecit: et 'profusus,' qui bona dilapidat.

[a] *Nepos*] Nepos dicitur, qui patrimonium effundit, inconsulte largiendo.

[b] *In Gallia agi*] In Gallia intermissa judicia fuerunt, bello sæviente, cui præfuit Flaccus. De quo jam supra.

[c] *At et in provincia*] Poterant judicia exerceri in Gallia: nam absente prætore, vel impedito propter negotia

ut aut summa negligentia tibi obstiterit, aut unica liberalitas. Si negligentiam dices, mirabimur:[e] si bonitatem, ridebimus:[10 f] neque præterea quid possis dicere, invenio. Satis est argumenti, nihil esse debitum Nævio, quod tamdiu nihil petivit.

XIII. 42. Quid si hoc ipsum, quod nunc facit, ostendo testimonio[g] esse, nihil deberi? quid enim nunc agit Sex. Nævius? qua de re controversia est? quod est hoc judicium,[11] in quo jam biennium versamur?[h] quid negotii geritur, in quo ille tot et tales viros[i] defatigat? Pecuniam petit. Nunc denique?[i] verumtamen petat:[12] audiamus. 43. De rationibus[k] et controversiis societatis vult dijudicari. Sero; verum aliquando tamen: concedamus. Non, inquit, id ago,[13] C. Aquilli, neque in eo nunc laboro.[14] Pecunia mea tot annos utitur P. Quintius:[15] utatur sane: non peto. Quid igitur pugnas?[l 16] an, quod sæpe multis in locis dixisti, ne in civitate sit?[k] ne locum[l] suum,[m] quem

[i] *Nunc tandem?* [k] *De impensis factis.*
[l] *Contendis judicio?* [m] *Dignitatem suam.*

Brix. Crat. et Lamb.—10 Venet. 1483. *unica liberalitate;* pro quo Facciolatus suspicabatnr *summa bonitas* legendum. Præterea *Si negligentia dices, mirabuntur: si bonitate, ridebimus* C H S χ et ed. Ven. 1483. in qua vox *omnes* inseritur post *ridebimus.*

CAP. XIII. 11 C *Quid est jud.*—12 *Petit* Ms. ap. Græv. cum Ven. 1480. Crat. Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *petat* C H S T ς χ, Mss. Pall. ac etiam Rom. Ven. 1483. Brix. Junt. Beck. Schutz. et Orell.—13 *Hoc id ago* H S.—14 *Nec in hoc nunc lab.* C: *neque nunc in hoc lab.* S. In χ *laboro* deest.—

NOTÆ

publica, vicarium habebat, qui vices ejus in causis audiendis gereret.

[d] *Romæ judicia fiebant*] Intermissa quidem Romæ judicia fuerant propter civilia bella, sed jam restaurata erant.

[e] *Mirabimur*] Propter avaritiam, qua plenus est Nævius.

[f] *Ridebimus*] Quia scurra impudentissimus est.

[g] *Ostendo testimonio*] Cum tam acerbe Nævius agat in Quintium, probat manifeste non debitam sibi pecuniam, sed illius et omnium fortunarum exitium quærere.

[h] *Biennium versamur*] Habita est hæc oratio anno quarto post mortem C. Quintii; et biennio post, P. Quintius appellatus est, et in causa biennio versati sunt.

[i] *Tales viros*] Indicat Aquillium et assessores ejus, viros eloquentissimos et religiosissimos.

[k] *Ne in civitate sit*] Ne numeretur inter cives: nam qui vadimonii deserti damnati erant, in tabulas referebantur, et ærarii fiebant, ut ad hoc tantum cives essent.

adhuc honestissime defendit, obtineat? ne numeretur[m] inter vivos? decernat de vita et ornamentis suis omnibus? apud judicem causam priore loco dicat; et, eam cum orarit,[17] tum denique[n] vocem accusatoris[18] audiat? quid? hoc quo pertinet? ut ocyus ad tuum pervenias? At,[19] si id velles, jampridem actum esse poterat. 44. Ut honestiore judicio[n] conflictere?[o] At sine summo scelere P. Quintium, propinquum tuum, jugulare non potes. Ut facilius judicium sit? At neque C. Aquillius de capite alterius libenter judicat, et Q. Hortensius contra caput non didicit dicere. Quid a nobis[20] autem, C. Aquilli, refertur? Pecuniam petit: negamus deberi. Judicium fiat statim: non recusamus. Numquid[1] præterea? si veretur, ut res, judicio facto, parata sit;[p] judicatum solvi[o] satis accipiat.[p] Quibus a me verbis satis accipiet,[2] iisdem ipse,[q] quod peto,[3] satisdet. Actum jam potest esse, C. Aquilli: jam tu potes discedere liberatus[4] molestia, prope dicam, non minore,[5] quam Quintius. 45. Quid agimus, Hortensi?

[n] *Tunc primum.* [o] *Contendas.*
[p] *Si metuit ne pecunia parata sit sententia lata.*

15 *C. Quintius* C H S T ς χ.—16 χ *Quid pugnes.*—17 C *oraret.* Hotom. conj. *perorarit;* quod Lamb. et Aldus nepos in textum receperunt.—18 ς *oratoris vocem.*—19 χ *ac.*—20 C H S *a vobis.*—1 *Ut quid* C H S T ς χ, Pall. sex, S. Vict. et edd. vett. *non quid* Pal. 7. et pauci alii, ac etiam edd. pr. *quid* Junt. *ecquid* conjicit Gruter.—2 χ *acciperet.*—3 Sylvius suspicabatur *si quid*

NOTÆ

[l] *Locum*] Equestrem nempe dignitatem.

[m] *Ne numeretur*] Amplificatio per exaggerationem per eadem significantia.

[n] *Honestiore judicio*] Quia queritur Nævius desertum sibi vadimonium a Quintio: et ideo ejus causa probabilior videtur, et magis odiosa Quintio.

[o] *Judicatum solvi*] Dicebant veteres judicatum satis solvi, cum quis stipulanti, ut solveretur sibi quod fuisset judicatum, datis fidejussoribus, promittit: nam 'judicatum solvi' antique dictum est pro solutum iri.

[p] *Accipiat*] Scilicet Nævius. Satisdatio et satisacceptio fiebant per verba 'si' et 'nisi,' pecunia interposita.

[q] *Iisdem ipse, &c.*] Quod peto, sive potius quod postulatum est sæpe, nempe ut de re pecuniaria judicium fieret, et uterque inter se, aut neuter satisdaret, id est, daret fidejussorem, qui creditorem securum redderet. Porro advocati Quintii postulaverant, ut de re pecuniaria judicium fieret, et uterque inter se, aut neuter satisdaret.

quid de hac conditione dicimus? possumus aliquando, depositis armis,[r] sine periculo fortunarum, de re pecuniaria[q] disceptare?[6] possumus ita rem nostram persequi, ut hominis propinqui caput incolume esse[7] patiamur? possumus petitoris personam capere, accusatoris deponere? [*p.* 8.] Immo, inquit, abs te[8] satis accipiam: ego autem tibi non satisdabo.[9] XIV. Quis tandem nobis ista jura tam æqua[10 s] describit? quis[11] hoc statuit, quod æquum sit in Quintium,[12] id iniquum esse in Nævium? Quintii bona, inquit, ex edicto prætoris possessa sunt. Ergo, id ut confitear,[13] postulas; ut, quod nunquam factum esse judicio defendimus, id, proinde, quasi factum sit,[14] nostro judicio confirmemus. 46. Inveniri[15] ratio, C. Aquilli, non potest, ut ad suum[t] quisque quam[16] primum sine cujusquam dedecore,[17] infamia,[u] pernicieque perveniat?[18] Profecto, si quid deberetur, peteret: non omnia judicia[x] fieri mallet, quam unum illud,[y] unde hæc omnia nascuntur.[19] Qui inter tot annos[20] ne appellarit quidem Quintium, cum potestas esset agendi quotidie; qui, quo tempore primum male agere cœpit, in vadimoniis differendis tempus omne consumserit;[z] qui postea vadimonium quoque[1] missum fece-

[q] *De debito.*

peto.—4 *Liberatus* in H et S omittitur.—5 H *majore*, omisso *non*.—6 *De pecunia disc.* C: *de re pec. disputare* ς.—7 C caret *esse*.—8 Verba *abs te* in χ desunt.—9 *Satis non dabo* Ven. 1483. prob. Garaton.

CAP. XIV. 10 *Ista vita tam æqua* H: *ista vitam tam æquam* χ.—11 H *quid.*—12 In χ omittuntur verba *in Quintium*.—13 C ς *confiteatur*.—14 Pro *proinde*, al. *perinde* habent. Verba *esse jud.... factum sit* in ς desunt.—15 *Iniri* legend. censet Lamb.—16 χ *quisquam*.—17 ς *decore*.—18 C H S *deveniat*.—19 *Unde omnia judicia nasc.* C χ: *unde hæc omnia judicia nasc.* H S T ς.—20 Pro *inter tot annos*, Facciolatus vult *inter duo annos* aut *integro anno*. Vid.

NOTÆ

[r] *Depositis armis*] Id est, omnibus omissis accusationibus de capite.

[s] *Tam æqua*] Ironice.

[t] *Ad suum*] Id est, se defendat, ac tueatur jus suum sine cujusquam dedecore.

[u] *Dedecore, infamia, &c.*] Dedecus est inter paucos; infamia vero, cum ad plures illud pervenit, dicitur; pernicies autem, cum periculum capitis infert.

[x] *Omnia judicia*] Judicia intelligit, quæ lata sunt a prætoribus Burrieno et Dolabella.

[y] *Unum illud*] De pecunia debita, ex quo omnes aliæ controversiæ natæ sunt, ut infra dicet.

[z] *Tempus consumserit*] Quia vadi-

rit,[r a] hunc per insidias vi[2] de agro communi dejecerit; qui, cum de re agendi, nullo recusante, potestas fuisset, sponsionem de probro[b] facere[3] maluerit; qui, cum revocetur ad id judicium,[4] unde hæc nata sunt omnia, conditionem[c] æquissimam[5] repudiet; fateatur,[6] se non pecuniam, sed vitam et sanguinem petere. Is non hoc palam dicit? mihi si quid deberetur,[7] peterem, atque adeo jampridem abstulissem.[s 8] 47. Nihil[t] hoc tanto negotio, nihil tam invidioso judicio, nihil tam copiosa advocatione[u d] uterer, si petendum esset: extorquendum est invito atque ingratiis:[9] quod non debet, eripiendum[10 e] atque exprimendum[f] est: de fortunis omnibus P. Quintius deturbandus est: potentes, diserti, nobiles omnes advocandi sunt: adhibenda vis est veritati: minæ jactentur:[11 g] pericula intendantur: formidines opponantur, ut iis[12] rebus aliquando victus et perterritus ipse cedat.[13] Quæ, mehercule, omnia, cum, qui

[r] *Omiserit.* [s] *Accepissem.* [t] *Non.* [u] *Oratore tam eloquenti.*

Nott. Var.—1 *Qui posteaquam vad. quoque* S T ς χ, Manut. Lamb. Oliv. et Schutz. et sic etiam Orell. qui vocem *quoque* uncis includit: *qui posteaquam vad.*, omisso *quoque*, C H: *qui postea quoque vad.* Venet. 1483. et Crat. *qui postea vad. quoque* plurimi Mss. cum Junt. Grut. Græv. Lall. et Beck.—2 χ *ut.*—3 *Facere* in C deest.—4 C *ad jud.* omisso pronomine.—5 χ *nequissimam.* —6 *Qui fat.* Lamb. solus.—7 *Debetur* C T ς χ.—8 ς *abstulissemus.*—9 *Ingrato* S. Vict. et Pal. 1. *ingratis id* ς: *ingratis* al.—10 Vulgo *ingratiis, quod non debet: erip.* Ern. secutus ed. Wald. interpunctionem mutavit, et eum sequuntur Beck. Schutz. et Orell. Pro *debet*, χ habet *debuit.*—11 Pro *veritati*, χ habet *virtuti.* Tum *minæ locentur* T ς, quatuor Pall. Gruteri Ms. S. Victor. ed. Ven. 1472. ut et alia anni 1480. *minime locentur* χ.—12 *His* al.—13 *Se-*

NOTÆ

monia sæpe dilata sunt, nihil perfectum est; ac proinde tempus inutiliter consumtum est.

[a] *Missum fecerit*] Missum quis facit, cum totam litem deponit, et deserit, præsente judice, et adversario: id autem fecerat Nævius, cum dixit se non vadare amplius. De hoc in narratione.

[b] *De probro*] Probrum singulare esset Quintio, si causa caderet.

[c] *Conditionem*] Oblatam a Cicerone satisdandi.

[d] *Advocatione*] Advocationem intelligit Hortensii oratoris eloquentissimi, et tot aliorum, quos habet advocatos Nævius in sua causa.

[e] *Eripiendum*] Translatum ab latronibus.

[f] *Exprimendum*] Translatum a liquoribus, qui in torculari exprimuntur.

[g] *Minæ jactentur, &c.*] Congeries per distributionem.

contra pugnent, video, et cum illum consessum [14 h] considero, adesse atque impendere [15] videntur, neque vitari ullo modo posse. Cum autem ad te, C. Aquilli, oculos animumque retuli; quo majore conatu studioque aguntur, eo leviora infirmioraque existimo. Nihil igitur debuit, ut tu ipse prædicas.

48. Quid si debuisset? continuone causa fuisset, cur a prætore postulares,[16] ut bona possideres? non opinor id quidem neque jus esse, neque cuiquam expedire. Quid igitur demonstrat? [17 i] vadimonium sibi ait esse desertum.[18] XV. Antequam doceo,[k] id factum non esse, libet mihi, C. Aquilli, ex officii [19] ratione, atque ex omnium consuetudine,[20] rem ipsam et factum simul Sex. Nævii considerare. Ad vadimonium non venerat, ut ais,[1] is, quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causæ,[l] et necessitudines veteres intercedebant. Illicone ad prætorem ire convenit? [x] continuone verum fuit [y] postulare,[2] ut ex edicto bona possidere liceret? [3] ad hæc extrema et inimicissima [4] jura tam cupide decurrebas, uti [5] tibi nihil in posterum, quod gravius atque crudelius [6] facere posses, reservares? 49. Nam quid homini [m] potest turpius, quid viro [7] miserius aut acerbius usu venire? quod tantum evenire dedecus, quæ tanta calamitas inveniri potest? Pecuniam si cuipiam [n] fortuna ad-

[x] *Fuit æquum.* [y] *Fuit justum.*

deat H S ς χ.—14 ς *consensum.*—15 C *impedire.*—16 *Cur a præt. posceres* Schutz. Ab ς absunt verba *ut bona possideres.*—17 χ *demonstret.*—18 ς *desertum.*

CAP. XV. 19 C *ex officio.*—20 ς *ex omni cons.*—1 'Edd. multæ *ut ait*, typographico errore.' *Beck.*—2 *Cont. æquum fuit post.* ς, Venet. 1480. ac Junt. et sic H in marg.—3 S *liceat.*—4 H *iniquissima.*—5 *Ut* al.—6 *Grav. aut crud.* C T ς χ.—7 *Vero* Oxonn. Mss. cum Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb.

NOTÆ

[h] *Consessum*] Arguit gratiam eorum qui a Nævio advocati sunt.

[i] *Quid igitur demonstrat*] Id est, quam affert sui consilii rationem?

[k] *Antequam doceo*] Excusatio, quod aliquid contra causam afferat.

[l] *Omnes denique causæ*] Causa proprie apud veteres dicebatur pro causa conjunctionis et amicitiæ.

[m] *Nam quid homini*] Per incrementum explicat facti iniquitatem.

[n] *Pecuniam si cuipiam, &c.*] Sequentium hic est sensus: Qui salva fama pecuniam, aut famam salva pecunia amittit, miser est; miserrimus qui utrumque amittit: sed cujus, sub

emit, aut si alicujus eripuit injuria; tamen, dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem.[8] At non nemo[z o] aut ignominia[9] affectus,[p] aut judicio turpi convictus,[q] bonis quidem suis utitur; alterius opes,[10 r] id quod miserrimum est, non expectat: hoc tamen in miseriis adjumento et solatio sublevatur. Cujus[11] vero bona venierunt; cujus non modo illæ amplissimæ fortunæ, [*p.* 9.] sed etiam victus vestitusque necessarius sub præcone[a] cum dedecore[12] subjectus[s] est; is non modo ex numero virorum exturbatur, sed, si fieri potest, infra etiam mortuos amandatur.[13 t] Etenim mors honesta[u] sæpe vitam quoque turpem exornat; vita turpis[x] ne morti quidem honestæ lo-

[z] *Omnis homo.* [a] *Sub hasta.*

Oliv. Lall. et Schutz.—8 H *egestas honestatem.*—9 Ed. Wald. *At vero nemo aut ign.* ς *At non nemo ign.* Hotom. voluit *Et* seu *Ac non nemo aut ign.*—10 *Altiores opes* Ms. Hotomanni, qui conjecit, *qui dum bonis suis utitur, altiores opes.*—11 *Sublevantur* H: *consolatur* C: *consolantur* S. Tum *Et cujus* ς.

NOTÆ

præcone, bona venduntur, miser longe magis est; immo et ipsis mortuis, quia post mortem manet infamia.

[o] *At non nemo*] Est æquipollentia dialecticorum: at particula 'hic,' transitiva pro præterea ponitur.

[p] *Ignominia affectus*] 'Ignominia affectus' dicitur, cui amplius non patet aditus ad honorem, nec reditus in curiam.

[q] *Judicio turpi convictus*] In perpetuum omni honore et dignitate privabatur, qui turpi judicio convictus fuerat.

[r] *Alterius opes*] Censet Hotomannus vetusti codicis auctoritate legendum esse *altiores opes:* quasi hic sensus esset: Non est difficile reperire, qui cum famam amiserit, bona tamen retineat, et in hoc miser est, sed non ita, ut qui bonis suis omnibus eversus est. Lambinus nihil mutat, aitque: 'Qui infamia notatus est, opes quidem suas retinet, neque cogitur ex alterius opibus vitæ suæ rationes suspensas habere.'

[s] *Sub præcone subjectus*] Translatio sumta ex præconibus, qui ex altiore loco res venales pronuntiabant.

[t] *Amandatur*] Hyperbole oratoria, non poëtica; quia impossibilitatem affert hæc sententia, 'si fieri potest.'

[u] *Mors honesta*] Id est, si quando acciderit, ut is, qui turpiter vixerit, honeste moriatur; v. g. pro patria, pro libertate, &c. talis mors vitam etiam turpem honestat.

[x] *Vita turpis*] Id est, Sed non est sperandum, ut qui turpiter vivat, honeste moriatur, nam vitam turpem mors turpis sequi solet: si tamen accidat, ut qui turpiter vixerit, honeste moriatur, hæc mors honesta vitam anteactam, alioqui turpem, honestabit. Vita autem Quintii turpis futura est, si ejus bona præconi subjicientur, atque ita, ne morti quidem honestæ locum relinquet, cum ei vivo funus ducatur. Ita Lambinus.

cum relinquit.[14] 50. Ergo, hercule,[y] cujus bona ex edicto possidentur,[15] hujus omnis fama et existimatio cum bonis simul possidetur: de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certe[16] tacite obscureque conceditur: cui magistri fiunt,[z] et domini constituuntur, qui, qua lege et qua conditione pereat, pronuntient: de quo homine præconis vox prædicat, et pretium conficit; huic acerbissimum vivo videntique funus ducitur:[17] [a] si funus id habendum sit, quo non amici conveniunt ad exequias[b] cohonestandas, sed bonorum emtores, ut carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas[c] et distrahendas. XVI. 51. Itaque majores nostri raro id accidere voluerunt; prætores, ut considerate fieret, comparaverunt;[b] viri boni, cum palam fraudantur,[18] cum experiundi[c] potestas non est,[19] timide tamen et pedetentim istuc descendunt, vi ac necessitate coacti, inviti, multis vadimoniis desertis, sæpe illusi ac destituti.[20] Considerant enim, quid et quantum sit, alterius bona proscribere. Jugulare civem,[1] ne jure quidem quisquam bonus vult:[2] mavult enim commemorare, se, cum posset per-

[b] *Constituerunt.* [c] *Petendi in judicio.*

—12 ς *decore.*—13 *Mandatur* H S T ς χ, Mss. Pall. et nonnulli alii.—14 Locum corruptum, ut Orell. ait, Schutz. sic refinxit, *Etenim mors hon. sæpe vitam quoque miseram exornat.* Beck. volebat, *vitam quoque miseram.* Orell. conj. legend. *Etenim mors sæpe vitam quoque exornat.* Tum Hotomannus reponendum censebat, *vita hæc turpis ne morti quidem obscuræ locum rel.* Facciolatus autem, *vita ita turpis ne, &c.* Quidam legi volunt, teste Lambino, *existimatio turpis, &c.* Schutz. edidit *vita turpis et misera ne morti quidem hon. locum rel.* Pro *relinquit*, C et ς *reliquit* habent. Vid. Nott. Varr.—15 *Ergo hæc cujus bona ex edicto continentur* χ.—16 Lamb. Græv. Beck. Schutz. et Orell. omittunt *certe*, quod abest a C H T, Franc. Dresd. Pariss. Pall. et ed. Wald. In ς *quidem certe* desunt. In Pal. 2. 3. omittuntur verba *huic ne ... conceditur.* —17 *Indicitur* vulg. *ducitur* C H S T, ed. Wald. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.

Cap. XVI. 18 C T *fraudentur.*—19 χ *sit.*—20 *Sæpe* in χ deest. Dein *ill. ac destinati* ς.—1 *Cives* H S: *cive* ς.—2 *Bonus est* χ. Tum in Taur. *enim*

NOTÆ

[y] *Hercule*] Id est, sane; est enim hic confirmandi nota.

[z] *Magistri fiunt*] Magistri dicebantur qui venditioni bonorum præerant, quæ per creditores fiebat prætoris auctoritate.

[a] *Funus ducitur* [*indicitur*] Per præcones funera indicebantur.

[b] *Exequias*] Exequiæ sunt funeris celebratio, dum corpus effertur, sicuti funus pompa exequiarum est.

[c] *Lacerandas*] Metaphora a canibus, qui laniant cadavera.

dere, pepercisse, quam, cum parcere potuerit, perdidisse. Hæc[3] in homines alienissimos,[d] denique inimicissimos,[4] viri boni faciunt, et hominum existimationis et communis humanitatis causa;[5] ut, cum ipsi[6] nihil alteri scientes incommodarint, nihil ipsis jure incommodi[7] cadere possit. Ad vadimonium non venit: quis? Propinquus. 52. Si res ista gravissima sua sponte[d] videretur, tamen ejus atrocitas necessitudinis nomine levaretur.[8] Ad vadimonium non venit: quis? Socius. Etiam gravius aliquid ei deberes concedere, quicum te aut voluntas congregasset, aut fortuna conjunxisset. Ad vadimonium non venit: quis? Is, qui tibi præsto semper fuit. Ergo in eum, qui semel hoc commisit, ut tibi præsto non esset, omnia tela[e] conjecisti, quæ parata sunt in eos, qui permulta, male agendi causa fraudandique, fecerunt? 53. Si dupondius[f] tuus ageretur,[9] Sex. Nævi, si in parvula re captionis[e] aliquid vererere,[10] non statim ad C. Aquillium, aut ad eorum aliquem qui consuluntur,[g] concurrisses?[11] Cum jus amicitiæ, societatis, affinitatis ageretur; cum officii rationem atque existimationis duci[f] conveniret; eo tempore tu non modo ad C. Aquillium aut L. Lucullum,[h] sed ne

[d] *Natura sua.* [e] *Fraudis.* [f] *Haberi.*

omittitur. *Comm. cum* ς: *commorari* χ.—3 T *hoc.*—4 In χ *denique* omittitur. *In inimic.* volebat Manut.—5 χ *causam.*—6 *Ipsi* delendum censent Ern. et Beck.—7 *Nihil ipso jure* χ: *nihil in se jure* Dresd. non improb. Grævio. Tum *incommodum* C: *incommoditer* ς.—8 Voces *Ad vadimonium ... levaretur* in ς desunt.—9 *Si dupondius unus* Lamb. e Mss. *si de prædiis tuis* Mss. pauci cum Ald. Crat. *si de pretiis tuis* Manut. suspic. *si dupundius tuus* quidam Mss. et edd. *si dupondius tuus* vulg. Tum *gereretur* edd. vett. In T, *si dum predius tuus generetur.*—10 *In aliqua re* C S. *Captuus aliq. ver.* Pal. quinque, S. Vict. et Gruteri Ms. *captivus aliquid verere* ς: *captivis vel capitis verere* T: *captivis aliq. vererere* al.—11 *Cui* C H S: *consulunt* H: et *cucurrisses* quidam editi et

NOTÆ

[d] *Homines alienissimos*] Alienissimi sunt, qui nulla affinitate sunt conjuncti.

[e] *Omnia tela*] Conqueritur Nævium bonorum proscriptionem, et omnes judiciorum acerbitates contra Quintium exercuisse, quæ omnia telorum nomine exprimit.

[f] *Si dupondius*] Dupondius valet duos asses, seu duas libras æris. Ita Varro. Agi autem idem est ac periclitari.

[g] *Qui consuluntur*] Quales sunt jurisconsulti.

[h] *L. Lucullum*] Non ille L. Lucullus est, qui de Mithridate triumphavit; sed jurisconsultus celeberrimus fuit, qui Serv. Sulpicium docuit: de quo Cic. in Bruto.

ipsum quidem ad te retulisti:[g i] ne hæc quidem tecum locutus es?[12] Horæ duæ fuerunt;[k] Quintius ad vadimonium non venit: quid ago? Si mehercule hæc tecum duo verba fecisses, Quid ago?[13] respirasset[h] cupiditas atque avaritia paululum:[14] aliquid loci rationi et consilio dedisses: tu te collegisses:[l] non in eam turpitudinem venisses,[15] ut hoc tibi esset apud tales viros confitendum, qua tibi vadimonium[16] non sit obitum, eadem te hora[17] consilium cepisse, hominis propinqui fortunas funditus evertere.[m] XVII. 54. Ego pro te nunc hoc consulo,[18 n] post tempus et[19] in aliena re,[o] quod tu[20] in tua re, cum tempus erat,[1] consulere oblitus es. Quæro abs te, C. Aquilli, L. Luculle,[2] P. Quintili, M. Marcelle: vadimonium mihi non obiit quidam socius et affinis meus, quicum mihi necessitudo vetus, controversia de re pecuniaria recens interce-

[g] *Posuisti in tuam deliberationem.* [h] *Remissa fuisset.*

Schutz.—12 In T et χ desunt verba *aut ad eorum ... ad C. Aquillium.* Quidam *non modo ad C. Aq.* Edd. quædam *aut ad L. Lucullum.* Pro *Lucullum*, Orell. e Taur. habet *Lucilium*, ut conjecerat Mannt. Olim post *Lucullum*, vulgo addebatur, *ne ipse quidem te consuluisti.* Pro *sed ne ipse quidem*, Ern. e conj. dedit *sed ne ipsum quidem;* et sic Schutz. Orell. e Taur. edidit, *L. Lucilium retulisti, sed ne ipse quidem te consuluisti: ne hæc quidem tecum locutus es.*—13 *Si mehercule ... quid ago* non sunt in T.—14 Taur. *paulum.*—15 In ς omittuntur verba *tu te coll. ... venisses.*—16 *Conficiendum* C ς χ. *Quia tibi vad.* C: *qua tibi hora vad.* H S T, Lamb. Oliv. et Lall.—17 *Eadem ex hora* ς.

CAP. XVII. 18 *Hos consulo* dederunt Lamb. Beck. Schutz. et Orell. cum Rufinian. p. 204. probante ibi Ruhnken. et Garaton. h. l. et quod Ern. putabat esse rectum.—19 *Tempus* non est in χ, nec copula in paucis Mss. et edd. quibusdam.—20 *Qui tuam tu* C H S: *quoniam tu* ς χ, Pall. septem, cum Rufinian. Ven. 1483. Junt. Beck. Schutz. et Orell. *quos tu* Lamb. prob. Ern. *cum tu* Pal. 3. *quod tu* vulg.—1 Verba *cum tempus erat* in H et S de-

NOTÆ

[i] *Ad te retulisti*] Alludit ad senatum, ad quem de rebus referebatur, ut de iis deliberaret.

[k] *Horæ duæ fuerunt*] Per mimesim contrahit quatuor dies intra duas horas: nam, ut superius jam dictum est, quarto post Roma discessionem die, Publicius occurrit Quintio ad Vada Volaterrana.

[l] *Tu te collegisses*] Cicero docet quid sit colligere se, Tusc. IV. scilicet, 'dissipatas animi partes rursum in suum locum cogere.'

[m] *Consilium cepisse, &c. evertere*] Pro evertendi.

[n] *Hoc consulo*] *Hos* legit Lambinus, et *quos*, pro *quo;* sic enim longe clarior est lectio.

[o] *In aliena re*] Id est non sua, quod Nævius in sua consulere neglexit.

dit:[3] [*p.* 10.] postulone a prætore, ut ejus bona mihi possidere liceat? an, cum Romæ domus ejus,[4] uxor, liberi sint, domum[5] potius denuntiem?[p] Quid est, quod hac tandem de re vobis possit videri?[6] Profecto si recte[7] vestram bonitatem atque prudentiam cognovi, non multum me fallit, si consulamini,[8] quid sitis responsuri: primum, expectare:[9] deinde, si latitare ac diutius ludificare[i] videatur, amicos convenire:[10] quærere, quis[11] procurator sit:[q] domum denuntiare. Dici vix potest, quam multa sint, quæ respondeatis[12] ante fieri oportere, quam ad hanc rationem[13][r] extremam necessariam[14][s] devenire. 55. Quid ad hæc[15] Nævius?[t] ridet scilicet[u] nostram amentiam,[16] qui in vita sua rationem summi officii[x] desideremus, et instituta bonorum virorum requiramus. Quid mihi, inquit,[y] cum ista summa sanctimonia ac diligentia?[17] viderint,[k] inquit, ista officia viri boni: de me autem ita considerent:[18]

[i] *Decipere.* [k] *Curent.*

---

sunt.—2 Hic quoque, ut alibi, Orell. correxit *Lucili.*—3 ς *intercedat.*—4 H *domus ei.*—5 χ *domus.*—6 *Quod ac tandem* C: et *nobis possit vid.* χ.—7 *Recte* non est in ς.—8 H *sed cons.*—9 Schutz. censet legend. *eportere primum exsp.* —10 χ *conveniri.*—11 Ursinus conj. *ecquis.*—12 *Respondeas* C H S T et ed. Oliv.—13 T et pauci alii *orationem.*—14 *Extr. ac necess.* Lamb. *extr. nec necess.* Jannoctian. prob. Garaton. et sic legend. conjecerat Hotom. *extr. necesse sit dev.* Schutz. ex Ern. conjectura, improb. Beck. *extr. necessariamque* Pal. 5. 7. *extr. necessitatem* Gruteri Mss. Gulielmius malebat *necessario* vel *necessariam inde dev.*—15 C T *ad hoc.*—16 χ *vestram amentiam.*—17 *Cum ista sanctim. ac summa dil.* Ven. 1480. et Junt. prob. Garaton. Tum ς *viderit.* Lamb. *inquit* omittit.—18 *De me tamen ita cons.* C S: *de me tamen ista cons.* Ven. 1483. *de me autem ista cons.* ς. Vetus liber Ursini non habet verba *ita*

NOTÆ

[p] *Domum potius denuntiem*] Id est, mittam domum, qui denuntient vel uxori vel domesticis.

[q] *Procurator sit*] Procurator dicebatur, qui negotia absentis gerebat.

[r] *Ad hanc rationem*] Nempe postulandi a prætore, ut bona Nævii possidere liceat.

[s] *Extremam necessariam*] Lambinus inserit *ac.* Sic enim supertius, 'hæc extrema, et necessaria jura:' id est, durissima et coacta.

[t] *Quid ad hæc Nævius*] Nævium describit, et morum ejus improbitatem, ut eum in odium adducat.

[u] *Scilicet*] Vox indignationis.

[x] *Rationem summi officii*] Per summum officium intelligit eam honestatis rationem, quam summam in vitæ suæ genere habere quisque debet.

[y] *Quid mihi, inquit, &c.*] Id est, nihil æstimo hanc honestatis rationem, ut bonorum virorum mores, nec, ut hæc habeam, admodum laboro.

non, quid habeam, sed quibus rebus[l] invenerim, quærant;[19] et quemadmodum natus,[z] et quo pacto[m] educatus sim, memini. Vetus est,[20] 'De scurra[a] multo facilius[1] divitem, quam patremfamilias fieri posse.' 56. Hæc ille, si verbis non audet, re quidem[2] vera palam loquitur. Etenim si vult virorum bonorum instituto vivere, multa oportet discat, atque dediscat;[3] quorum illi ætati[b] utrumque difficile est. XVIII. Non dubitavi, inquit, cum vadimonium desertum esset, bona proscribere. Improbe:[c] verum,[4] quoniam tu id tibi arrogas, et concedi postulas, concedamus.[5] Quid si nunquam deseruit?[6] si ista causa abs te tota per summam fraudem et malitiam ficta est?[7] si vadimonium omnino tibi cum P. Quintio nullum fuit? quo te nomine appellemus? improbum? at etiamsi[8] desertum vadimonium esset, tamen in ista postulatione et proscriptione bonorum, improbissimus reperiebare. Num malitiosum?[d] non negas.[9] Fraudulentum? jam id quidem arrogas tibi,[10]

[l] *Quibus artibus.* [m] *Quam turpiter.*

considerent; et ea delevit Schutz.—19 χ *sed quibus rebus inveniri queant.*—20 Pro *et quo pacto,* ς *quo pretio* habet. Dein *educatus sim, meminerint. Vetus est* Schutz. ex Ursini cod. *advocatus sim,* omissis vocibus *Vetus est,* C. Cum Venet. 1483. Junt. et Crat. sic distinguit Orell. *educ. sim. Memini. Vetus est.*—1 'Male plerique, *De scurra multo facilius, &c.*' Orell. qui h. l. ita interpungit, *Vetus est de scurra: Multo facilius, &c.*—2 C *sed verbis non audet, me quidem.*—3 χ non agnoscit verba *atque dediscat.*

CAP. XVIII. 4 ς χ *utrum.*—5 ς *concedam.*—6 H *deserui te.*—7 *Causa* in C deest. Pro *tota,* in χ *totam* legitur. Tum *facta est* quidam Mss. et edd.—8 ς χ *At etiamsi.*—9 *Non malitiosum? negas* T ς, omnes Mss. Gruteri, ac etiam nonnulli alii, cum edd. quibusdam vett. *Nam malitiosum? negas* Mss. pauci: *Malitiosum? non negas* Lamb. et Orell. *Malitiosum? negas* Schutz. qui *negas* delendum censet. *Num malitiosum? negas* vulg. Beck. et Lall. sequuntur Ernestium, sed Beckius vocem *Num* uncis includit.—10 C *Jam id*

NOTÆ

[z] *Quemadmodum natus*] E quibus parentibus natus, et quam ignobilibus.

[a] *De scurra*] Sententia scurrilis, et scurræ Nævio attributa, qua significatur divites fieri posse improbos, patres autem familias, nonnisi probos et bonos.

[b] *Illi ætati*] Ætatem senilem indicat, in qua indurait memoria, et tenacius adhærescunt quæ quis a puero edidicit.

[c] *Improbe*] Quasi diceret, Non dubitasti, sed improbe fecisti.

[d] *Num malitiosum*] Legendum censet Lambinus, *malitiosum? num negas?* Vult enim Cic. Nævium esse impudenter, et improbe, et aperte malitiosum.

et præclarum putas. Audacem? cupidum? perfidiosum? vulgaria et obsoleta sunt; res autem nova[e] atque inaudita.[11] 57. Quid ergo est? Vereor, mehercule, ne aut gravioribus utar verbis[12] quam natura fert, aut levioribus quam causa postulat. Ais esse vadimonium desertum. Quæsivit a te statim, ut Romam rediit, Quintius, quo die vadimonium istuc factum[n] esse diceres. Respondisti statim, Nonis Feb.[f] Discedens in memoriam rediit[13] Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit: ad ephemeridem[14 g] revertitur:[o] invenitur dies profectionis, prid. Kal. Feb.[h] Nonis Feb.[15 i] si Romæ fuit, causæ nil dicimus,[p] quin tibi vadimonium promiserit. 58. Quid? hoc inveniri qui potest?[k] profectus est una[l] L. Albius, homo cum primis[16] honestus: dicet testimonium. Prosecuti[17] sunt[m] familiares et Albium et Quintium: dicent hi quoque testimonium. Literæ[n] P. Quintii, testes tot, (quibus omnibus causa justissima est[q] cur scire potuerint, nulla cur mentiantur) cum astipulatore[o] tuo comparabuntur?[18] 59. Et

[n] *Promissum.* [o] *Recurrit.* [p] *Non recusamus.*
[q] *Manifestissima est.*

---

hoc quidem arrogas, omisso *tibi*.—11 Venet. 1483. cum Lamb. *nova et inaud.*—12 C *ne grav. utar verbis.*—13 *Rediit* in ς deest.—14 C H S *Ephemeridum.*—15 Verba *prid. Kal. Febr.* Beck. existimat spuria; et ea uncis includit. 'Lege, *a. d. IV. Kal.* vel cum Schutzio *IV. Kal.*' Orell. Dein χ *Nonis Februariis:* al. *Nonis Februarii.*—16 Mss. nonnulli et edd. *homo in primis.* Pro *homo*, χ habet *nunc.*—17 *Profecti* C S et quædam edd. vett. *Posteri* χ. Dein *et Albii et Quintii* C H S et nonnullæ edd. vett.—18 *Cum a stipulatore* C χ; et *comprobantur* χ. Signum interrogationis non habent Ven. Junt. Crat.

NOTÆ

[e] *Res autem nova*] Cum res sit nova, novo nomine appellanda est.

[f] *Nonis Feb.*] Quinto die.

[g] *Ad ephemeridem*] Ephemeris est liber, seu commentarius, qui et diarius, teste Gellio I. 18. a Latinis dictus est, in quem quotidianæ actiones referuntur.

[h] *Pridie Kal. Feb.*] Ultima die Januarii.

[i] *Nonis Februarii*] Si Nonis Februarii non fuit Romæ, ergo eo die vadimonium non promisit.

[k] *Hoc inveniri qui potest*] Quomodo inveniri potest, quod nempe Quintius promiserit vadimonium, cum illo tempore Romæ non fuerit?

[l] *Profectus est una, &c.*] Citat profectionis testes, inprimis L. Albium ex equestri genere, cui propter probitatem fides adhibenda est.

[m] *Prosecuti sunt*] Ad certum usque locum extra Romam.

[n] *Literæ*] Literæ, quas videlicet misit ad amicos, testes sunt.

[o] *Cum astipulatore*] Astipulatores

in hac ejusmodi causa P. Quintius laborabit?[19] et diutius in tanto metu miser periculoque versabitur?[20] et vehementius eum gratia[1] adversarii perterrebit, quam fides judicis[p] consolabitur? Vixit enim semper inculte atque horride: natura[2] tristi ac recondita[r] fuit: non ad solarium,[3] [q] non in campo,[r] non in conviviis versatus est:[4] id egit, ut amicos observantia, rem parsimonia retineret. Antiquam officii[s] rationem dilexit, cujus splendor omnis[5] his moribus obsolevit.[s] At, si in causa pari[t] discedere[u] inferior videretur, tamen esset non mediocriter conquerendum:[x] [*p.* 11.] nunc, in causa superiore, ne ut par quidem sit, postulat, inferiorem esse sese patitur,[6] duntaxat usque eo,[t] ne cum bonis, fama, fortunisque omnibus Sex. Nævii cupiditati crudelitatique dedatur.[7] [y]

XIX. 60. Docui, quod primum pollicitus[8] sum, C. Aquilli, causam omnino, cur postularet, non fuisse; quod neque pecunia debebatur:[9] et, si maxime deberetur, commissum

[r] *Tacita.* [s] *Hac ætate deletus est.* [t] *Eatenus.*

Lamb. et Schutz.—19 H *laboravit.*—20 χ *versabatur.*—1 *Cum gratia* C: *eum causa* H.—2 Pro *natura,* in χ legitur *nam.*—3 C S ς χ *solatium.*—4 ς *adversatus est.*—5 C H *omnibus.*—6 *Inferiore* C H S T. '*Inferiorem*] Magis placeret, *inferior.*' F. Ursinus. ς χ, ed. pr. Venet. 1483. Ven. Junt. Crat. *esse pat.* Lamb. *se esse pat.* Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. *esse se pat.* et sic Orell. qui dicit Ernestium habere *esse sese pat.* 'errore suo.' '*Esse sese pat.*] Sic cum Grævio [*esse se pat.*] e Ms. Franc. qui tamen et omittit *esse:* quod placet.' *Ern.* In Franc. *inf. se pat.*—7 *Credatur* ς: *dominatur* χ.

NOTÆ

sunt, qui alteri attestanti et interroganti testesne futuri sint vadimonii promissi, futuros se respondent. Hic autem Cicero astipulatorem appellat, qui vadimonii facti seu calumniæ testem se fecit.

[p] *Fides judicis*] Propter jusjurandum, quo judices astringebantur.

[q] *Ad solarium*] Solarium, secundum Varronem, dicitur id in quo horæ in sole inspiciebantur, juxta quod locus erat aliquis, in quo otiosi sedebant voluptatis causa. Accipitur etiam 'solarium' pro plano tecto unde ludi spectabantur.

[r] *In campo*] Campum intelligit Martium, ubi varii ludi et exercitationes habebantur.

[s] *Antiquam officii*] Id est, morum, qui priscis temporibus sanctiores erant.

[t] *In causa pari*] Id est, ubi neutra videtur esse superior.

[u] *Discedere*] Nempe a judicio.

[x] *Conquerendum*] Quia in causa pari nemo debet esse inferior.

[y] *Dedatur*] Crudeli inimico, omnibus bonis spoliandus.

nihil[z] esse,[10] quare ad istam[a] rationem perveniretur. Attende nunc, ex edicto prætoris, bona P. Quintii possideri[11] nullo modo potuisse. Recita edictum:[12] 'Qui fraudationis[b] causa latitarit.' Non est is Quintius: nisi si latitant, qui ad negotium suum, relicto procuratore, proficiscuntur.[13] 'Cui hæres non extabit.'[14] Ne is quidem. 'Qui exilii[15] causa solum verterit.'[16 c] Quo tempore existimas oportuisse, Nævi,[17] absentem Quintium defendi, aut quomodo? tum, cum postulabas,[18] ut bona possideres? nemo affuit: neque enim quisquam divinare[d] poterat, te postulaturum:[19] neque quenquam attinebat[20 e] id recusare, quod prætor, non fieri, sed ex edicto suo fieri jubebat.[1] 61. Qui locus igitur absentis[2] defendendi procuratori primus datus est?

Cap. xix. 8 χ *sollicitus.*—9 Lamb. *deberetur.*—10 *Nihil esse* Mss. plerique et vulg. *nihil erat* Schutz. de conj. Ern. prob. Beck. *nihil esset* Franc. Ald. Crat. Lamb. Græv. Beck. Orell. et sic legendum conjecerat Hotomannus.—11 *Possidere* vulg. *possideri* Franc. Junt. Græv. Beck. Schutz. et Orell.—12 *Tractat editum* T: *Tractat edictum* C H S χ, Pall. S. Vict. Gruteri Ms. Dresd. et quædam edd. vett. *Tractum edictum* Pal. 1. *Recita edictum* vulg.—13 C H S T ς χ, Junt. Crat. omittunt *latitarit*, pro quo Oliv. habet *latitaret.* Mox *Nisi latitant*, omisso *si*, C S et quædam edd. vett. Tum *quod ad neg. suum* χ. In Junt. *Non est is Quintius, latitat, ad neg. suum, rel. proc. profectus est:* Crat. *Non est is Quintius, nisi latitarit, qui ad neg. suum, rel. proc., proficiscitur:* Venet. 1483. *potuisse. Tractat edictum, qui fraud. causa. Non est is Quintius, nisi si latitarunt;* 'hoc quidem (*nisi si latitarunt*) haud spernendum,' ait Orell.—14 T *exstabat.*—15 Al. *exsilii.*—16 Post *verterit*, in Ms. se reperisse testatur Hotom. *Dici id non potest. Qui absens judicio defensus non fuerit. Ne id quidem.* Lambinus vero itidem e Mss. *Dici hoc de P. Quinctio non potest. Qui absens judicio defensus non fuerit. Ne is quidem.* Ex duabus his lectionibus suam confinxit Schutz. *verterit, qui absens judicio defensus non fuerit. Quo temp.* Grut. Oliv. et Lall. defectus signa h. l. posuerunt; sed Gruterus censet nihil deesse.—17 χ *Nevium.*—18 Dresd. *Tu cum post.*—19 C ς *postulaturum*, sine *te.*—20 *Attinebat* in χ deest.—1 Edd. quædam *quod prætor non fieri, sed ex ed. suo fieri vetabat:* al. *quod præt., sed ex ed. suo jub.* al. *quod prætor non fieri, sed ex ed. suo jub.* Mss. multi et edd. nonnullæ *quod præt. non fieri, sed ed. suo fieri jub.* Hotom. conjecit legend. *quod præt. fieri, sed non ex ed. suo fieri jub.* Ern. mavult, *quod præt. fieri, sed ex ed. fieri jub.* Verba *non fieri sed* pro glossa habet Beck.—2 *Absenti* C H S χ.—

NOTÆ

[z] *Commissum nihil*] Quintius enim Nævio vadimonium non promisit.

[a] *Ad istam*] Id est, postulandam possessionem bonorum Quintii.

[b] *Qui fraudationis*] Edicti verba sunt.

[c] *Solum verterit*] Desunt omnia, quibus probet Cic. neque Quintium latitasse, neque solum vertisse.

[d] *Divinare*] Nam Quintius vadimonium non promiserat.

[e] *Neque quenquam attinebat*] Id est, non erat opus hoc recusare, præsertim cum paratum esset tribunorum

Cum proscribebas?[3] Ergo affuit: non passus est: libellos dejecit Sex. Alphenus. Qui primus erat officii gradus, servatus est a procuratore summa cum diligentia. Videamus, quæ deinde sint consecuta.[4] Hominem P. Quintii deprehendis[5] in publico: conaris abducere: non patitur Alphenus: vi tibi adimit:[6] curat, ut domum reducatur ad Quintium. Hic quoque summe constat procuratoris diligentis officium. Debere tibi dicis Quintium:[7] procurator negat.[8] Vadari vis: promittit. In jus vocas:[9] sequitur. Judicium postulas:[10] non recusat. 62. Quid aliud sit absentem defendi, ego non intelligo. At quis erat procurator? Credo aliquem ejectum[11] hominem, egentem, litigiosum, improbum, qui posset scurræ divitis[12] quotidianum convicium sustinere.[u] Nihil minus. Eques Romanus locuples, sui negotii bene gerens;[x] denique is, quem, quoties Nævius in Galliam profectus est, procuratorem Romæ reliquit. XX. Et audes, Sex. Nævi, negare, absentem defensum esse Quintium, cum eum defenderit idem,[13] qui te solebat? et, cum is judicium acceperit[f] pro Quintio, cui tu et rem et famam[14] tuam commendare proficiscens, et concredere solebas: conaris hoc dicere, neminem extitisse, qui Quintium judicio defenderet? 63. Postulabam, inquit, ut satisdaretur.[15] Injuria postulabas. Ita jubebare:[16 g]

[u] *Pati.* [x] *Administrans bene res suas.*

3 Notam interrogationis omittunt Ven. Junt. Crat. Lamb. Schutz. et Orell. ' An *cum proscripseram?*' Ern.—4 χ *sint conservata.*—5 C *deprehensis.*—6 C H ς χ *adimit.*—7 Verba *Hic quoque summe ... dicis Quintium* in ς desunt.—8 *Proc. recusat* H.—9 *Vadari jus: prom. In jus vocas* C: *Vadari vis promitti in jus vocat* χ.—10 *Postulat* χ.—11 C H χ *electum.*—12 C *diutius.*

Cap. XX. 13 C et ς carent *idem.*—14 *Cui tu veterem famam* H: *cui tu veterem et famam* χ.—15 *Satisdarent* T ς χ, Mss. ap. Græv. et ed. Wald. *satisdaret* Med. Nang. Crat. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *satisdares* Lamb. et Schutz. prob. Ern. *satisdaretur* edd. pr. pleræque cum Beck. et Orell. prob. Garaton.—16 Omnes Mss. et vulg. *Ita videbare.* Ex Hotom. conj. dederunt Lamb. Græv. Lall. Schutz. et Orell. *Ita jubebare*, prob. Beck. in Addendis. Mannt. mavult scribi, *Ita: jubebat pr.* (prætor.) Facciolat. conj.

NOTÆ

auxilium, adversus iniquum prætoris edictum.

[f] *Judicium acceperit*] Accipit judicium, sive patitur, qui judices accipit pro ea re quæ venit in controversiam.

[g] *Jubebare*] Scilicet, a prætore satisdare.

recusabat Alphenus. Ita: verum prætor[17] decernebat:[h] tribuni igitur appellabantur.[i] Hic te, inquit, teneo. Non est istud judicium pati, neque judicio defendere,[18] cum auxilium a tribunis petas. Hoc ego, cum attendo,[19] qua prudentia sit Hortensius, dicturum esse eum non arbitror. Cum autem[20] antea dixisse audio, et causam ipsam considero, quid aliud[k] dicere possit, non reperio. Fatetur enim,[1] libellos Alphenum dejecisse,[2] vadimonium promisisse, judicium quin acciperet in ea ipsa verba,[l] quæ Nævius edebat, non recusasse;[m] [3] * ita tamen, more et instituto,[n] per eum magistratum, qui auxilii causa constitutus est.[4] 64. Aut hæc facta non sint, necesse est; aut[5] C. Aquillius, talis vir,[6] juratus, hoc jus in civitate constituat, cujus procurator[o] non recusarit omnia judicia,[7] quæ quis-

ita videbat. Vid. Nott. Var.—17 ς χ *prætore.*—18 *Non est istud judicium, neque judicio def.* Dresd. Ms. et edd. recentiores, teste Grævio: *non est istud pati, neque jud. def.* Oxonn. Mss. Pall. omnes, item Mss. S. Vict. et Gruteri, necnon edd. vett. In Pal. 2. *non est istud pati judicioque def.* unde Grut. conj. *non est istud pari judicio def.* Vulg. ut Ern.—19 *Hoc ego te att.* H S T: *Hoc ego tecum att.* Pall. omnes et edd. vett. *Hoc ego tecum teneo* ς.—20 *Autem* non est in C H et S.—1 C *Fat. eum.*—2 C H S *dedisse.*—3 Lamb. putabat hic excidisse, *cum satisdare a prætore juberetur, recusasse;* Græv. *at recusavit satisdare.* Gulielm. tentabat *non recusasse ita; tamen, &c.* Schutz. *non recusasse: recusavit, attamen.* Verba *ita tamen* quoque Beckio non placent. —4 ς χ *auxilium causa constituta est.*—5 H *at.*—6 ς *talis vix.*—7 *Cujus proc. non omnia jud.* omisso verbo, C H T ς χ, Pall. octo et edd. vett. *cujus proc. non omnia jud. acceperit* Mss. pauci et vulg. *cujus proc. omnia jud. acceperit* Lamb. e conj. Hotom. Negatio deest etiam in vet. libro Ursini. E Franc. 1. dedit Græv. *cujus proc. non recusarit omnia judicia;* et sic Beck. Schutz. et

NOTÆ

[h] *Decernebat*] Jussus prætoris a decreto prætoris in eo discrepat, quod recusatio contra jussum interponitur; decreto vero parere oporteat, aut ab eo appellare.

[i] *Tribuni appellabantur*] Ab Alpheno auxilii causa tribuni appellabantur; nam illorum erat apud prætores et consules pro civibus intercedere.

[k] *Quid aliud*] Quod scilicet majorem vim habere possit.

[l] *In ea ipsa verba*] Intelligit eas verborum formulas de quibus litigatores inter se conveniebant, a quibus si quis recessisset, causa cadebat.

[m] *Non recusasse*] Hic addit Lambinus quod omissum credit, *cum satisdare a prætore juberetur, recusasse.* Cum enim Alphenus judicium accipiebat, non appellabat tribunos; sed cum satisdare a prætore jubebatur, qui Nævio favebat, tunc tribunos appellabat.

[n] *More et instituto*] Mos est cujus incertus auctor; institutum, cujus certus habetur.

[o] *Cujus procurator*] Ordo est, Constituat Aquillius eum non defendi,

que in verba postularit; cujus procurator a prætore tribunos[8] appellare ausus sit, eum non defendi; ejus bona recte possideri posse; [*p.* 12.] ei misero,[p] absenti, ignaro,[p] omnia fortunarum suarum,[9] omnia vitæ ornamenta per summum dedecus et ignominiam deripi convenire.[10] 65. Quod si probari nemini[q] potest, illud certe probari omnibus necesse est, defensum esse judicio absentem Quintium. Quod cum ita est, ex edicto bona possessa non sunt. At enim tribuni plebis ne audierunt quidem. Fateor, si ita est, procuratorem decreto prætoris[11] oportuisse parere. Quid si M. Brutus[r] intercessurum[s] se dixit palam, nisi quid inter ipsum Alphenum et Nævium conveniret? videturne[12] intercessisse appellatio tribunorum, non moræ,[13 s] sed auxilii causa? XXI. 66. Quid deinde fit? Alphenus, ut omnes intelligere possent, judicio defendi Quintium, ne qua subesse posset aliena aut ipsius officio,[a] aut hujus[14] existimatione suspicio, viros bonos complures advocat, testatur,[15] isto audiente, se pro communi necessitudine[16]: id primum petere, ne quid atrocius in P. Quintium

[p] *Innocenti.* [s] *Interventurum.* [a] *Oriri ab ejus officio.*

Orell. Malit Schutz. *cujus proc. non recusarit judicium.*—8 *A tribuno* C S: *a tribunis* ς: *ad tribunos* Brix. Ven. 1483. Junt. Cam.—9 C *ign., fort. rerum*: vulg. *ign. fort. suarum.* Ex Ursini Ms. *ign., omnia fort. suarum* dedit Lamb. et eum sequuntur Ern. et Orell. Omnes aliæ omittunt *omnia.*—10 Al. *diripi.* In C *conveniri.*—11 *Prætoris Romani* T ς χ, Pal. 2. 3. S. Vict. et paucæ edd. In Mss. *PR.* (pro *prætor*); unde error natus est.—12 C *nisi quod.* Nomen *Alfenum* pro glossa habet Manut. Verba *intercessurum se ... videturne* in χ desunt.—13 *More* Mss. pauci et nonnullæ edd. vett. *morte* C H S ς χ, Rom. Brix. 1480. Med. *moræ* vulg. Garaton. conjecit, *non more, nec auxilii causa.*

Cap. XXI. 14 χ *aut ipsius officii*, omisso *aut hujus.*—15 ς *evocat*: in χ deest. Tum *testantur* C H S T.—16 A T absunt verba *se pro comm. necess.* C et ς

NOTÆ

&c. cujus procurator non omnia judicia acceperit, &c.

[p] *Ignaro*] Nesciebat Quintius in Gallia, quid Nævius Romæ fecerat.

[q] *Si probari nemini*] Id est, si fieri non potest ut quisquam approbet.

[r] *Brutus*] Is tribunus plebis, Scipione et Norbano consulibus, Marium secutus est, et a Pompeio interfectus cum Galliam Cisalpinam teneret.

[s] *Non moræ*] Non intercesserunt tribuni, ut differretur judicium, dum rediret e Gallia Quintius, sed ut auxilium contra prætoris injuriam ferretur.

[t] *Necessitudine*] Debuit esse necessitudo inter Nævium et Quintium,

absentem sine causa facere[17] conetur: sin autem inimicissime atque infestissime contendere perseveret,[18] se paratum esse omni recta atque honesta ratione defendere, quod petat, non deberi: se judicium id, quod edat,[b 19] accipere. 67. Ejus rei conditionisque[20] tabellas obsignaverunt viri boni complures. Res in dubium venire non potest. Fit,[c 1] rebus omnibus integris, neque proscriptis neque possessis bonis, ut Alphenus promittat Nævio sisti Quintium. Venit ad vadimonium Quintius. Jacet res[2 u] in controversiis, isto calumniante[x] biennium, usque dum inveniretur, qua ratione res ab usitata consuetudine[y] recederet, et in hoc singulare[z] judicium causa omnis concluderetur. 68. Quod officium, C. Aquilli, commemorari[3] procuratoris potest, quod ab Alpheno præteritum esse videatur? Quid affertur, quare P. Quintius absens negetur[4] esse defensus? An vero id, quod Hortensium, quia nuper injecit,[d] et quia Nævius semper id clamitat,[5] dicturum arbitror, non fuisse Nævio parem certationem[a] cum Alpheno,[6] illo tempore,[b]

[b] *Proponat.* [c] *Convenitur.* [d] *Dixit obiter.*

tantum *se* omittunt.—17 χ *sine causa dicere.*—18 C S *perseverat.*—19 χ *quod peto, at non deb.* Dein *se judicio id quod edat* C ς et edd. vett. *se judicium quod edat* al. *se judicium in id quod edat* Lamb. e conj. Pro *edat*, T habet *dederat*, χ *debeat*, et al. teste Grævio *dedat.*—20 C H S T ς et ed. Oliv. *conditionesque.*—1 Pro *Fit*, in ς legitur *Sic.*—2 *Quintius. Tacet res* C H S χ: *Quintius tacet. Res* ς.—3 In C H S ς χ prænomen omittitur. Tum *commemorati* χ.—4 χ *Quid offertur, P. Quint.* Dein Mss. plurimi et vulg. *negatur.* Ex Hotomanni conjectura dedit Ern. *negetur;* et sic T, Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. In Taur. *negetur absens esse.*—5 χ *semper declamitat.*

NOTÆ

propter justam societatem.

[u] *Jacet res*] Nihil concluditur, quia per annum et sex menses nihil petit Nævius.

[x] *Calumniante*] Calumniabatur, quia variis et fictis causis judicium extrahebat.

[y] *Usitata consuetudine*] Consuetudo talis erat, ut prius de re quam de probro judicaretur, et prius accusator quam defensor diceret.

[z] *Singulare*] Per singulare unum judicium intelligit, in quo de probro, de deserto vadimonio, et de bonorum possessione simul agitur: quod insuitatum est.

[a] *Parem certationem*] Non fuit par certamen, quia tribuni Nævio non favebant.

[b] *Illo tempore*] Quo consules Scipio et Norbanus in urbe dominabantur, et bellum contra Syllam gerebant.

illis[c] dominantibus?[7] Quod si velim confiteri; illud, opinor, concedent, non procuratorem P. Quintii neminem[d] fuisse, sed gratiosum fuisse.[8] Mihi autem ad vincendum satis est, fuisse procuratorem, quicum experiri posset.[9] Qualis is fuerit,[e] si modo absentem defendebat per jus et per magistratum,[10 f] nihil ad rem arbitror pertinere. 69. Erat enim,[11] inquit, illarum partium.[g] Quidni? qui apud te esset educatus;[12] quem tu a puero sic instituisses, ut nobili, ne gladiatori quidem, cederet:[13 h] sicut tu semper summe concupisti:[i] idem volebat Alphenus: ea re tibi cum eo par contentio erat.[14] Bruti, inquit, erat familiaris; itaque is intercedebat: tu contra Burrieni, qui injuriam[15] decernebat;[k] omnium denique illorum,[l] qui tum et poterant per vim et scelus plurimum, et, quod poterant, id audebant. An omnes tu istos[m] vincere volebas,[16] qui nunc,

—6 ς caret *Nævio*; et mox χ caret *cum Alpheno*.—7 Dresd. *illis dominationibus*.—8 Ed. Wald. *concederent*: Beck. e C H S T *concedant*; et sic legend. conjecerat Ern. A T abest *concedent*; et a C H S verba *non procuratorem ... grat. fuisse*.—9 '*Quicum experiretur* Taur. Egregia lectio.' *Orell*.—10 Vulg. *per jus et mag*. E Dresd. et edd. ante Ald. præpositionem *per* ante *magistratum* addiderunt Græv. Ern. et eam habent Taur. Beck. Schutz. et Orell. —11 *Enim* omittunt Oxonn. Mss. item Crat. Grut. Oliv. et Lall.—12 *Quidni quid* χ; et *erat educatus* H: *esset eductus* Taur.—13 *Concederet* Franc. *hæreret* nonnullæ edd. vett. *vereretur* Dresd. et Mss. alii, item ed. 1472. *vercet* tres Pall. et Gruteri Ms. *veret* S, Pal. 2. et S. Victor. *uteretur* Pal. 3. *vereretne* T: *vereret* ς: *vocet* χ: *faveret* Ms. Ursini, Taur. Schutz. et Orell. *cederet* vulg. Grutero in mentem venit *parceret*.—14 Pro *sicut*, e Taur. *si quod* edidit Orell. qui mox quoque ex eodem Ms. habet *par contentio non erat*, et interrogative. Vox *summe* in χ deest. Pro *concupisti*, Taur. habet *cupisti*. —15 In C *Burrieni* omittitur. Pro *injuria*, Manut. volebat *injuria*.—16 *Vo-*

NOTÆ

[c] *Illis*] Marianos significat; quibus victis Sylla dominatus est.

[d] *Non neminem*] Aliquem, qui gratia valeat apud Brutum tribunum.

[e] *Qualis is fuerit*] Sive e Marianis, sive e Syllanis factionibus fuerit.

[f] *Per jus et per magistratum*] Per tribunos plebis et per jus decernebatur, cum nihil vel vi vel injuria factum erat.

[g] *Illarum partium*] Varias partes tribuni illis factionum temporibus sequebantur; populus vero Marium; nobiles autem Syllam.

[h] *Gladiatori cederet*] Burrienum prætorem carpit, qui et nobilis erat, et valenti corpore, quali utplurimum erant gladiatores.

[i] *Concupisti*] Nempe superare Marianos.

[k] *Injuriam decernebat*] Quia iniquam sententiam contra Quintium pronuntiabat.

[l] *Denique illorum*] Nobilium erat familiaris, qui, Sylla in urbem adventante, animos exerexerunt.

tu ut vincas, tantopere laborant? Aude id dicere; non palam,[n] sed his ipsis, quos advocasti.[17 o] Neque enim inter studium vestrum[p] quicquam, ut opinor, interfuit. Ingenio, vetustate,[f 18] artificio, tu facile vicisti: ut alia omittam, hoc satis est. Alphenus cum iis et propter eos periit,[19 q] quos diligebat: [*p.* 13.] tu, postquam, qui tibi erant amici,[r] non poterant vincere; ut amici tibi essent, qui vincebant, effecisti. 70. Tametsi[20] nolo eam rem[s] commemorando renovare, cujus omnino rei memoriam omnem tolli funditus ac deleri arbitror oportere. XXII. Unum illud dico: si propter partium studium[g] potens erat Alphenus; potentissimus Nævius: si fretus gratia postulabat aliquid iniquius Alphenus; multo iniquiora Nævius impetrabat.[1] 71. Quodsi tum par[2] tibi jus cum Alpheno fuisse[3] non putas, quia tamen[4] aliquem[t] contra te advocare poterat; quia magistratus aliquis reperiebatur, apud quem[5] Alpheni causa consisteret;[h] quid hoc tempore Quin-

[f] *Calliditate.* [g] *Favorem.* [h] *Defenderetur.*

lebas in ς deest. Pal. 2. manu sec. et S. Vict. *nolebas*, ut conjecit Lamb.—17 H S χ *advocatis.*—18 Hotom. conj. *ut op., aliud interf.* Tum *venustate* Turnebus, Muretus, Lallem. et Schutz. contra Mss. omnes et edd.—19 ς *petiit.*—20 *Tamen etsi* C ς χ, Dresd. S. Vict. Pal. 5. 6. cum Græv. Beck. et Schutz. simpliciter *si* T: *tametsi* vulg.

CAP. XXII. 1 H S *imperabat.* Vulgo verba *Neque enim inter studium ... qui vincebant, effecisti* ponuntur post *impetrabat;* sed Ern. et Bipont. de conj. Hotomanni, ea transposuerunt post *advocasti.*—2 χ *Quod si non par.*—3 C *fuisset.*—4 Ed. pr. et Ven. 1480. *quare tamen.*—5 *Aliqui reperiebantur* χ;

NOTÆ

[m] *An omnes tu istos*] Id est, volebas victores esse et superiores, istos vero, nempe Syllanos et nobiles, ad quos tu te tandem contulisti, victis Marianis, quibus favebas ante victoriam.

[n] *Non palam*] Quia perfidiæ te arguerent.

[o] *Quos advocasti*] Nobiles intelligit, qui Nævianæ perfidiæ conscii sunt.

[p] *Inter studium vestrum*] Nævius et Alphenus partes Marianas sequebantur: sed illud tantum interfuit, quod Nævius Alphenum ingenio, calliditate, &c. superaret.

[q] *Periit*] Alphenus periit cum Marianis; nam ejus bona proscripsit et vendidit Sylla.

[r] *Erant amici*] Nævius nobiles primum secutus est, sed deinde, partibus eorum deficientibus, ad Marianos convolavit.

[s] *Eam rem*] Illud civile bellum indicat, quo arsit respub. Marii et Syllæ factionibus.

[t] *Aliquem*] Brutum designat.

tio statuendum est? cui neque magistratus adhuc æquus[6] inventus est, neque judicium redditum est usitatum :[u] non conditio, non sponsio,[x] non denique ulla unquam intercessit[7] postulatio, mitto æqua, verum ante hoc tempus ne fando quidem audita. De re[8] pecuniaria cupio contendere: non licet. At ea[9] controversia est. Nihil ad me attinet; causam capitis dicas, oportet. Accusa, ubi ita[10] necesse est: non, inquit, nisi tu ante, novo modo, priore loco dixeris. Dicendum necessario est: præstituendæ horæ ad arbitrium nostrum: judex ipse arcebitur.[11][y] 72. Quid tum? Tu[12] aliquem patronum invenies, hominem antiqui officii,[z] qui splendorem nostrum et gratiam negligat? pro me pugnabit L. Philippus,[a] eloquentia, gravitate, honore[b] florentissimus civitatis: dicet Hortensius, excellens ingenio, nobilitate, existimatione: aderunt autem homines nobilissimi ac potentissimi, quorum frequentiam et consessum non modo[13] P. Quintius, qui de[14] capite decernit, sed quivis, qui extra periculum sit, perhorrescat.

et *apud quos* H.—6 χ non habet *æquus*.—7 Ven. 1480. et ed. Junt. *ulla interc. unquam*, prob. Garaton.—8 *Re* in C deest.—9 ς χ *Ad ea*.—10 *Tibi ita* Franc. 1. Dresd. et edd. paucæ.—11 *Novo modo* pro glossa habet Ern. Verbum *dixeris* in χ deest. H. l. ita legend. putat Schutz. *nisi tu ante, novo modo, dixeris. Dicendum de capite tuo priore loco; præstituendæ, &c.* Pro *præstituendæ*, Jannoctian. et vetus liber Ursini habent *constituendæ;* et C H S *restituendum*. In ς *restituendum ore ad arb. &c.* Porro H *ad arbitrium tuum*. Denique *judex ipse arcessetur* plures Mss. et vulg. *arcessitur* al. et edd. paucæ: *arcebitur* C H S, Franc. 1. Dresd. Ms. Ursini, duo Mss. ap. Lamb. cum Rom. Brix. Venet. 1480. Junt. Beck. Schutz. et Orell.—12 *Quid? Tum tu* paucæ edd. vett. cum Schutz. prob. Garaton.—13 χ, et al. *ut eorum freq.* In S *quorum* deest, spatio relicto. Tum *freq. et cons. ut non modo* C et ς: *frequentia et consensum ut non modo* S.—14 Ab ς abest præpositio. Idem Ms.

NOTÆ

[u] *Usitatum*] Voluit Dolabella ut prius de probro, quam de pecunia judicaretur, cum de ea prius judicandum esset.

[x] *Non conditio, non sponsio*] Quia vel satisdare, vel sponsione certare a prætore jussus est Quintius; tum priore loco causam dicere.

[y] *Arcessetur* [*arcebitur*] Advocabitur Aquillius, ut tempus præstituat dicendi.

[z] *Hominem antiqui officii*] Homo antiquæ probitatis, seu antiqui officii, appellatur, qui virtute præditus est: unde Terentius in Adelph. 'Næ illiusmodi jam magna nobis civium penuria est, homo antiqua fide ac virtute.'

[a] *Philippus*] De Philippo ipse Cic. in Bruto, et nos jam superius.

[b] *Honore*] Philippus consul fuit.

73. Hæc est iniqua certatio, non illa, qua tu contra Alphenum velitabaris;[c] huic, ne ubi consisteret quidem contra te, locum reliquisti.[15] Quare[d] aut doceas oportet,[16] Alphenum negasse se procuratorem esse, non dejecisse libellos, judicium accipere noluisse; aut, cum hæc ita facta sint,[17] ex edicto te bona P.[18] Quintii non possedisse concedas.

XXIII. Etenim si ex edicto possedisti; quæro, cur bona non venierint; cur ceteri sponsores[e] et creditores[f] non convenerint.[19] Nemone fuit, cui deberet Quintius? Fuerunt, et complures fuerunt; propterea quod C. frater aliquantum æris alieni reliquerat. Quid ergo est? Homines[g] erant ab hoc omnes alienissimi; et iis debebatur; neque tamen quisquam inventus est tam insignite[20] improbus, qui violare P. Quintii existimationem absentis auderet. 74. Unus fuit, affinis, socius, necessarius, Sex. Nævius; qui, cum ipse ultro deberet,[1 h] quasi eximio præmio scele-

---

mox caret *qui*.—15 Pro *velitabaris*, quidam Mss. et edd. vett. habent *equitabas;* al. *æquitabas;* et T *equitatus*. Tum Schutz. suspicatur legend. *huic enim ne ubi*. Mox *te* in ς deest. H. l. Lamb. 1566. ita habet, *certatio, qua huic, ne ubi cons. quidem, locum reliq.: non illa, qua tu contra Alph. velitabaris*.—16 Verba *Quare aut doceas oportet* in T desunt.—17 *Cum hæc ita facta sunt* T χ: *cum hæc facta sint* nonnullæ edd. vett.—18 C et S non habent prænomen.

CAP. XXIII. 19 Negatio in T deest. C S habent *non venierunt*. T omittit verba *cur cet. spons. et cred. non conv.* Pro *sponsores*, S et Ursini Ms. habent *possessores*.—20 Al. *insigniter*.—1 Hotom. conj. *qui cum ipse ultro defendere deb.* Lamb. *qui cum ipse ei ultro consulere deb.* Pronomen *qui* ante *quasi*

NOTÆ

[c] *Velitabaris*] Velitari est levis armaturæ hominum more pugnare, sumta metaphora a re militari.

[d] *Quare*] Conclusio per enthymema. Alphenus procurator fuit, libellos dejecit, ergo non possedisti bona ex edicto.

[e] *Sponsores*] Sponsores dicebantur, qui postea fidejussores dicti sunt; id est, quibus spondentibus pecuniæ cuidam creduntur, aut aliquid denique promittitur.

[f] *Creditores*] Creditores non tantum appellantur qui pecuniam credebant, sed omnes quibus ex qualibet causa debetur.

[g] *Homines*] Creditores illi et fidejussores nulla ei conjuncti erant familiaritate.

[h] *Ultro deberet*] Putat Hotom. desiderari hic vocem *defendere*. Lamb. rectius *ei consulere deberet*. Ultro autem; id est, non rogatus.

ris exposito, cupidissime contenderet, ut per se[i] afflictum atque eversum propinquum suum, non modo honeste partis[k] bonis, verum etiam communi luce privaret. Ubi erant ceteri creditores? denique hoc tempore ubi sunt? Quis est, qui fraudationis causa[i] latuisse[k] dicat? quis, qui absentem defensum neget esse Quintium? Nemo invenitur. 75. At contra omnes, quibuscum ratio[l] huic[2] aut est aut fuit, adsunt, defendunt. Fides hujus, multis locis cognita, ne[3] perfidia[m] Sex. Nævii derogetur,[n] laborant. In hujusmodi sponsionem[4] testes dare oportebat ex eo numero,[1] qui hæc dicerent: Vadimonium mihi deseruit: me fraudavit: a me nominis ejus,[m] quod infitiatus esset, diem petivit: ego experiri non potui: latitavit: procuratorem nullum reliquit. Horum nihil dicitur.[5] Parantur[o] testes, qui hæc[6] dicant. Verum, opinor, viderimus,[7] cum dixerint. Unum tamen hoc cogitent, ita[p] se graves esse, ut si veritatem volent[8] retinere, gravitatem possint[9] obtinere: si eam negligent,[10] ita leves sint, ut omnes intelligant, non ad obtinendum[n] mendacium,[11] sed ad verum probandum, auctoritatem adjuvare. XXIV. 76. Ergo[12] hæc duo quæro: primum, qua ratione Nævius susceptum negotium non transegerit:[q] [*p.* 14.] hoc est, cur bona, quæ ex edicto posside-

[i] *A se.* [k] *Acquisitis.* [l] *Negotium.*
[m] *Fraude.* [n] *Adimatur.* [o] *Conquiruntur.*
[p] *Ea conditione.* [q] *Perfecerit.*

repetunt C H S T ς χ.—2 *Huic* in ς deest.—3 *Fides ... cognita; ne, &c.* distinxere Græv. et Beck. *fidei ... cognitæ ne, &c.* Schutz. de conj. Ernestii. Dein χ non habet *derogetur.*—4 χ *sponsione.*—5 ς *Harum nihil dicit.*—6 C H S T ς *hoc.*—7 H *videbimus.*—8 C H S *nolent.*—9 χ *velint.*—10 Al. *sin.* Pro *negligent,* C habet *negligerent;* et χ *neglexerunt:* ed. 1480. Ven. 1483. Junt. et Schutz. *neglexerint,* prob. Beck.—11 ς non habet *mendacium.*

NOTÆ

[i] *Fraudationis causa*] Ut creditores fraudaret.

[k] *Latuisse*] Abfuisse ab Italia, et in Galliam profectum esse.

[l] *Ex eo numero*] Sponsorum et creditorum.

[m] *A me nominis ejus*] Sic explicat Hotom. Cum debitum, quod negaverat, probassem, et se condemnandum videret, petiit a me, ut petitionem differrem, et diem ei longiorem, qua dissolveret, constituerem.

[n] *Non ad obtinendum*] Non ad obtinendam causam falsam.

bat, non[13] vendiderit: deinde, cur ex tot creditoribus aliis ad istam rationem nemo accesserit; ut necessario confiteare, neque eorum[14] tam temerarium quenquam fuisse,[15] neque te ipsum id,[16] quod turpissime suscepisses, perseverare et transigere potuisse. Quid si tu ipse,[17] Sex. Nævi, statuisti, bona P. Quintii ex edicto possessa non esse? opinor, tuum testimonium, quod in aliena re leve esset, id[18] in tua, quoniam contra te est, gravissimum debet esse.[19] Emisti bona [o] Sex. Alpheni, L. Sylla dictatore vendente. Socium tibi in hujus bonis edidisti[r 20] Quintium. Plura non dico. Cum eo tu voluntariam societatem coibas, qui te in hæreditaria societate [1] fraudarat; et eum judicio tuo [2] comprobabas, quem spoliatum fama fortunisque omnibus arbitrabare?

77. Diffidebam, mehercule, C. Aquilli, satis animo certo et confirmato[s] me posse in hac causa[3] consistere. Sic cogitabam; cum contra dicturus esset Hortensius, et cum esset[4] attente auditurus Philippus, fore,[5] uti permultis in rebus timore prolaberer.[t] Dicebam huic Q. Roscio,[p] cujus soror[6] est cum P. Quintio, cum a me peteret,[7] et summe contenderet,[u] ut suum propinquum defenderem, mihi perdifficile esse[8] contra tales oratores[q] non modo tantam

[r] *Adhibuisti.* [s] *Firmo et audaci.* [t] *Tacerem præ metu.*
[u] *Postularet instanter.*

Cap. xxiv. 12 Vulg. *Ego.*—13 In χ *non* omittitur. Mox *cred. alius* H S, Ven. 1483. et Junt. prob. Orell.—14 *Eorum* non est in C H S T ς χ, Ven. 1483. et Junt.—15 χ non habet *fuisse.*—16 Al. *ipsum in eo.*—17 ς *si cum ipse.*—18 *Id* deest nonnullis Mss. et edd.—19 Pantagathus conj. *debere esse.*—20 *In his bonis edid.* Lamb. *in his bonis fecisti* χ.—1 χ *qui in voluntaria soc.*—2 *Tuo* in ς deest.—3 Verba *in hac causa* in χ desunt.—4 *Et cum me esset* ς, Dresd. et ed. 1480. prob. Garaton. *et cum esset* al. teste Grævio.—5 χ *foro.*—6 Idem Ms. *sororem.*—7 T, Dresd. S. Vict. et Pall. plures *cum et me pet.* Forsan *cum ex*

NOTÆ

[o] *Emisti bona*] Sylla proscripsit eorum bona, qui a suis partibus non fuerant, et vendidit. Cum autem ex iis fuisset Alphenus, Nævius, et Quintius, hujus interemti bona tyranno mercati sunt.

[p] *Q. Roscio*] Roscius comœdus fuit, pro quo non multo post Cicero peroravit. Is autem habuit in matrimonio Quintii sororem.

[q] *Tales oratores*] Hortensium et Philippum designat, qui contra Quintium dixerant.

causam perorare, sed omnino verbum facere conari. Cum cupidius instaret; homini pro amicitia familiarius dixi, mihi videri ore durissimo esse,[x 9] qui præsente eo gestum agere[r] conaretur: qui vero cum ipso contenderent, eos,[10] etiamsi quid antea recti aut venusti habere visi sunt,[11] id amittere: ne quid mihi ejusmodi[12] accideret, cum contra talem artificem dicturus essem, me vereri. XXV. 78. Tum mihi Roscius et alia multa confirmandi[y] mei causa dixit: et mehercule, si[13] nihil diceret, tacito ipso officio et studio, quod habebat[14] erga propinquum suum, quemvis commoveret.[15] Etenim, cum artifex ejusmodi[s] sit, ut solus dignus[t] videatur esse, qui in scena[16] spectetur; tum vir ejusmodi[u] est, ut solus dignus videatur, qui eo non accedat. Verumtamen, quid si, inquit, habes ejusmodi causam, ut hoc tibi planum[17] sit faciendum,[z] neminem esse, qui possit biduo, aut summum triduo, septingenta millia passuum ambulare? tamenne vereris, ut possis hæc contra Hortensium contendere?[18] Minime, inquam. 79. Sed quid id ad rem? Nimirum, inquit, in eo causa[19] consistit. Quo-

[x] *Habere summam impudentiam.*
[y] *Dandi mihi animos.* [z] *Explanandum.*

---

me pet. inquit Gulielm.—8 H S *esset:* in χ deest.—9 *Mihi* non est in C et ς; nec mox *esse* in χ.—10 χ *eo.*—11 ς χ *jussi sunt.* Ex Ern. conj. dederunt Beck. et Schutz. *visi sint.* Vulg. *visi sunt.*—12 Lamb. *ejusdemmodi.*

CAP. XXV. 13 *Ut mehercule, si* C H S T ς, Ven. 1483. *ut me, si* χ.—14 *Exhibebat* aliquot edd. vett. *adhibebat* Manut. et Lamb.—15 χ *quem jus comm.*—16 ς *in scenas.*—17 Idem Ms. *plane.*—18 χ *ut possis hoc:* ς *ut possit hoc.* Dein *contendere* in C deest.—19 *Nimium* C H S, Franc. et al. ac etiam

NOTÆ

[r] *Gestum agere*] Excelluit in gestibus agendis Hortensius: unde de eo in Clar. Orat. 'is plus studii in elaborando corporis motus, quam in ipsa eloquentia affectanda impendit.'

[s] *Artifex ejusmodi*] Roscii laudat industriam; nam ejusdem testimonio lib. I. de Orat. 'Consecutus est, ut quo quisque excelleret in suo genere, Roscius diceretur.'

[t] *Solus dignus*] Excellait in gestibus: unde lib. II. de Orat. in persona Cæsaris, &c. ait, 'Soleo sæpe mirari eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum, spectante Roscio.'

[u] *Tum vir ejusmodi, &c.*] Tantæ scilicet probitatis erat Roscius, ut in theatrum non deberet ascendere: nam ut refert Julianus Jurisconsultus lib. III. Digest. inter infames habebantur, qui in artis ludicræ scenam ascendebant.

modo? Docet me ejusmodi rem, et factum simul Sex. Nævii, quod, si solum proferretur, satis esse deberet.[20] Quod abs te, C. Aquilli, et a vobis qui adestis in consilio,[1] quæso, ut diligenter attendatis. Profecto intelligetis, illinc ab initio cupiditatem [a] pugnasse et audaciam; hinc [2] veritatem et pudorem, quoad potuerit, restitisse. Bona postulas, ut ex edicto possidere liceat. Quo die? te ipsum, Nævi, volo audire: volo, inauditum facinus, ipsius, qui id [3] commisit, voce convinci. Dic, Nævi, diem. Ante v. Kalend.[4 x] intercalares. Bene agis: quam longe est hinc in saltum vestrum Gallicanum? [y] Nævi, te rogo. DCC. millia [5] passuum. Optime.[6] De saltu dejicitur Quintius. Quo die? possumus hoc quoque ex te audire? Quid taces? Dic, inquam, diem. Pudet dicere. Intelligo: verum et sero et nequicquam pudet. Dejicitur de saltu, C. Aquilli, pridie Kalend. intercalares:[7] biduo post, aut ut statim de jure aliquis [8] cucurrerit,[b] non toto triduo DCC. millia [9] passuum conficiuntur. 80. O rem incredibilem! o cupiditatem inconsideratam! o nuntium volucrem! Administri et satellites Sex. Nævii Roma trans Alpes in Sebusianos [10 z] bi-

[a] *Avaritiam.* [b] *Aliquis jurisconsultus cucurrerit.*

quædam edd. vett. Tum *in ea causa* C χ.—20 χ *debet.*—1 *Qui estis in cons.* C H S ς.—2 *Illum ab initio* S T ς χ, ed. 1480. Venet. 1483. Junt. *Cupiditate pugn. et audacia* C H S, ed. 1480. Venet. 1483. Junt. Mox, pro *hinc*, C H S T ς χ, ed. 1480. Venet. 1483. et Junt. habent *huic.*—3 H et ς non habent *id.*—4 *Diem* in T deest. Tum *Ante diem V. Kal.* Lamb. et Orell. e conj. Manutii.—5 *DCC. millibus* H S, Venet. 1483. et Junt. *VII. millia* T.—6 χ non habet *Optime.*—7 *C. Aq., post Kal.* ς: *C. Aq., Kal.* C. Dein *intercalaribus* C H S.—8 χ *aut statim de aliquis.*—9 *DCC. millibus* S: *VII. millia* T.—10 *At mi-*

NOTÆ

[x] *Ante V. Kalend.*] Id est, ipso die quinto ante Kal. intercalares, nempe Februarii vicesimo. Fiebat enim intercalatio inter vicesimum tertium et vicesimum quartum diem Februarii. A die igitur vicesimo mensis Februarii usque ad diem intercalatum, seu usque ad Kal. intercal. priores numerantur dies quinque, quibus continetur dies ille vicesimus, et dies intercalatus: deinde a Kal. intercal. secundis usque ad Kal. Martias intercedunt dies totidem, in quibus non numerantur Kalendæ Martiæ: unde colligitur diem quintum Kalend. intercalares esse vicesimum diem Februarii. Ita Lambinus.

[y] *Gallicanum*] Narbonensem.

[z] *In Sebusianos*] Sebusiani, seu Segusiani, sunt Allobrogibus finitimi in-

duo veniunt. [*p.* 15.] O hominem fortunatum, qui ejusmodi nuntios, seu potius Pegasos[a] habeat![11] XXVI. Hic ego, si Crassi omnes cum Antoniis[b] existant, si tu, L. Philippe, qui inter illos florebas, hanc causam voles[12] cum Hortensio dicere, tamen superior sim necesse est. Non enim, quemadmodum putatis, omnia sunt in eloquentia: est quædam tamen ita[13] perspicua veritas, ut eam infirmare nulla res possit.[14] 81. An antequam postulasti,[15] ut bona possideres, misisti, qui curarent, ut dominus de suo fundo a sua familia[c] vi dejiceretur? Utrumlibet elige. Alterum incredibile est; alterum nefarium; et ante hoc tempus utrumque inauditum. Septingenta millia passuum[16] vis esse decursa biduo? Dic. Negas? Ante igitur misisti. Malo. Si enim illud diceres, improbe mentiri videre: cum hoc confiteris,[17] id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis.[18] Hoc consilium Aquillio, et[19] talibus viris, tam cupidum, tam audax, tam temerarium probabitur? 82. Quid hæc amentia, quid hæc festinatio,[20]

nistri et satell. C H S ς: *aut ministri* χ. Tum *Nævii* in C deest. Pro *Roma*, C S T ς χ habent *Romam.* Denique *in Segusianos* Beck. et Orell. *in Sepusianos* Schutz. *in Saligines* C: *in Sebagnanos* H S: *in Sebaginnos* ς et Dresd. *in Sebusianos* vulg. 'Recta scriptura est *Secusiani*, ut apud Strabonem, et in vetustis lapidibus. Vide Oudendorp. ad Cæs. de Bell. Gall. I. 10.' *Garaton.*—11 χ *habebat.*

Cap. XXVI. 12 Lamb. *velis.*—13 *Ista* ς et nonnullæ edd. vett.—14 'Videntur hic verba quædam intercidisse, in hanc sententiam: *Utrum igitur, Nævi, nuntius tuus biduo DCC. millia passuum confecit?* Certe hoc e superioribus hic intelligendum.' *Schutz.*—15 H *postulares.* Mox ς χ *qui curaret;* et in C H S ς deest præpositio ante *sua familia.*—16 T ς χ non habent *passuum.* —17 χ *cum hoc conf.*—18 C χ *amisisse concedis;* et mox χ *quidem agere possis.* —19 Copula non est in χ.—20 *Estimatio* C: *extimatio* H S T χ: *existimatio*

NOTÆ

ter Rhodanum et Ararim, extra provinciam Narbonensem trans Rhodanum primi: de quibus Cæs. de Bell. Gall. l. I. Nunc vero *Bressæi.*

[a] *Pegasos*] Pegasus, de quo Ovid. Fast. III. equus alatus fuit, natus ex Medusæ sanguine, postquam a Perseo interfecta est. Plinius Hist. Nat. VIII. 21. scribit Æthiopiam generare pennatos equos, et cornibus armatos, quos Pegasos vocant.

[b] *Crassi omnes cum Antoniis*] Crassus et Antonius celeberrimi oratores fuere, qui a Mario occisi sunt.

[c] *A sua familia*] Familia autem, ut vult Paulus Juriscons. lib. L. Digest. pro servorum multitudine sumitur: intelligit autem servos quos communes Nævius et Quintius habebant.

quid hæc immaturitas tanta[c] significat? non vim? non[1] scelus? non latrocinium? non denique omnia potius, quam jus,[2] quam officium, quam pudorem? Mittis injussu prætoris. Quo consilio? Jussurum sciebas?[3] Quid? cum jussisset, tum mittere nonne poteras?[4] Postulaturus eras. Quando? post dies XXX.[d] Nempe si te nihil impediret; si voluntas eadem maneret; si valeres; denique si viveres. Prætor jussisset.[5] Opinor, si vellet, si valeret, si jus diceret, si nemo recusaret, quin ex ipsius decreto et satisdaret, et judicium accipere vellet.[6] 83. Nam, per Deos immortales, si Alphenus, procurator P. Quintii, tibi tum satisdare,[d][7] et judicium accipere vellet,[e][8] denique omnia, quæ postulares, facere voluisset, quid ageres? Revocares eum quem in Galliam miseras? At hic quidem jam de fundo expulsus, jam a suis Diis penatibus[f][e] præceps ejectus, jam (quod indignissimum est) suorum servorum manibus, nuntio atque imperio tuo, violatus esset. Corrigeres[g] hæc, scilicet, tu postea. De cujusquam[9] vita dicere audes, qui hoc concedas necesse est, ita te cæcum cupiditate[10] et avaritia fuisse, ut, cum postea quid futurum[11] esset, igno-

[c] *Celeritas tam præceps.* [d] *Satisdedisset.*
[e] *Voluisset.* [f] *A sua domo.* [g] *Compensares.*

ς.—1 H *immat. tacita sign.* Pro *non vim? non*, χ habet *nimium.*—2 ς *quam vis.*—3 *Quo consilium* χ. Interrogandi signum post *sciebas* deleverunt Facciolat. Garaton. Beck. Schutz. et Orell.—4 ς et Venet. 1483. *non pot.*—5 In C omittuntur verba *denique si viveres.* Tum *Prætor si juss.* C H S T χ et Dresd.—6 Vulg. *qui ex ipsius decr.* Lamb. e conj. edidit *quin ex ipsius decr.* et eum sequuntur Ern. Beck. Schutz. et Orell. prob. Græv. Tum pro vulg. *et satisdaret*, e conj. Gulielmii dederunt Ern. et Schutz. *et satisdare.* Porro *jud. acciperet*, omisso *vellet*, Lamb. e conj.—7 *Tibi dum satisdaret* ς: *tibi cum satisdaret* C H S: *tum satisdaret* Dresd. *tibi tum satisdaret* Mss. plurimi cum Venet. 1483. Junt. Crat. Cam. Græv. Oliv. Lall. et Orell. *tibi tum satisdare* Lamb. Grut. Beck. et Schutz.—8 Schutz. delevit verbum *vellet*, quod Beck. uncis incluserat.—9 ς *corr. hoc scil. tu postea de cuj. &c.*—10 Idem Ms. *ita te*

NOTÆ

[d] *Quando? post dies XXX.*] Scilicet, quam servus Nævii profectus est. Hyperbolice loquitur: nam triginta pro pluribus dicit: nam idem est ac cum dicimus, post tres menses, vel post quindecim annos: quod per irrisionem dicitur.

[e] *Diis penatibus*] Singuli suos habebant in domo penates, quos colebant: et quos Cic. de Nat. D. l. II. ait a penu dictos esse, aut ab eo quod penitus iusident.

rares, accidere autem multa possent, spem maleficii præsentis in incerto reliqui temporis eventu collocares?[12] Atque hæc perinde loquor, quasi ipso illo tempore,[13] cum te prætor jussisset ex edicto possidere, si in possessionem misisses,[f] debueris aut potueris P. Quintium de possessione deturbare.[14]

XXVII. 84. Omnia sunt, C. Aquilli, ejusmodi, quivis ut perspicere[15] possit, in hac causa improbitatem et gratiam cum inopia et veritate[h] contendere.[16] Prætor te quemadmodum possidere jussit? opinor ex edicto.[g] Sponsio quæ in verba facta est? 'Si ex edicto prætoris bona P. Quintii possessa non sint.'[17] Redeamus ad edictum. Id quemadmodum[18] jubet possidere? Num quid est causæ,[19] C. Aquilli, quin, si longe aliter possedit, quam[20] prætor edixit, iste ex edicto non possederit, ego sponsione vicerim? Nihil[1] opinor. Cognoscamus edictum. 'Qui ex edicto meo in possessionem venerint.'[2] De te loquitur, Nævi, quemadmodum tu putas: ais enim te[3] ex edicto venisse: tibi, quid facias, definit:[4] te instituit, tibi præcepta dat. 'Eos ita videtur in possessione esse oportere.' [*p.* 16.] Quomodo? 'Quod ibidem recte[5] custodire

[h] *Æquitate.*

tecum cup.—11 *Futurum* non est in χ.—12 In eodem Ms. deest *præsentis.* Tum *in inc. relinqui temp.* ς χ. Post verbum *collocares*, Lamb. 1566. insetit *Omnia sunt ... contendere.*—13 Lamb. *proinde loquor, quasi si ipso illo temp.* omisso *si* ante *in possessionem.*—14 Post verbum *deturbare* defectus signa posuit Lamb.

CAP. XXVII. 15 *Qui jus ut persp.* ς: *quamvis persp.* χ.—16 Ante verba *Prætor te quemadm.* Lamb. putat deesse verba *quibus dicatur, Nævium non ex edicto Pr. possedisse.*—17 *Ni ex edicto* C H S T, Ms. Bergeri, Hotom. Lamb. 1566. Oliv. Lall. Beck. et Schutz. *Si ex edicto* vulg. Dein *possessa non sunt* C H S T ς χ et Ven. 1483. *possessa non sint* vulg. E Manutii conjectura Junt. Crat. et Orell. negationem omittunt.—18 C H S T *Id quidem quemadm.* —19 Iidem Mss. cum Venet. 1483. et Junt. *Nunc quid est causæ.*—20 χ *qua.* —1 In χ deest *nihil.*—2 *Venerit* C H S et Mss. plurimi et edd. nonnullæ: *venerint* T ς χ, Pall. omnes fere, item Grut. et liber S. Vict. cum ed. Wald. Grut. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—3 C *Ais idem te.* T χ non

NOTÆ

[f] *Misisses*] Nuntium antequam prætor jussisset.

[g] *Opinor ex edicto*] Secundum edictum, sicuti se jussurum edixerat.

poterunt,[6] id ibidem custodiant: quod non poterunt, id auferre et abducere licebit.' Quid tum? 'Dominum,' inquit, 'invitum[7] detrudere non placet.' Eum ipsum, qui fraudandi causa latitet; eum ipsum, quem judicio nemo defendat; eum ipsum, qui cum omnibus creditoribus suis male agat, invitum de prædio detrudi vetat. 85. Proficiscenti tibi in possessionem prætor ipse, Sex. Nævi, palam dicit: ita possideto, ut tecum simul possideat Quintius: ita possideto, ut Quintio vis ne afferatur.[8] Quid? tu id quemadmodum observas? mitto illud dicere, eum, qui non latitarit,[9] cui Romæ domus, uxor, liberi, procurator esset; eum qui tibi vadimonium non deseruisset;[h] hæc omnia mitto:[10] illud dico,[i] dominum expulsum esse de prædio; domino[11] a familia sua manus allatas[12] esse ante suos Lares familiares. Hoc dico. * * *

XXVIII. * * Nævium ne appellasse[k] quidem Quintium,[13] cum simul esset, experiri posset quotidie:[14] deinde quod omnia judicia difficillima,[l] cum summa sua invi-

habent pronomen.—4 ς *defuit.*—5 Pro *recte*, T χ habent *ratione.*—6 ς *potuerunt.*—7 ς caret *invitum.*—8 In χ desunt verba *ita possideto, ut tecum simul poss. Quint.* et quæ Schutz. omisit errore typographico, ut ait Orell. Dein *ut Quintii jus ne auferatur* C H et al. cum edd. vett. *ut Quintii jus non auferatur* T et quædam edd. vett. *ut Quintio vis ne afferatur* vulg.—9 H S ς χ omittunt negationem.—10 Verba *eum ... deseruisset* in ς desunt. Tum idem Ms. *hæc omnia omitto.*—11 Lambiniani Mss. *domi.*—12 H S *illatas.*

CAP. XXVIII. 13 Lacuna in nonnullis libris nulla est; in aliis parva: in Ms. quodam, auctore Hotomanno ascriptum, 'Hic in vetusto exemplari duo folia erant abscissa.' In Pal. 1. *Hoc dico Nævium ne appellasse quidem Quint.* ceteri, *Hoc edicti unum ne appellasset quidem Quint.* (et sic Dresd.) vel *Hoc edicti numne appellasset quidem Quint.* Franc. 1. et ed. Wald. *cum hoc edicti nomine ne appellasset quidem Quint.* sic et Franc. 2. et ed. pr. nisi quod non in his legatur *cum.* In C *Hoc edicti* * * * *appellasset quidem Quint.* H *Hoc edicto nonne appellasset, cum simul, &c.* sed in marg. *dico Nævium:* S *Hoc edicti numne appellasset quidem,* cum spatio: T *Hoc editi unum ne appellasse, cum simul, &c.* Vid. Nott. Varr.—14 Post *quotidie* quoque lacunam esse suspica-

NOTÆ

[h] *Vadimonium non deseruisset*] Nam si vadimonium Quintius non promisit, non desernit.

[i] *Illud dico*] Desideratur hic id omne, quod ad tertium partitionis membrum pertinebat, et principium Epilogi. Tamen Cælius Secundus nihil aut parum deesse putat: nam nihil Nævium petivisse, statim post partitionem confirmavit.

[k] *Ne appellasse*] Toto biennio.

[l] *Judicia difficillima*] Difficillima judicia sunt, in quibus agitur de capite civis Rom. nam prima actione absolvi

dia, maximoque periculo P. Quintii fieri mallet, quam illud pecuniarium judicium,[m] quod uno die transigi[i] posset:[15] ex quo uno hæc omnia nata et profecta esse[16] concedit. Quo in loco conditionem tuli,[k] si vellet pecuniam petere, P. Quintium[17] judicatum solvi satisdaturum, dum ipse,[18] si quid peteret,[n] pari conditione uteretur.[o]

86. Ostendi, quam multa ante fieri convenerit, quam hominis propinqui bona possideri postularentur;[19] præsertim cum Romæ domus ejus, uxor, liberi essent, et procurator æque utriusque necessarius.[20] Docui, cum desertum esse dicat vadimonium, omnino vadimonium[1] nullum fuisse: quo die hunc sibi promisisse dicat, eo die[p] ne Romæ quidem[2] eum fuisse, id testibus me pollicitus sum planum facturum,[l3] qui et scire deberent, et causam, cur mentirentur,[4] non haberent. Ex edicto autem non potuisse bona possideri,[5] demonstravi; quod neque fraudandi causa latitasset,[6] neque exilii causa solum vertisse diceretur. 87. Reliquum est, ut eum nemo judicio[7] defenderit: quod contra copiosissime defensum esse contendi, non ab homine alieno, neque ab aliquo calumniatore[8] atque improbo, sed ab equite Romano,[q] propinquo et necessario suo, quem ipse Sex. Nævius procuratorem relinquere antea consuesset: neque eum, si tribunos appellarit, idcirco minus judicium pati paratum[9] fuisse: neque potentia procuratoris[r]

[i] *Fieri.* [k] *Obtuli.* [l] *Probaturum.*

---

tur Manutius; quid autem desideretur, divinare non audet.—15 *Transigi potest* H S T ς χ.—16 ς *nata et perfecta esse:* C *nata esse et profecta.*—17 H *P. Quintius.*—18 χ *satisd., aut ipse.*—19 *Possidere* χ, et *postularent* H.—20 C *æque utrorumque necess.*—1 Lamb. conj. legend. *vad., tum omnino vad.*—2 In χ *quidem* deest.—3 H S *planum me fact.*—4 ς *cur non ment.*—5 C *possidere.*—6 Junt. et Orell. *latitasse;* et sic legend. conj. Lamb.—7 ς χ *judicium.*—8 C H S *ab alio cal.* Mox *Romano* abest a C T ς χ.—9 *Judicio pati par.* Mss.

NOTÆ

statim poterat, at ampliata causa tantum damnari.

[m] *Pecuniarium judicium*] Judicium de societate et pecunia debita, pecuniarium dicitur.

[n] *Peteret*] Nempe Quintius.

[o] *Uteretur*] Id est, satisdaret etiam Nævius.

[p] *Eo die*] Nonis scilicet Februariis.

[q] *Ab equite Rom.*] Alpheno.

[r] *Potentia procuratoris*] Propter

Nævio jus ereptum:[10] contra istum potentia sua tum tantummodo superiorem fuisse, nunc nobis vix respirandi potestatem dare. XXIX. 88. Quæsivi, quæ causa fuisset, cur bona non venissent, cum ex edicto possiderentur. Deinde illud quoque requisivi,[m] qua ratione ex tot creditoribus nemo neque tum idem[11] fecerit, neque nunc contra dicat, omnesque pro P. Quintio pugnent; præsertim cum in tali judicio[12] testimonia creditorum existimentur ad rem maxime pertinere. Postea sum usus adversarii testimonio, qui sibi eum nuper edidit[13] socium,[s] quem, quo modo nunc intendit, ne in vivorum quidem numero[14] tum demonstrat fuisse. Tum illam incredibilem celeritatem, seu potius audaciam, protuli: confirmavi necesse esse, aut biduo DCC. millia[15] passuum esse decursa, aut Sex. Nævium diebus compluribus ante in possessionem misisse, quam postularet, uti ei liceret[16] bona possidere. 89. Postea recitavi edictum, quod aperte dominum de prædio detrudi vetaret: [*p.* 17.] in quo constitit, Nævium[17] ex edicto non possedisse, cum confiteretur ex prædio vi detrusum esse Quintium. Omnino autem bona[18] possessa non esse constitui; quod bonorum possessio spectetur[19] non in aliqua parte,[t] sed in universis, quæ teneri ac possideri[u] possint. Dixi, Romæ do-

[m] *Quæsivi secundo loco.*

plerique et edd. vett. *judicio parere par.* Pal. 1. *judicio parati, paratum* ς: *judicio pati peractum* χ: *judicium pati paratum* vulg.—10 Lamb. *ereptum esse.*

CAP. XXIX. 11 ς *Neque cum idem.*—12 C S ς *in tali negotio.*—13 χ *dedit.* —14 χ *ne in injuriarum quidem num.*—15 S *millibus.*—16 χ *postularat.* Tum *ut ei lic.* Lamb. *uti ejus tic.* Mss. quidam cum Venet. 1483. et Junt.—17 χ *detrudi vetarat;* et H S ς *in quo consistit.* Verba *edictum quod ... Nævium* in C desunt.—18 Lamb. *Quinctium ex prædio vi detr. esse.* Tum Mss. et edd. vett. *Omnia autem bona.* E conj. Hotomanni *Omnino autem bona* dederunt Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—19 χ *spectaretur.* Mox C *sed universi:* ς *sed universis.* Tum ς *quæ ten. aut poss. possint.* In C S χ

NOTÆ

suam cum Bruto tribuno pleb. familiaritatem Alphenus procurator Quintii auctoritate valebat.

[s] *Socium*] Quintium.

[t] *Non in aliqua parte*] Hæc fuit constituta contra eos pœna, qui latitarent, ut edicto per dies 30. possessa bona, auctione palam universa, venderentur.

[u] *Teneri ac possideri*] Tenemus quæ corporaliter habuimus, v. g. pecuniam nobis commodatam: possidemus vero

mum fuisse, quo iste ne aspirarit[x] quidem; servos complures, ex quibus iste possederit neminem, ne attigerit quidem: unum fuisse, quem attingere[20] conatus sit: prohibitum fuisse:[y] quievisse. 90. In ipsa Gallia cognostis[1] in prædia privata Quintii Sex.[2] Nævium non venisse. Denique ex ipso saltu,[3] quem, per vim expulso socio, possedit, servos privatos Quintii non omnes ejectos esse.[4] Ex quo,[5] et ex ceteris dictis, factis, cogitatisque Sex. Nævii, quivis[6] potest intelligere, istum nihil aliud egisse, neque nunc agere, nisi uti[n] per vim, per injuriam, per iniquitatem judicii, totum agrum, qui communis est, suum facere possit.

XXX. 91. Nunc causa perorata,[z] res ipsa, et periculi magnitudo, C. Aquilli, cogere videtur, ut te, atque eos qui tibi in consilio sunt,[7] obsecret obtesteturque P. Quintius per senectutem[a] ac solitudinem[8] suam, nihil aliud, nisi ut vestræ naturæ[b] bonitatique obsequamini; ut, cum veritas cum hoc faciat,[9] plus hujus inopia possit ad misericordiam, quam illius opes ad crudelitatem. 92. Quo die ad te judicem venimus, eodem die illorum minas, quas ante horrebamus, negligere cœpimus. Si causa cum causa contenderet; nos nostram perfacile cuivis probaturos statueba-

[n] *Ut.*

---

possunt: H *possent*, scripto *u* supra *e*.—20 C *attigere*.—1 C S T *cognoscis*. In χ deest.—2 χ non habet prænomen.—3 *Ex hoc saltu* C H S T: *ex hoc ipso saltu* ς χ, Ven. 1480. et 1483. Junt. Crat. Lamb. et Orell. *ex ipso saltu* vulg. —4 *Non* omittunt C H S T ς χ. Tum *electos* χ. Verbum *esse* abest a C et T.—5 '*Ex quo, &c.*] Locum cum antecedentibus non cohærere, itaque nonnulla excidisse censent Hotom. et Ern.' *Beck.*—6 ς *quis*.

Cap. XXX. 7 Lamb. 1566. *adsunt*.—8 *Obtesteturque* in ς deest. Dein C H S ς χ *per se ac senect.* et pro *solitudinem*, χ *solicitudinem*.—9 H S T *cum*

NOTÆ

quæ civiliter animo, corpore, et potestate accepimus. Vid. Javol. de Acquir. Possess. l. 24.

[x] *Ne aspirarit*] Id est, tantum abest ut venierit, ut ne quidem de veniendo cogitarit.

[y] *Prohibitum fuisse*] Scilicet per Alphenum.

[z] *Causa perorata*] Hactenus breviter omnes rationes subjecit, quas per totam orationem ad defendendum Nævium attulit, nunc motus excitat.

[a] *Per senectutem*] Annum enim sexagesimum agebat Quintius.

[b] *Vestræ naturæ*] Honesta laudatio judicis et assessorum, cum tacita cohortatione ad misericordiam.

mus. Quod vitæ ratio[c] cum ratione vitæ decerneret;[10] idcirco nobis etiam magis te judice opus esse arbitrati sumus. Ea res enim nunc in discrimine versatur, utrumne possit se contra luxuriam[11 d] ac licentiam rusticana illa atque inculta[o] parsimonia defendere; an deformata,[p] atque[12] ornamentis omnibus spoliata, nuda cupiditati petulantiæque addicatur.[q 13] 93. Non comparat[14] se tecum gratia P. Quintius, Sex.[15] Nævi: non opibus, non facultate contendit. Omnes tuas artes,[r] quibus tu magnus es, tibi concedit. Fatetur, se non belle[s] dicere, non ad voluntatem[16] loqui posse; non ab afflicta amicitia[e] tranfugere, atque ad florentem aliam devolare; non profusis sumtibus vivere; non ornare magnifice splendideque convivium; non habere domum clausam pudori[f] et sanctimoniæ, patentem atque adeo expositam cupiditati et voluptatibus: contra, sibi[17] officium, fidem, diligentiam, vitam omnino semper horridam[t 18] atque aridam[u g] cordi fuisse. Ista superiora[h]

[o] *Parca.* [p] *Deformi.* [q] *Adjudicetur.* [r] *Fraudes.*
[s] *Scurriliter.* [t] *Rusticam.* [u] *Incultam.*

ver. hoc fac. Edd. pr. et Mss. *cum ver. hæc fac.*—10 Verba *nos nostram ... decerneret* in χ desunt.—11 *Ea res nunc enim* Taur. *In discrimen* panci Mss. et edd. nonnullæ vett. *Versatur* abest a Pal. 6. *Utrum possitne* S, Pal. septem, Taur. Venet. 1483. Junt. Schutz. et Orell. *possitne*, omisso *utrum*, C: *utrumne possit* vulg. Denique *contra luxuriem* Taur. Venet. 1483. Junt. et Crat. prob. Garaton.—12 ς *atque multa pars.* Porro *et deformata* C et χ. In C et ς deest *atque* ante *ornamentis.*—13 C *adiciatur*: H *adyciatur* cum spatio. Post *addicatur*, ad marg. Pal. 4. adnotatur deesse duas voces: in plnribus Mss. et ed. Ven. 1480. spatium vacuum. Aliquid deesse putat Ern. et alii.—14 χ *comportat.*—15 Taur. omittit *Sex.*—16 Lamb. conj. *ad voluptatem.* —17 Post *sibi* e Taur. addidit Orell. *ait.*—18 Ven. 1480. et Junt. *semper sibi*

NOTÆ

[c] *Vitæ ratio*] Cum Nævius refertam voluptatibus vitam ageret, multos sibi viros nobiles amicos conciliavit; Quintius autem cum rusticam, omnes illos a se abalienavit.

[d] *Luxuriam*] Luxuria in sumtibus et superflua rerum abundantia; licentia autem in actionibus consistit.

[e] *Afflicta amicitia*] Cum Mariani jacuerunt, ab iis ad Syllanos, tum florentes, transfugit Nævius.

[f] *Clausam pudori*] Id est, clausam probis omnibus, et apertam improbis.

[g] *Aridam*] Domus Quintii sine illis obsoniis fuit, quibus Nævii domus abundat.

[h] *Ista superiora*] Quæ Nævius sectatur, longe plus valent, et possunt, his præsertim temporibus, quibus mores depravati sunt.

esse, ac plurimum posse his[19] moribus[z] sentit. 94. Quid ergo est? non usque eo[i] tamen, ut in capite fortunisque hominum honestissimorum dominentur ii, qui relicta bonorum virorum disciplina, et quæstum et sumtum Gallonii[k] sequi maluerunt,[20] atque etiam, quod in illo non fuit, cum audacia perfidiaque vixerunt.[1] Si licet vivere eum, quem Sex. Nævius non vult; si est homini honesto locus in civitate, invito Nævio; si fas est[2] respirare P. Quintium, contra nutum[y] ditionemque[3] Nævii; si quæ pudore[4] ornamenta sibi peperit, ea potest[5] contra petulantiam, te defendente, obtinere; spes est, et hunc miserum atque infelicem aliquando tandem[6] posse consistere.[z] Sin et poterit Nævius id, quod libet, et ei libebit, quod non licet;[7] quid agendum est? qui Deus appellandus est? cujus hominis fides imploranda est? qui denique questus,[8] qui mœror dignus inveniri in[9] calamitate tanta potest? XXXI. 95. Miserum est exturbari[10] fortunis omnibus: [*p.* 18.] miserius est, injuria. Acerbum est ab aliquo circumveniri:[1] acerbius, a propinquo. Calamitosum est bonis everti:[11] calamitosius, cum dedecore. Funestum est a forti atque honesto viro[12] jugulari: funestius, ab eo cujus vox in præ-

[x] *His temporibus.* [y] *Voluntatem.* [z] *Confirmari.*

horr. prob. Garaton.—19 χ non habet *his.*—20 *Maluerant* C: *maluere* Ven. 1480. et Junt.—1 Post *perfidiaque vixerunt* in marg. Pal. 4. 'Deficiunt duæ dictiones, vel una.' Pro *Si licet* C et χ habent *scilicet.*—2 *Est* omittitur in C et ς.—3 *Dictionesque* ς: *dictionemque* χ.—4 χ *pudor.*—5 C *et potes:* H S *et potest.*—6 *Tamen* Lamb. et Schutz. *tandem* alii.—7 H *Sin et poterat Næv.* Tum *id quod non licet* H et χ.—8 '*Imploranda est*] Hic quoque lacuna est in Mss. Sensus quidem plenus est.' *Ern.* Post *questus* in Pall. octo, lacuna est: 'plane annotatum,' ait Gruter. 'ad oram quarti, 'Deficiunt duæ lineæ.' '—9 *Inveniri* T, et præpositionem ante *calamitate* edd. nonnullæ omittunt cum Lamb. et Schutz.

CAP. XXXI. 10 C H S ς *deturbari.*—11 χ *Calam. est hominis everti.*—12 *Viro*

NOTÆ

[i] *Non usque eo*] Id est, non tanta est eorum potentia.

[k] *Sumtum Gallonii*] Gallonius præco et parasitus fuit, qui sumtuosissimis epulis vescebatur, et maxime accipensere omnium piscium apud veteres laudatissimo. De hoc Gallonio Cic. de Fin. l. II. et Horat. Serm. l. II.

[l] *Circumveniri*] Fraudibus nempe et dolis.

conio quæstu prostitit.[13] Indignum est[14] a pari vinci aut superiore: indignius, ab inferiore atque humiliore.[m] Luctuosum est tradi alteri cum bonis: luctuosius, inimico.[15] Horribile est causam capitis dicere: horribilius, priore loco dicere. 96. Omnia circumspexit[n] Quintius,[16] omnia periclitatus est, C. Aquilli: non prætorem modo, a quo jus impetraret, invenire non potuit,[17] atque adeo ne unde arbitratu quidem suo postularet; sed ne amicos quidem Sex. Nævii; quorum sæpe et diu ad pedes jacuit[o] stratus, obsecrans per Deos immortales, ut aut secum jure contenderent, aut injuriam sine ignominia sibi imponerent. 97. Denique ipsius inimici vultum superbissimum subiit:[a] ipsius Sex. Nævii lacrymans manum prehendit,[p] in propinquorum[18] bonis proscribendis exercitatam: obsecravit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipsius conjugem et liberos, quibus propior P. Quintio nemo est,[19] ut aliquando misericordiam caperet;[b 20] aliquam, si non propinquitatis, at ætatis suæ; si non hominis, at humanitatis rationem haberet: ut secum aliquid, integra sua fama, qualibet, dummodo tolerabili, conditione transigeret. 98. Ab ipso repudiatus, ab amicis ejus non sublevatus, ab

[a] *Precatus est inimicum superbissimum.* [b] *Misereretur.*

in C deest.—13 *Vox præconio quæstu prostitit* Manut. et Lamb. *vox in præconio quæstum præstitit* Ven. 1480. et 1483. Naug. Crat. prob. Garaton. *vox in præconio præstitit quæstum* C H S: *vox in præconio questa præstitit* ς: *vox in præconio quæstu præstitit* Wald. Alii omittunt præpositionem ante *præconio*.—14 C et ς non habent *est*.—15 χ *cum inimico*.—16 Post *Quintius* Pal. 1. 2. 3. habent iterum lacunam duorum verborum.—17 χ *impetraret vix invenire potuit*. H S ς quoque cum tribus Pariss. nonnullis Pall. et Venet. 1480. 1483. Lall. Beck. Schutz. et Orell. omittunt negationem.—18 Hervag. et Cam. *apprehendit*. Tum T *inde propinq.*—19 C S *quibus proprior:* et χ *nemo erat*.—20 Grutero atque Ernestio verba *mis. cap.* e glossemate nata videntur.

NOTÆ

[m] *Humiliore*] Nævius humilior Quintio fuit, quia scurrilitate et præconio divitias sibi comparavit: at Quintius honeste semper vixit.

[n] *Omnia circumspexit*] Magistratus scilicet, propinquos, a quibus desertus est.

[o] *Ad pedes jacuit*] Modus precandi apud Romanos.

[p] *Manum prehendit*] In more fuit apud veteres, ut cum quem enixius rogarent, manum ejus apprehenderent.

omni magistratu[q] agitatus atque perterritus,[1] quem præter te appellet, habet neminem: tibi se, tibi suas omnes opes fortunasque commendat: tibi committit existimationem ac spem[2] reliquæ vitæ. Multis vexatus contumeliis, plurimis jactatus injuriis, non turpis[c] ad te, sed miser confugit: e fundo ornatissimo dejectus, ignominiis omnibus appetitus, cum illum in suis paternis bonis[3] dominari videret, ipse filiæ nubili dotem conficere[d] non posset, nihil alienum tamen vita superiore commisit. 99. Itaque te hoc obsecrat,[4] C. Aquilli, ut, quam existimationem, quam honestatem in judicium tuum, prope acta jam ætate decursaque, attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco efferre: ne is, de[5] cujus officio nemo unquam dubitavit, sexagesimo[6] denique anno, dedecore, macula, turpissimaque ignominia notetur: ne ornamentis ejus omnibus Sex.[7] Nævius pro spoliis abutatur: ne per te ferat,[e 8] quo minus, quæ existimatio P. Quintium usque ad senectutem perduxit, eadem usque ad rogum[r] prosequatur.[9]

[c] *Infamis.* [d] *Comparare.* [e] *Patiatur.*

Lamb. correxit, *misericordia caperetur.* Schutz. ea delevit.—1 Quidam ap. Lamb. *proterritus.*—2 χ *spes.*—3 Manutius suspicatur *fraternis bonis.*—4 S *Itaque hæc te obs.*—5 C χ *afferre.* χ *neque is.* Præpositio *de* in T et χ deest. —6 Pro *sexagesimo*, T habet *hoc.*—7 C omittit *Sex.*—8 E conj. Passeratii et Ernestii *fiat* rescripsit Schutz.—9 C S T ς et Dresd. *produxit.* Dein al. *in rogum persequatur.* In Dresd. post *prosequatur* additum est, *ut ad rogum prosequamur.*

NOTÆ

[q] *Ab omni magistratu*] A Burrieno et Dolabella prætoribus vexatus est Quintius.

[r] *Ad rogum*] Honestam mortem per rogum explicat, quia apud veteres illos mortuorum cadavera cremabantur.

M. TULLII CICERONIS

PRO SEX. ROSCIO AMERINO

ORATIO II.

ARGUMENTUM.

L. Sylla II. Q. Metello coss. Erutius Sex. Roscium municipem Amerinum, equitem R. parricidii reum, apud M. Fannium, quæsitorem inter sicarios, i. e. eum prætorem cui hoc datum erat, ut eo anno, si quis, tanquam sicarius deferretur, de ea re quæstionem haberet ac judicaret, fecit; eumque ita accusavit, ut diceret causam ei maleficii suscipiendi fuisse, primum odium patris, qui et ab sese illum amandarat, et in prædia rustica relegarat, neque unquam domi suæ habuerat; et hoc amplius, exhæredare illum in animo habuerat. M. Tullius, annum tum agens ætatis septimum et vicesimum, Roscium hac oratione defendit. In qua bæc fere capita complexus est. Primum, abhorrere a tanti sceleris atrocitate vitam Sex. Roscii honestissime atque integerrime transactam: patri autem causam nullam fuisse, cur eum odio haberet atque exhæredare vellet. Quod vero eum rei rusticæ præposuerat, id non modo non odii ac malevolentiæ, sed etiam amoris et benevolentiæ paternæ singulare testimonium extitisse. Incredibile esse, hoc crimen in quenquam humana specie ac figura præditum cadere potuisse, nisi tanquam ea, quæ oculis cernuntur, expressa sceleris vestigia extarent. Facultatem denique perficiendi maleficii nullam Roscio fuisse, qui neque Romæ tum fuisset, cum cædes facta diceretur, neque ullum liberum hominem nosset, per quem negotium transigeret: servos vero ipsum etiam in quæstionem postulare, cum, ii ne dentur, adversarii magnopere recusent. Secundo loco ita reum purgat, ut etiam in T. Roscium quendam, cognomento Magnum, crimen conferat, quod et veteres et capitales inimicitias cum Sexti patre exercuerit, et Romæ tum fuerit, cum ille occisus dicatur: servus præterea sicarius et gladiator sit, ac sæpe in cæde versatus. Deinde L. Chrysogonum, L. Syllæ libertum, et apud eundem gratiosissimum, interfecti bona quasi proscripti coëmisse, possidere, partem cum T. Roscio communicasse: et quia nunc Sexti hujusce vitam uterque sibi ad ea bona fruenda obstare atque officere intelli-

gat, Erutium, accusatorem veterem et exercitatum, apposuisse, qui crimen callide confingeret, accusationemque susciperet. Reum autem Roscium non modo nullum emolumentum ex nece patris, sed etiam summam egestatem atque inopiam reportasse: iniquum esse, ut cujus injuria patriis fortunis omnibus sit eversus, atque ad summam inopiam redactus, ejus nunc potentia per summum dedecus summamque injuriam vita privetur. Causa publica, adeoque ipsum judicium publicum est: h. e. accusator non privatam alicujus, sed læsæ totius reip. injuriam persequitur, quod hujusmodi crimina ad ipsius reip. perniciem valent. Acta est in foro (ut moris erat, publice et in conspectu populi circum subsellia judicum coronam facientis, hæc capitis judicia fieri) ad M. Fannii prætoris tribunal, qui quæstioni inter sicarios præerat, cum ei in consilio judices ex ordine senatorio, qui tum solus lege Cornelia judicabat, assiderent. Et acta est, ut Gellius testatur, L. Sylla iterum et Q. Metello coss. anno post causam P. Quintii.

I. 1. Credo ego vos, judices, mirari, quid sit, quod, cum tot summi oratores hominesque nobilissimi sedeant, ego potissimum surrexerim, qui neque ætate,[1] neque ingenio, neque auctoritate sim cum iis, qui sedeant,[2] comparandus. Omnes enim hi, quos videtis adesse[3] in hac causa,[a] injuriam[a] novo scelere conflatam putant oportere defendi: defendere ipsi propter iniquitatem temporum[b] non audent. Ita fit, ut adsint, propterea quod officium sequuntur; taceant autem idcirco, quia periculum metuunt. 2. Quid ergo? audacissimus[4] ego ex omnibus? Minime. At tanto officiosior[5] quam ceteri?[c] Ne istius quidem lau-

[a] *Calumniam.*

Cap. I. 1 *Is qui neque æt.* duo Pariss. Mss. et edd. quædam vett. cum Lall.—2 *Cum his qui sedeant* Ms. Niebuhrii (Fragm. Cic. p. 82.), cum Junt. Crat. Lamb. et Orell. *cum iis qui sed.* vulg.—3 *Omnes hi*, omisso *enim*, Niebuhrii Ms. et vetus scholiastes Gronovii, prob. Niebuhr. 'Post *adesse* commate recte interpungit Heusinger, [et sic Schutz.] ut *in hac causa* ad seqq. referatur.' *Beck.* in Addend.—4 *Quia peric. vitant* Niebuhrii Ms. prob. Niebuhr. *quia peric. timent seu metuunt* T. Dein '*Quid? ergo audac.* male distinxit Schutz.' *Orell.*—5 Vetus schol. *An tanto off.* et sic legend. conj. Fac-

NOTÆ

[2] *Adesse in hac causa*] Aderant sive advocati, sive patroni, sive clientes: de quibus jam in oratione pro Quintio.

[b] *Propter iniquitatem temporum*] Sylla rempub. dictaturæ nomine tunc opprimente, non fas erat libere oratoribus loqui.

[c] *Tanto officiosior quam ceteri*] Sensus est, quanto minus audax, tanto

dis[d] ita sum cupidus,[6] ut aliis eam præreptam velim. [*Ed. Ald. p.* 19.] Quæ me igitur[7] res præter ceteros impulit, ut causam Sex. Roscii reciperem? Quia, si quis[8] istorum dixisset, quos videtis adesse, in quibus summa auctoritas est atque amplitudo; si verbum de republica[e] fecisset, id quod in hac causa fieri[9] necesse est; multo plura dixisse,[f] quam dixisset, putaretur: 3. ego, etiamsi omnia,[10] quæ dicenda sunt, libere dixero, nequaquam tamen similiter[g] oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit: deinde, quod ceterorum neque dictum obscurum potest esse, propter nobilitatem et amplitudinem, neque temere dicto concedi,[h] propter ætatem et prudentiam: ego si quid liberius[11] dixero, vel occultum esse, propterea quod nondum ad rempublicam accessi,[i] vel ignosci adolescentiæ meæ[12] poterit: tametsi non modo ignoscendi ratio, verum etiam cognoscendi consuetudo[k] jam de civitate sublata est. 4. Accedit illa quoque causa, quod a ceteris forsitan ita petitum sit,[13] ut dicerent, ut utrumvis salvo officio se facere posse arbitrarentur: a me autem ii contenderunt, qui apud me et amicitia, et beneficiis, et dignitate plurimum possunt, quorum

---

ciol. *Aut tanto off.* Jannoctian.—6 *Ita cupidus* χ: *ita sim cupidus* Niebuhrii Ms. prob. Niebuhr.—7 C *Quæ mihi igitur.*—8 Niebuhrii Ms. *si qui.*—9 Gulielm. censebat *fieri* delend.—10 Niebuhrii Ms. *ego autem si omnia.*—11 Sex Oxonn. Mss. et ed. Oliv. *libere.*—12 Niebuhrii Ms. omittit *meæ*, prob. Nieb.

NOTÆ

sum officiosior quam ceteri, qui, etsi omnium minime audax, unus omnium tamen ad dicendum accedo.

[d] *Istius laudis*] Officiosi hominis laudem intelligit.

[e] *De republica*] Indicat calamitatem reipublicæ, quæ tum summa erat propter tot civium proscriptiones, tot venditiones bonorum, quæ quotidie a Sylla fiebant.

[f] *Multo plura dixisse*] Syllani dicta malitiose interpretabantur, atque apud Syllam deferebant.

[g] *Nequaquam similiter*] Non pari cum offensione, atque exaggeratione delatorum.

[h] *Neque temere dicto concedi*] Melancthon, Sylvius, Saxonius sic explicant, 'neque ignosci dictis eorum imprudentibus:' at ii prudentes ibidem dicuntur. Præterea concedere per se ac simpliciter non significat ignoscere, nisi quid addatur, v. g. concedere veniam, vitam, &c. quod sic explicandum videtur, 'neque temere dicto concedi,' id est, neque temere dicto dari ac tribui potest, propter ætatem ac prudentiam.

[i] *Ad rempublicam accessi*] Accedere ad rempublicam dicuntur, qui magistratum aliquem gerunt.

[k] *Cognoscendi consuetudo*] Syllam

ego neque benevolentiam erga me ignorare, nec auctoritatem aspernari, nec voluntatem negligere debebam.[14] II. 5. His de causis ego huic causæ patronus extiti, non electus unus, qui maximo ingenio, sed relictus ex omnibus, qui minimo periculo, possem dicere:[15] neque uti satis firmo præsidio defensus Sex. Roscius, verum uti ne omnino desertus esset. Forsitan quæratis, qui iste terror sit,[16] et quæ tanta formido, quæ tot ac tales viros impediat, quo minus pro capite et fortunis alterius, quemadmodum consuerunt,[17] causam velint dicere. Quod adhuc vos ignorare non mirum est, propterea quod consulto ab accusatoribus ejus rei, quæ conflavit hoc judicium, mentio facta non est. 6. Quæ res ea est? Bona patris hujusce Sex. Roscii, quæ sunt sexagies:[1] quæ de viro[18] fortissimo et clarissimo, L. Sylla, quem honoris causa nomino, duobus millibus nummum[m] se dicit[19] emisse adolescens, vel potentissimus hoc tempore nostræ civitatis, L. Cornelius Chrysogonus. Is a vobis, judices, hoc postulat, ut, quoniam in alienam pecuniam,[n] tam plenam atque præclaram, nullo jure invaserit, quoniamque ei pecuniæ vita Sex. Roscii obstare atque officere videatur, deleatis[20] ex animo suo suspicionem om-

—13 χ *petitum est.*—14 *Debeam* vulg. *debebam* e conj. dedit Ernestius, et eum sequuntur Doering. Weiske et Schutz.

Cap. II. 15 *Qui omnino peric. posse dicere* χ: *qui min. peric. possim dicere* Niebuhrii Ms.—16 χ *desertus. Fors. quæretis, qui iste error sit.* Mox *talis viros* C et H.—17 T *consueverint.*—18 T *quæ sunt sexagesies:* R *quæ sunt sexagies,* suprascr. *sexaginta.* Lamb. edidit e conj. Hotom. *quæ sunt sexagies: et de viro.* 'Legendum videtur *quæ sunt sexagies, de viro,* ut deletum statuas *quæ* ante *de viro.*' Weiske.—19 Pro *nummum,* T habet *nummis.* Tum *sese dicit* sex Oxonn. Mss. cum Venet. 1483. Junt. Crat. Grut. Lamb. Beck.

NOTÆ

carpit, quo invito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere quisquam poterat.

[1] *Quæ sunt sexagies*] Ita supplendus locus; quæ sunt sexagies centena millia sestertiorum nummorum, id est, quæ valent sexagies centena millia sestertiorum, nostræ monetæ Gallicæ, prout valet hoc anno 1682. ducenta millia nummorum: sed de his fusius in oratione sequenti, § 4. not.

[m] *Duobus millibus nummum*] Libris Gallicis omnino ducentis.

[n] *Pecuniam*] Pecuniæ nomine, ut vult Ulpianus, aliique jurisconsulti, non solum numerata pecunia continetur; sed etiam res omnes tam solidæ quam mobiles, quæ sunt in patrimonio. Hæc igitur pecunia prædia sunt Sext. Roscii.

nem, metumque tollatis: sese, hoc incolumi, non arbitratur hujus innocentis patrimonium tam amplum et copiosum posse obtinere; damnato et ejecto, sperat se posse,[1] quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundere atque consumere. Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesque stimulet ac pungat, ut evellatis, postulat, ut ad hanc[2] suam prædam, tam nefariam, adjutores vos profiteamini. 7. Si vobis æqua et honesta postulatio videtur, judices; ego contra brevem postulationem affero, et (quomodo mihi persuadeo) aliquanto æquiorem. III. Primum a Chrysogono peto, ut pecunia fortunisque nostris contentus sit, sanguinem et vitam ne petat: deinde a vobis, judices, ut audacium sceleri[3] resistatis, innocentium calamitatem levetis, et in causa Sex. Roscii, periculum, quod in omnes intenditur, propulsetis. 8. Quodsi aut causa criminis, aut facti suspicio, aut quælibet denique vel minima res reperietur, quamobrem videantur illi nonnihil tamen in deferendo nomine° secuti;[4] postremo, si præter eam prædam, quam dixi, quicquam aliud causæ inveneritis; non recusamus, quin illorum libidini Sex. Roscii vita dedatur. Sin aliud agitur nihil, nisi, ut iis[5] ne quid desit, quibus satis nihil est; si hoc solum hoc tempore pugnatur, ut ad illam opimam præclaramque prædam damnatio Sex. Roscii, velut cumulus, accedat; nonne, cum multa indigna,

Schutz. et Orell.—20 χ *deleatisque.*—1 *Damnato et objecto* T. *Speret se posse* R S χ: *spes est se posse* duo Mss. teste Grævio.—2 *Stimulat ac pungit* vulg. E conj. *stimulet ac pungat* edidit Ern. quem Beck. Weiske, et Schutz. sequuntur. Matthæi *stimulet et pungat.* Tum *ut avellatis* Guelf. et *post.*, *et ad hanc* Lamb. et Mannt. e conj. Hotom.

CAP. III. 3 Ven. 1480. *ut audacissimo scel.*—4 Passerat. putabat legend. *quam rem videantur illi tamen*, deleta voce *nonnihil*, prob. Lamb. In χ *ut nihil tamen.* Pal. 3. omittit *tamen;* pro quo R *tum* exhibet. Pro *secuti*, C habet

NOTÆ

° *In deferendo nomine*] Distinguit Hotomannus hæc duo, deferre nomen, et accusare. Deferre nomen, erat aliquem apud prætorem accusare, v. g. aio te patrem interfecisse: ut, si negaret, ejus nomen in reos referretur, atque ita institueretur accusatio: ex quo tamen id unum sequitur, delationem videlicet nominis non ipsam esse solennem accusationem, sed accusationis initium.

[*p.* 20.] tum vel hoc indignissimum est, vos idoneos habitos, per quorum sententias jusque jurandum [p] id assequantur,[6] quod antea ipsi scelere et ferro assequi consuerant?[7] qui ex civitate in senatum[q] propter dignitatem, ex senatu in hoc consilium[r] delecti estis propter severitatem, ab his hoc postulare homines sicarios atque gladiatores, non modo ut supplicia vitent, quæ a vobis pro maleficiis suis metuere atque horrere debent, verum etiam ut spoliis Sexti Roscii ex hoc judicio ornati auctique discedant?[8] IV. 9. His de rebus tantis tamque atrocibus, neque satis me commode dicere, neque satis graviter conqueri, neque satis libere vociferari posse intelligo. Nam commoditati ingenium, gravitati ætas, libertati tempora sunt impedimento. Huc accedit summus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit, et vestra dignitas, et vis adversariorum, et Sex. Roscii pericula. 10. Quapropter vos oro atque obsecro, judices, ut attente bonaque cum venia verba mea audiatis. Fide sapientiaque vestra fretus plus oneris sustuli, quam ferre me posse intelligo. Hoc onus si vos aliqua ex parte allevabitis,[9] feram, ut potero, studio et industria, judices: sin a vobis (id quod non spero) deserar, tamen animo non deficiam, et id, quod suscepi,

Sexti Roscii.—5 Al. *ut his.*—6 χ *sententiam jusque jur. id assequatur.*—7 *Consuerunt* vulg. E conj. Ern. cum Matth. dedit *consuerant.*—8 Quidam Mss. et ed. Grut. omittunt *Roscii.* Tum vulg. *hoc judicio* sine præpositione, quam Ern. e conj. insernit: sed nemo eum sequitur. Denique χ *descendant.*

NOTÆ

[p] *Jusque jurandum*] Electi judices, antequam ad causam accederent, jurabant se judicaturos ex æquo, præter unum prætorem. Vide Prolegomena.

[q] *Ex civitate in senatum*] Censorum erat singulis quinquenniis in mores publicos inquirere; atque ad arbitrium, senatoribus deficientibus, aut propter vitia dejectis, digniores alios eorum loco ascribere ex equestri ordine. Hic notat Cicero supplementum anno superiore factum a Sylla dictatore, qui trecentos equites præcipuos in vacuum longis bellorum motibus senatum allegerat, tributis comitiis suffragia de unoquoque colligens, ut habet Appianus.

[r] *Ex senatu in hoc consilium*] Legem notat ejusdem Syllæ, qua judicandi potestatem unis senatoribus transmiserat, qui communiter antea cum equitibus et plebe judicabant.

quoad potero, perferam. Quodsi perferre non potero; opprimi[10] me onere officii malo, quam id, quod mihi cum fide semel impositum est, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere. 11. Te quoque magnopere,[11] M. Fanni, quæso, ut, qualem te jam antea populo Romano præbuisti, cum huic idem[12] quæstioni judex præesses,[s] talem te et nobis et populo Romano hoc tempore impertias.[13] v. Quanta multitudo hominum convenerit ad hoc judicium, vides: quæ sit omnium mortalium expectatio, quæ cupiditas, ut acria[14] ac severa judicia fiant, intelligis. Longo intervallo judicium[t] inter sicarios hoc primum committitur, cum interea cædes indignissimæ maximæque factæ sint.[15] Omnes hanc quæstionem, te prætore, de manifestis maleficiis quotidianoque sanguine haud remissius sperant futuram.[16 u] 12. Qua vocifera-

---

Cap. iv. 9 χ *alleviabitis.*—10 Græv. *Et quod si perf.* Tum H *potero; potius opprimi.*—11 Schol. vet. et Weiske *maximo opere*, prob. Garatonio et Beckio.—12 Al. *eidem.*—13 *Et nobis et reipublicæ hoc temp.* Jannoctian. prob. Garaton. et Weiske. *Impartias* C H T.

Cap. v. 14 In χ deest *acria.* Mox *Longo item interv.* vet. Schol.—15 H T *factæ sunt.*—16 Præpositio ante *maleficiis* abest a C H S T χ ψ, Pall. et Venet. 1483. Tum *haud* non habent C H R S T χ, Franc. 1. Pall. et edd. vett. Pro *remissius*, S. Vict. habet *dimissivi*; T *demissus*; C H R S T χ, et Pall. *demissius*, sive *dimissius.* Lamb. 1566. *de manif. malef. ante admissis, quot. sanguine, sp. futuram.* Garaton. suspic. h. l. ita legend. *manif. mal. quot. sanguini haud remissiorem sp. futuram.* Hotom. ex Aul. Gellio Noct. Att. i.

NOTÆ

[s] *Cum huic idem* [*eidem*] *quæst. jud. præesses*] Id est, cum tu antea præesses eidem quæstioni de sicariis et parricidis, tum quidem ut judex quæstionis, nunc autem ut prætor: agnoscunt enim Sigonius et Manutius magistratum inter ædilem et prætorem medium, qui judex quæstionis dicitur, cujus erat officium gerere prætoris vices, cum abesset, ipsi minoribus in rebus operam præstare, ut in sortitione judicum, auditione testium, inspectione tabularum, &c. atque ita nihil obstat quominus ante annos aliquot non omnino decem, Fannius hoc functus minore magistratu sub eo, qui tum prætor erat inter sicarios, ipse mox ad prætoram in eadem quæstione exercendam gradum fecerit.

[t] *Longo intervallo judicium, &c.*] Tum quia diu siluerunt leges inter arma; tum quia ante Syllam quæstiones de sicariis non nisi extraordinaria lege, aut senatusconsulto exercebantur; nec certum habebant magistratum ad cujus tribunal pertinerent. Quibus verbis innuit Cicero legem hanc nuper latam a Sylla fuisse, et hoc primum esse judicium quod inter sicarios ex ea lege instituitur.

[u] *Haud remissius sperant futuram*] Id est, non mollius exercendam hanc

tione in ceteris judiciis accusatores[17] uti consueverunt, ea nos hoc tempore utimur, qui causam dicimus. Petimus abs te, M. Fanni, a vobisque, judices, ut quam acerrime maleficia[18] vindicetis, ut quam fortissime hominibus audacissimis resistatis, ut hoc cogitetis, nisi in hac causa, qui vester animus sit, ostenderitis, eo prorumpere[19] hominum cupiditatem, et scelus, et audaciam, ut non modo clam, verum etiam hic in foro, ante tribunal[x] tuum, M. Fanni, ante pedes vestros, judices, inter ipsa subsellia cædes futuræ sint. 13. Etenim quid aliud hoc judicio tentatur, nisi ut id[20] fieri liceat? Accusant ii, qui in fortunas hujus invaserunt; causam dicit is, cui, præter calamitatem,[1] nihil reliquerunt: accusant ii, quibus, occidi patrem Sex. Roscii, bono fuit;[b] causam dicit is, cui non modo luctum mors patris attulit, verum etiam egestatem: accusant ii, qui hunc ipsum jugulare summe cupierunt; causam dicit is, qui etiam ad hoc[2] ipsum judicium cum præsidio venit, ne hic ibidem ante oculos vestros trucidetur.[y] Denique accusant ii, quos populus poscit; causam dicit is, qui unus relictus ex illorum nefaria cæde restat. 14. Atque ut facilius intelligere possitis, judices, ea, quæ facta sunt, indigniora esse, quam hæc sunt, quæ dicimus, ab initio, res quemadmodum gesta sit, vobis exponemus; quo facilius et hujus hominis innocentissimi miserias, et illorum audaciam cognoscere possitis,[3] et reipublicæ calamitatem.

VI. 15. [*p.* 21.] Sex. Roscius, pater hujusce, municeps[a]

[b] *Utile fuit.*

7. cum Schutz. correxit *futurum*, prob. Matthæi.—17 χ *accusatore.*—18 Idem Ms. *acerrima malef.*—19 *Ostendetis* vulg. E conj. dedit Ern. *ostenderitis*, et eum sequuntur Beck. Matthæi, Schutz. et Orell. Dein χ *eo prorumpe.*—20 χ non habet *id.*—1 χ *cujus præter cal.*—2 Idem Ms. *ab hoc.*—3 *Judices* abest a C; et *judices, ea quæ facere ... cognoscere possitis* a χ.

NOTÆ

quæstionem, quam antea cum extraordinariis quæstionibus committeretur.

[x] *Tribunal*] Tribunal locus editior fuit, ex quo, sella curuli posita, magistratus jus dicebat.

[y] *Trucidetur*] Videntur enim adversarii ad judicium venisse armati, ut infra videbitur.

[z] *Municeps*] Municipia illæ civita-

Amerinus[4 a] fuit, cum genere, et nobilitate, et pecunia, non modo sui municipii,[c] verum etiam ejus vicinitatis facile primus, tum gratia atque hospitiis florens[b] hominum nobilissimorum. Nam cum Metellis, Serviliis, Scipionibus[c] erat ei non modo hospitium,[d] verum etiam domesticus usus et consuetudo:[d] quas (ut æquum est) familias, honestatis amplitudinisque gratia nomino. Itaque ex suis omnibus commodis hoc solum filio reliquit: nam patrimonium domestici prædones[e] vi ereptum possident:[e] fama et vita innocentis ab hospitibus amicisque[5] paternis defenditur. 16. Hic[f] cum[6] omni tempore nobilitatis fautor fuisset, tum hoc tumultu proximo,[g] cum omnium nobilium dignitas[h] et salus in discrimen veniret, præter ceteros in ea vicini-

[c] *Ameriæ.* [d] *Familiaritas;* vulgo *conversatio.*
[e] *Consanguinei prædones vi eripuerunt et possident.*

CAP. VI. 4 *Amerinus* in C deest; sed *Ameriæ* scribitur supra lineam a manu recentiori.—5 Pro *vita*, χ habet *jura*. Tum *ab hostibus inimicisque* χ,

NOTÆ

tes dicebantur, quæ suo jure et suis legibus utebantur, et quarum civibus fas erat Romæ ad honores aspirare. Vide Gellium VI. 13.

[a] *Amerinus*] Ameria urbs est in Umbria, quam Plinius l. III. annis 964. ante Persei bellum, et aliquot sæculis ante Romam conditam esse ait.

[b] *Hospitiis florens*] Roscius, dum civile bellum Marium inter et Syllam flagraret, multos et pecunia et hospitio juvit.

[c] *Cum Metellis, Serviliis, Scipionibus*] Metelli et Servilii fuerunt plebeii generis, patricii vero Scipiones. Tres hæ familiæ erant propinquitate conjunctæ: nam Servilii et Scipiones Metellarum filii fuerunt. Ita Cic. in orat. post Reditum ad Quirites. Hic autem indicatur Q. Metellus Nepos; Servilius, qui consul fuit cum C. Curione; Scipio, cujus filius Pompeii Magni socer fuit, et in consulatu collega.

[d] *Hospitium*] Hospitii necessitudo tum inter privatos, tum inter populos contrahebatur: neque id quidem modo, sed etiam inter singulos privatosque homines, et civitates. Quod inter populos Latini hospitium publicum, Græci προξενίαν; quod inter privatos et singulos Latini privatum, Græci ἰδιοξενίαν vocaverunt: hujus erat nota, pignusque, tessera hospitalis: unde apud Plautum in Pœn. 'Deum hospitalem et tesseram mecum fero.'

[e] *Domestici prædones*] Scilicet Titi Roscii, Capito, et Magnus, qui omnes erant Amerini.

[f] *Hic*] Sextus Roscius pater Syllæ et nobilitatis partes secutus est.

[g] *Tumultu proximo*] Bellum civile significat, quod Syllam inter et Marium in repub. exortum est. Duo tantum bella nomine tumultus exprimebantur, nempe quod Gallos inter et Italos, vel cives inter oriebatur.

tate,[7] eam partem causamque opera, studio, auctoritate defendit. Etenim rectum putabat, pro eorum honestate se pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur. Posteaquam victoria constituta est,[f] [i] ab armisque recessimus; cum proscriberentur homines,[k] atque ex omni regione caperentur, ii, qui adversarii fuisse putabantur; erat ille Romæ frequens,[g] atque[8] in foro, et in ore omnium quotidie versabatur; magis ut exultare victoria nobilitatis videretur, quam timere, ne quid ex ea calamitatis sibi accideret. 17. Erant ei veteres inimicitiæ[l] cum duobus Rosciis Amerinis, quorum alterum sedere[m] in accusatorum subselliis video, alterum[n] tria hujusce prædia possidere audio: quas inimicitias si tam cavere potuisset,[9] quam metuere solebat, viveret. Neque enim, judices, injuria metuebat: nam duo isti sunt T. Roscii,[10] quorum alteri Capitoni cognomen est; iste, qui adest, Magnus vocatur: homines ejusmodi: alter plurimarum palmarum[h] [o] vetus ac nobilis gladiator habetur; hic autem nuper se ad eum lanistam[p] contulit: qui cum[11] ante hanc pugnam[q]

[f] *Confirmata est.* [g] *Frequenter.* [h] *Victoriarum.*

prob. Matthæi.—6 χ *Hic enim cum.*—7 χ *in discr. venisse,* idemque Ms. pro *vicinitate,* habet *civitate.*—8 C H S omittunt *atque.*—9 Curius Fortunatianus et al. *tam prohibere pot.*—10 C *Ttt Rosci:* χ *toti Roscii.*—11 *Cum* abest a C

NOTÆ

[h] *Nobilium dignitas*] Absente Sylla, et bellum in Africa contra Mithridatem gerente, Cinna, Marius, Sertorius, et Carbo cum exercitibus suis in urbem recepti sunt, quam cædibus replevernnt, interfectis nobilium quamplurimis.

[i] *Victoria constituta est*] Mario devicto.

[k] *Cum proscriberentur homines*] Damnati sunt multi, bonis eorum in fiscum redactis: proscripti autem dicuntur quasi palam scripti, quia victore Sylla tabulæ in foro positæ sunt, in quibus scripta eorum erant nomina quos interfici volebat, propositis percussoribus præmiis. Vide Appianum in Sylla.

[l] *Veteres inimicitiæ*] Unde extitit causa cædis in Rosciis. Nam ut antiquæ amicitiæ, ita etiam inimicitiæ sunt graviores.

[m] *Alterum sedere*] T. Roscius Magnus erat in iis subselliis, quæ sunt ad sinistram judicis partem, ubi sedebant accusatores.

[n] *Alterum*] T. Roscium Capitonem.

[o] *Plurimarum palmarum*] Capitonem multarum palmarum gladiatorem vocat, quia multas cædes fecerat; metaphora sumta a gladiatoribus. Id autem dicit ad invidiam, nam Romæ gladiatores infames et vilissimi hominum habebantur.

tiro esset scientia, facile ipsum magistrum scelere audaciaque superavit. VII. 18. Nam cum hic Sex. Roscius esset Ameriæ, T. autem iste Roscius Romæ;[12] cum hic filius assiduus in prædiis esset, cumque se, voluntate patris, rei familiari vitæque rusticæ dedisset; iste autem frequens Romæ esset; occiditur ad balneas[r] Palatinas[13] rediens a cœna Sex. Roscius. Spero ex hoc ipso non esse obscurum, ad quem suspicio maleficii[s] pertineat: verum id, quod adhuc est suspiciosum, nisi perspicuum res ipsa fecerit, hunc affinem culpæ judicatote. 19. Occiso Sex. Roscio, primus Ameriam nuntiat Mallius[14] Glaucia quidam, homo tenuis, libertinus,[t] cliens[u] et familiaris istius T. Roscii: et nuntiat[15] domum, non filii, sed T. Capitonis, inimici: et, cum post horam primam noctis[x] occisus esset, primo diluculo[i] nuntius hic Ameriam venit. Decem horis nocturnis[y] sex et quinquaginta[z] millia passuum ci-

[i] *Summo mane.*

H R S T χ ψ. Mox pro *scientia*, C H χ, S. Vict. Pall. et edd. vett. habent *quod sciam*; R T ψ *quod scientia.*

CAP. VII. 12 H T. *alter iste Roscius:* Ven. 1480. *Titus alter iste Roscius.* Verba *cum hic Sex. Roscius ... Roscius Romæ* suspecta Facciolato.—13 Ven. 1480. *ipse autem Romæ freq. esset.* Tum *ad baln. Pallatinas* C: *ad baln. Pallacinas* H χ.—14 Loco *Ameriam* H habet *Ameriæ:* T *Amerinus,* 'forsan pro *Ameriis,*' ait editor Oxoniensis. Dein *Manlius* H S χ ψ, duo Pall. et edd.

NOTÆ

[p] *Lanistam*] Magnus, qui præsens est, se contulit ad lanistam, id est ad præceptorem et institutorem gladiatorium, ut audacius cædem faceret.

[q] *Ante hanc pugnam*] Cædem Sexti Roscii.

Ad balneas] P. Victor Romæ ultra octingentas balneas computavit. Hæ autem erant in colle Palatino, supra Circum Maximum, stratæ marmoreo pavimento.

[s] *Suspicio maleficii*] Maleficium dicitur quodvis illud delictum, quo quis dolo malo interveniente læditur.

[t] *Libertinus*] Is dicitur libertinus, qui ex justa servitute manumissus est: aliquando etiam ingenuus, qui ex eo procreatus est.

[u] *Cliens*] Clientes passim in libris Digestorum et Codicis Justiniani, liberi homines dicebantur, qui se in alicujus potentioris tutelam adjungerent, et ejus patrocinio defenderentur in capite et fortunis, vicissimque ipsi patronos suos omni observantia atque obsequio colerent. Plura lege apud Dionysium Halic. lib. I.

[x] *Horam primam noctis*] Numerabant antiqui Romani horas duodecim ab oriente sole ad occidentem, quas diurnas; et duodecim ab occidente ad orientem, quas nocturnas appellabant.

[y] *Decem horis nocturnis*] Post pri-

siis[16] [a] pervolavit; non modo ut exoptatum inimico nuntium primus afferret, sed etiam cruorem inimici quam recentissimum telumque paulo ante e corpore extractum ostenderet. 20. Quatriduo,[k] quo hæc gesta sunt, res ad Chrysogonum in castra L. Syllæ Volaterras[17] defertur: [b] magnitudo pecuniæ [c] demonstratur: bonitas prædiorum, (nam fundos decem et tres[l] reliquit, qui Tiberim fere omnes tangunt,[d]) hujus inopia et solitudo commemoratur. Demonstrant, cum pater hujusce, Sex. Roscius, homo tam splendidus et gratiosus, nullo negotio sit occisus, perfacile hunc hominem, incautum, et rusticum, et Romæ[18] ignotum, de medio tolli posse. Ad eam rem operam suam pollicentur. Ne diutius vos teneam, judices, societas coitur.[19] [e] VIII. 21. Cum jam proscriptionis mentio nulla fieret, et[20] cum etiam, qui antea metuerant, redirent,[1] ac jam defunctos sese periculis arbitrarentur; nomen refertur in tabulas Sexti Roscii,[2] hominis studiosissimi nobilitatis: [f] [*p.* 22.] manceps [g] fit

[k] *Die quarto.* [l] *Tredecim.*

vett.—15 χ *nuntiam.*—16 Plerique Mss. Oxonn. *cissis.*—17 *Volaterrana* vet. Schol. non improb. Garaton.—18 *Incautum, et rus, et Romæ* H S, Pal. 1. et S. Vict. *incautum, et rure, et Romæ* χ, Venet. 1483. et Junt. *incautum et rusticum et rure et Romæ* ed. vet.—19 χ *Et ne diutius.* C H R S χ, S. Vict. et Pall. omittunt *vos.* Tum ed. Wald. *societas cogitur.*

Cap. VIII. 20 Copula non est in χ.—1 Pro *redirent*, Charisius l. III. c. 6. habet *sederent.*—2 E Charisio III. 6. et Diomede p. 383. verba *nomen ref. in tab. Sex. Roscii* hic inseruit Græv. quem Lall. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur. Weiske de conj. edidit, *in tab. ref. nomen Sex. Roscii.* Aliæ edd.

NOTÆ

mam horam noctis Roma profectus est, et hora ante solem orientem Ameriam venit.

[z] *Sex et quinquaginta*] Viginti duas lencas Gallicas cum dimidia confecit.

[a] *Cisiis*] Cisium genus currus est levissimum duabus rotis constans.

[b] *Volaterras defertur*] Volaterræ urbs Etruriæ, ubi proscripti a Sylla constiterunt; quæ per triennium hoc civili bello obsessa est, cujus agri a Sylla victore proscripti sunt. Vide Strabonem lib. v.

[c] *Magnitudo pecuniæ*] Id est, bonorum Sexti Roscii.

[d] *Tiberim tangunt*] Pinguiora prædia erant ex vicinitate Tiberis.

[e] *Societas coitur*] Nempe de Roscii bonis Chrysogonum inter et duos Roscios, Magnum et Capitonem.

[f] *Nobilitatis*] Syllæ partium.

[g] *Manceps*] Manceps dicitur qui aliquid publicum emit; v. g. bona proscriptorum publicata, quæ sub hasta vendebantur; ex quibus collectæ pecuniæ in ærarium referebantur. Cum ergo Chrysogonus emeret

Chrysogonus. Tria prædia vel nobilissima Capitoni propria[3] traduntur, quæ hodie possidet: in reliquas omnes fortunas iste T. Roscius nomine[4] Chrysogoni, quemadmodum ipse dicit, impetum facit. Hæc bona sexagies H-S.[h] emuntur, duobus millibus[i] nummum.[5] Hæc omnia,[k] judices,[6] imprudente[m] L. Sylla facta esse certo scio.[7] 22. Neque enim mirum, cum eodem tempore et ea quæ præterita sunt, et ea quæ videntur instare, præparet;[8] cum et pacis constituendæ rationem, et belli gerendi potestatem solus habeat; cum omnes in unum spectent,[n] unus omnia gubernet; cum tot tantisque negotiis distentus[o] sit,[9] ut respirare libere non possit; si aliquid non animadvertat; cum præsertim tam multi occupationem ejus observent,[p] tempusque aucupentur,[q] ut, simul atque ille despexerit,[r] [10] aliquid hujuscemodi moliantur. Huc accedit, quod quamvis ille felix sit,[l] sicut est; tamen in tanta felicitate nemo potest esse, in magna familia[11] qui neminem, neque servum, neque libertum improbum[12] habeat. 23. Interea iste[13] T. Ros-

[m] *Inscio.* [n] *Spem habeant.* [o] *Occupatus.*
[p] *Inspiciant.* [q] *Captent.* [r] *Non aspexerit.*

et Mss. ea omittunt. Vid. Nott. Varr.—3 Pro *propria*, Jannoctian. et ed. Junt. habent *præmia*, prob. Garaton.—4 χ *nomini.*—5 Plerique Oxonn. Mss. et al. teste Græv. item edd. vett. *Hæc bona emuntur sestertiorum duobus millibus nummum:* quæ verba in T desunt.—6 T *Hæc omina, judices.*—7 Al. *certe scio.*—8 R *eod. temp. ea,* omissa copula: χ *quæ præterita,* omisso *sunt.* Post *præt. sunt* Hotom. conj. *reputet* addend. Lamb. e Ms. inserit *reparet.* Ern. *curet* addi vult. Dein Guelf. *præpararet;* pro quo Withofius (Krit. Anmerk. III. p. 142.) conj. *per se curet.*—9 ψ *distinctus sit.* Mox χ *animadverterat.*—10 Jannoctian. *simul atque ille respexerit.* Renatus Boëmoræus legi volebat *simul atque alio respexerit.*—11 Manut. et Schutz. omittunt præpositionem *in,* quam deleri Lamb. volnit. *In tanta familia* χ.—12 H S *fam. quin nem.*

NOTÆ

bona Sextii Roscii patris, subjecta hastæ, publicam rem comparavit, et fiebat manceps ejus; id est bonorum emtor, qui et sector dicitur a Cicerone.

[h] *Sexagies H-S., &c.*] Vide § 6. not. *l*

[i] *Duobus millibus*] Ibidem, not. *m*

[k] *Hæc omnia*] Hoc dicit ne eos offendat qui Syllæ studebant partibus, si Syllam harum rerum gnarum innuisset: unde eum excusat a multitudine rerum quibus obruebatur, et odium inflammat in Chrysogonum, qui tempus id aucupatus est, ut, Sylla non animadvertente, tantam Roscio calumniam inferret.

[l] *Ille felix sit*] Felicis sibi cognomen assumsit Sylla, ut testatur in ejus vita Plutarchus, post captas

cius, vir optimus,[m] procurator Chrysogoni, Ameriam venit: in prædia hujus invadit: hunc miserum, luctu perditum,[s 14] qui nondum etiam omnia paterno[15] funeri justa solvisset,[t n] nudum ejicit domo, atque focis patriis Diisque penatibus[o] præcipitem, judices, exturbat:[16] ipse amplissimæ pecuniæ fit dominus. Qui in sua re fuisset egentissimus, erat, ut fit, insolens[u] in aliena.[17] Multa palam domum suam auferebat: plura clam de medio removebat: non pauca suis adjutoribus large effuseque donabat: reliqua, constituta auctione,[18] vendebat.[p] IX. 24. Quod Amerinis usque eo visum est indignum, ut urbe tota fletus gemitusque fieret. Etenim multa simul ante oculos versabantur: mors hominis florentissimi, Sex. Roscii, crudelissima; filii autem ejus egestas indignissima; cui de tanto patrimonio prædo iste nefarius ne iter quidem ad sepulcrum[q] patrium[19] reliquisset: bonorum emtio flagitiosa,[20] flagitiosa possessio, furta, rapinæ, donationes.[1] Nemo erat, qui non ardere omnia[2] mallet, quam videre in Sex. Roscii, viri

[s] *Confectum tristitia.* [t] *Fecisset exequias.* [u] *Profusus.*

Tum χ *neque liberum impr.*—13 T non habet *iste.*—14 χ ψ *præditum.*—15 *Nond. etiam omnia paterna* S. Vict. duo Pall. edd. vett. *nond. etiam esset omnia paterna* ed. 1472. *nond. etiam paterna jura* al. Omittunt *omnia* Crat. Lamb. et Schutz.—16 C R S ψ Ven. 1480. *ejecit.* Tum T *ante focis patrui.* Post *præcipitem* addunt C ψ, Ven. 1480. *sextum;* et H S *sixtum.* Porro C *jud., turbat.*—17 *In alienam* C H R T χ ψ.—18 χ *const. actione.*

CAP. IX. 19 T *ad sep. patruum.*—20 A plerisque Mss. et edd. ante Grut. abest *flagitiosa* post *emtio.* E Ms. Memmii inserendum censuit Lamb. et id receperunt Grut. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. Extat etiam in ψ.—1 *Donationes* non est in H et S.—2 Schellerus *augere* legi vult. *Illa*

NOTÆ

Athenas, quibus propter egregia studia pepercit.

[m] *Vir optimus*] Ironia.

[n] *Justa solvisset*] Justa sacra et cærimoniæ sunt, quæ placandis manibus a veteribus fiebant.

[o] *Diisque penatibus*] De iis jam in Oratione pro Quintio.

[p] *Auctione, vendebat*] Auctio est publica venditio, qua res ei addici solet, qui ultimus pretium auxerit.

[q] *Iter ad sepulcrum*] Lege duodecim tabularum in urbe sepeliri non licuit, 'in urbe ne sepelito.' Unde extra urbem, aut in agris, aut in viis publicis mortui sepeliebantur. Tantum senatus decreto iis datum est, qui triumphassent, ut crematis extra urbem eorum corporibus, ossa et cineres in urbe, sepulcro mandarentur.

optimi atque honestissimi, bonis jactantem se[3] ac dominantem T. Roscium. 25. Itaque decurionum decretum[r] statim fit, ut decem-primi[s] proficiscantur ad L. Syllam, doceantque eum, qui vir Sex. Roscius fuerit; conquerantur de istorum scelere et injuriis; orent, ut et[4] illius mortui famam,[t] et filii innocentis fortunas conservatas velit. Atque ipsum decretum, quæso, cognoscite. (Decretum Decurionum.[5 u]) Legati in castra veniunt: intelligitur, judices, id, quod[6] jam ante dixi, imprudente L. Sylla, scelera hæc et flagitia fieri. Nam statim Chrysogonus et ipse ad eos accedit, et homines nobiles allegat[z x] iis, qui peterent,[7] ne ad Syllam adirent, et omnia Chrysogonum, quæ vellent,[8] esse facturum pollicerentur. 26. Usque adeo autem ille pertimuerat, ut mori mallet, quam de his rebus[9] Syllam doceri. Homines antiqui,[y] qui ex sua natura ceteros fingerent, cum ille confirmaret, sese nomen Sex. Roscii de tabulis exemturum,[y z] prædia vacua filio traditurum;

[z] *Mittit.* [y] *Deleturum.*

---

omnia Rufinian. de Fig. c. 36. prob. Garaton.—3 C *jacientem se.* Edd. nonnullæ non habent *se.*—4 Copula non est in χ.—5 C non habet verba *Decretum Decurionum.*—6 *Jud., ut quod* C H T: *jud., vel quod* χ.—7 ψ *et ipse accedit ad homines nob.* Tum *a legatis iis qui pet.* Junt. *allegabat iis qui pet.* Ms. ap. Lamb. *allegat ab iis qui pet.* Lamb. e conj. probb. Græv. Garaton. Doering et Weiske: *allegat qui pet.* Schutz. de conj. Ern. *allegat iis qui pet.* Mss. et vulg. In ed. Junt. omittuntur verba *allegat iis.* Vid. Nott. Varr.—8 χ *quæ vellet.*—9 Ant. Augustinus legit *ut omnia mallet:* χ *quam se de his rebus.*

NOTÆ

[r] *Decurionum decretum*] Qui Romæ senatores, in municipiis et coloniis decuriones dicebantur; sic autem appellati, vel quia rerum publicarum curæ, vel viris decem, id est uni decuriæ, præessent.

[s] *Decem-primi*] Ex plerisque T. Livii locis patet positum fuisse in more apud Romanos, ut decem potissimum legati mitterentur; aliquando tres, sed rarius.

[t] *Illius mortui famam*] Patris Roscii, cujus nomen Chrysogonus malitiose in tabulas proscriptorum retulerat.

[u] *Decretum decurionum*] Ad majorem fidem, non ab ipso oratore, sed a præcone, aut ab alio, decreta, ubi opus erat, legebantur.

[x] *Allegat*] Hoc discrimen est inter legare et allegare; quod allegare est privatim et de re privata mittere; legare vero publice et de re publica.

[y] *Homines antiqui*] Id est, priscæ probitatis viri, qui ut boni sunt, alios omnes sibi simillimos esse facile persuadent.

[z] *De tabulis exemturum*] Eximere

cumque id ita futurum T. Roscius Capito, qui in X. legatis erat, appromitteret;[z] crediderunt: Ameriam re inorata[a] reverterunt.[10] Ac primo rem differre quotidie ac procrastinare[b] illi[11] cœperunt: deinde aliquanto lentius, nihil agere, atque deludere: postremo (id quod facile intellectum est) insidias vitæ hujusce Sex. Roscii parare, neque sese arbitrari posse diutius alienam pecuniam, domino incolumi,[12] obtinere. X. 27. Quod is simul atque sensit, de amicorum cognatorumque sententia Romam confugit, et sese ad Cæciliam, Nepotis filiam,[13] [a] quam honoris causa nomino, contulit, qua pater usus erat plurimum: [*p.* 23.] in qua muliere, judices, etiam nunc, id quod omnes semper existimaverunt, quasi exempli causa,[b] vestigia antiqui officii remanent. Ea Sex. Roscium inopem, ejectum domo atque expulsum ex suis bonis, fugientem latronum tela et minas, recepit domum, hospitique[14] oppresso[c] jam, desperatoque

[z] *Promitteret valde.* [a] *Non orala.* [b] *Differre de die in diem.*

Mox Sex Oxonn. Mss. et Oliv. *qui in X. legatus erat.*—10 *Re morata* ψ; et *revertunt* H S.—11 '*Illi* Grut. Græv. Ern. errore typographico.' *Orell. Illi* quoque habent Mss. Oxonn. cum Oliv. Lall. et Weiske. *Isti* ex edd. vett. auctore Garaton. dederunt Beck. Schutz. et Orell.—12 χ *dominio incol.*

Cap. X. 13 H. l. ita corrigendum censebat Hotom. *ad Cæciliam Balearici filiam, Nepotis sororem.* 'Assentior Jo. Passeratio censenti vel legendum *Nepotis sororem* [sic habent Weiske et Matthæi], vel has duas voces, *Nepotis filiam*, esse delendas; vel ita reponendum, *ad Cæciliam Balearici filiam, Nepotis sororem.*' Lamb. Verba *Nepotis filiam* corrupta esse judicant Ern. et Orell. Ea Schutz. delevit. Vid. Delph. Not. et Nott. Varr.—14 *Recepit*

NOTÆ

de tabulis aliquem dicebant, cum nomen illius delebatur, qui vel in reos vel in proscriptos relatus erat.

[a] *Ad Cæciliam, Nepotis filiam*] Cum Joanne Passeratio et Lambino, viris doctissimis, credo vel legendum *Nepotis sororem*, vel has duas voces, *Nepotis filiam*, esse delendas; vel ita reponendum, *ad Cæciliam Balearici filiam, Nepotis sororem:* erat enim Cæcilia Balearici filia, Nepotis soror, ut intelligere licet ex illis verbis in peroratione, 'quasi vero nescias, hunc et ali et vestiri a Cæcilia Balearici filia, Nepotis sorore.'

[b] *Quasi exempli causa, &c.*] Id est, quasi ad exemplum nostrum antiquæ probitatis vestigia remanent: ejus porro Cæciliæ probitas et religio tantæ fuit auctoritatis apud Romanos, ut ex ejus somnio, Marsico bello templum, senatus sententia, Junoni Sospitæ restitutum fuerit. Vide ipsum Cic. de Divinat. l. 1.

[c] *Hospiti oppresso*] Jam superius dixit Sext. Roscium necessitudinem

ab omnibus, opitulata est. Ejus virtute, fide, diligentia factum est, ut hic potius vivus in reos, quam occisus in proscriptos[d] referretur. 28. Nam postquam isti intellexerunt, summa diligentia vitam Sex. Roscii custodiri, neque sibi ullam cædis faciundæ potestatem dari; consilium ceperunt, plenum sceleris et audaciæ, ut nomen hujus de parricidio[15] deferrent, ut ad eam rem aliquem accusatorem veterem[e] compararent, qui de ea re posset[16] dicere aliquid,[e] in qua re[17] nulla subesset suspicio; denique ut, quoniam crimine[18] non poterant, tempore ipso[d] pugnarent. Ita loqui homines:[f] 'Quod judicia tam diu facta non essent,[g] condemnari eum[h] oportere, qui primus in judicium[19] adductus esset:' huic autem patronos propter Chrysogoni gratiam defuturos: de bonorum venditione,[20] et de ista societate[i] verbum esse facturum neminem: ipso nomine parricidii, et atrocitate criminis, fore, ut hic nullo negotio tolleretur, cum ab nullo defensus esset.[k] 29. Hoc consilio, atque adeo hac amentia, impulsi,[1] quem ipsi, cum cupe-

[e] *Peritum.* [d] *Occasione delecta.*

domi H S. *Hospitioque* χ ψ.—15 C *et nomen hujus.* Pro *parricidium*, Lamb. edidit *patricidio*, ut solebat.—16 *Possit* C et H; sed supra lineam in C scribitur *e*.—17 '*In qua re*] Repetitio nominis *re* offendit cel. Doeringium.' *Weiske.*—18 C *denique ut quo crim.* Tum Hotom. conj. legend. *tempore ipsum oppugnarent.*—19 χ *cond. cum eum op., qui primum in jud.*—20 Idem Ms. *de horum vend.*—1 Idem Ms. *depulsi.*

NOTÆ

hospitii habuisse cum Metellis. Cæcilia autem filia Metelli Balearici fuit.

[d] *Quam occisus in proscriptos*] Ut Roscius pater, qui, cum non esset de numero proscriptorum, post mortem a Chrysogono inter eos relatus est.

[e] *Posset dicere aliquid*] Qui posset homines adducere in suspicionem a filio Sext. Roscium interfectum esse, &c.

Ita loqui homines] Non quod reipsa ita locuti sint, sed quod ita locutos esse verisimile videatur.

[g] *Judicia tam diu facta non essent*] Propter bella civilia omnis ratio judiciorum conticuit.

[h] *Condemnari eum*] Ut omnibus terror judiciorum, quæ jam restituebantur, injiceretur, volebant homines ut homo aliquis, sive sons esset sive insons, condemnaretur.

[i] *De ista societate*] Quæ inita est Chrysogonum inter, Capitonem, et Magnum, qui jam inter se bona Roscii sogoni diviserant.

[k] *Ab nullo defensus esset*] Sperabant fore ut a nullo Roscius defenderetur propter conficti criminis atrocitatem, et inopiam defendentis, et Chryso-

rent, non potuerunt occidere, eum jugulandum vobis tradiderunt.

XI. Quid primum querar? aut unde potissimum, judices, ordiar? aut quod, aut a quibus[2] auxilium petam? Deorumne immortalium?[3] populine Romani? vestramne, qui summam potestatem habetis, hoc tempore fidem[e] implorem? 30. Pater occisus nefarie, domus obsessa, ab inimicis bona ademta, possessa, direpta:[4] filii vita infesta,[f] sæpe ferro atque insidiis appetita.[5] Quid ab his tot maleficiis sceleris abesse videtur? Tamen hæc aliis nefariis cumulant atque adaugent: crimen incredibile confingunt: testes in hunc et accusatores hujusce pecunia comparant: hanc conditionem misero ferunt,[g] ut optet,[6] utrum malit cervices[7] Roscio dare, an insutus in culleum[8] [1] per summum dedecus vitam amittere. Patronos huic defuturos putaverunt: desunt. Qui libere dicat, qui cum fide defendat,[9] id quod in hac causa est[10] satis, quoniam quidem suscepi,[11] non deest profecto, judices. 31. Et forsitan in suscipienda causa temere impulsus adolescentia fecerim: quoniam quidem semel suscepi, licet, hercules, undique omnes in me terrores periculaque impendeant omnia, suc-

[e] *Auxilium.* [f] *Infestata.* [g] *Offerunt.*

CAP. XI. 2 *Judices, exordiar* Ven. 1480. Crat. et Lamb. *exordiar* quoque R S χ et al. In H *judices* deest. Mox χ *aut quibus,* sine præpositione.—3 C *Deor. mortalium.*—4 Ant. Augustinus delet vocem *adempta,* pro qua Pantagathus reponebat *empta.* Tum pro *possessa, direpta,* Ven. 1480. et Junt. habent *possessio direpta* prob. Passerat.—5 Lamb. censebat interpunctionem ita faciendam esse, *filii vita infesta sæpe ferro, atque ins. app.* Mox χ *abesse videatur.*—6 *Ut optet* Grutero suspectum. In sex Oxonn. Mss. et Ven. 1483. *ut optetur.*—7 χ *cervicem.*—8 In edd. pr. post *culleum* inseritur *supplicio parricidarum,* prob. Grut. in posteris *supplicium parricidarum,* ut est in χ ψ, Guelf. et ed. Græv.—9 χ ψ *Desunt, qui libere dicant: qui.* In C R T quoque *dicant.* Mox C R T χ *defendant.*—10 H T χ non habent *est.*—11 Verba *quoniam quidem susc.* de Heusingeri conj. deleverunt Schutz. et Matthæi.

NOTÆ

goni gratiam: quæ omnia dicuntur ad invidiam adversariorum.

[1] *Insutus in culleum*] Parricidæ hæc pœna fuit lege Pompeia constituta, 'ut sanguineis virgis verberatus, culleo insuatur cum cane, gallo gallinaceo, et vipera, et simia, deinde in mare profundum culleus jactetur,' vel 'in amnem,' ut addit Justinianus Instit. l. IV.

curram atque subibo.[12] Certum est deliberatumque, quæ ad causam pertinere arbitror, omnia non modo dicere, verum etiam libenter, audacter, libereque dicere. Nulla res tanta existat,[13] judices, ut possit vim mihi majorem adhibere metus, quam fides. 32. Etenim quis tam dissoluto [h] animo est, qui hæc[14] cum videat, tacere ac negligere possit? Patrem meum, cum proscriptus non esset, jugulastis; occisum in proscriptorum numerum[15] retulistis: me domo mea per vim expulistis: patrimonium meum possidetis. Quid vultis amplius? etiamne ad subsellia cum ferro atque telis[16] venistis, ut hic aut juguletis aut condemnetis Sex. Roscium?[17] XII. 33. Hominem longe audacissimum [m] nuper habuimus in civitate C. Fimbriam, et, quod inter omnes constat, nisi inter eos, qui ipsi quoque insaniunt, insanissimum. Is cum curasset in funere C. Marii,[n] ut Q. Scævola vulneraretur,[18] [o] vir sanctissimus atque orna-

[h] *Tam ignavo.*

Ea Wetzel. uncis inclusit.—12 *Undique* in R deest. *Omnes* omittunt T Franc. 1. et ed. 1472. Pro *in me* χ, Pall. duo et Naug. habent *minæ*. Dein *impediant* C: *impendant* H T χ et al. item edd. vett. Porro *succ. atque omnia sub.* al. *omnia succ. atque sub.* al.—13 *Exsistet* Guelf. a m. sec. Pal. 8. et al. cum Græv. Schutz. Matthæi, Weiske et Orell. *exsistit* H S, Pal. 1. Rom. Brix. Venet. 1483. Med. Junt. *exsistat* ceteri.—14 T *hoc*.—15 χ *numero*.—16 Schutz. *et cum telis*, de Heusingeri conj.—17 Lamb. delevit verba *Sext. Roscium*. Totum membrum *ut hic ... Rosc.* suspectum erat Schutzio.

CAP. XII. 18 ' *Vulneraretur*] Imo *jugularetur*, ut legimus ap. Val. Max.

NOTÆ

[m] *Hominem longe audacissimum*] Exaggerat adversariorum crudelitatem commemoratione similis immanitatis in Fimbria, qui ferocissime Scævolam accusavit, quod is ab eo percussus, non esset mortuus, quia telum toto corpore non recepit. Hic Fimbria Flaccum, cujus erat legatus, interfecit, qui consul in Asiam contra Mithridatem post Syllam missus est: sed tandem desertus a suis, sibi violentas manus intulit, ut refert Appianus.

[n] *In funere C. Marii*] Marius primo mense septimi sui consulatus mortuus est.

[o] *Q. Scævola vulneraretur*] Vulneratus est improbitate Fimbriæ Scævola, antequam ille in Asiam proficisceretur, consulibus Cinna et Mario, cui funus mortuo ducebatur. Interfectus vero est Papirio Carbone tertium, et Mario juniore consulibus, jussu Damasippi prætoris. Is autem est Scævola, cui Cicero juvenis dedit operam, et de cujus morte loquitur lib. III. de Nat. Deorum.

tissimus nostræ civitatis,[19] (de cujus laude neque hic locus est, ut multa dicantur, neque plura tamen dici possunt, quam populus Romanus memoria retinet[20]) [*p.* 24.] diem Scævolæ dixit,[i] posteaquam comperit, eum posse vivere. Cum ab eo quæreretur, quid tandem accusaturus esset eum, quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis commode posset; aiunt, hominem, ut erat furiosus,[1] respondisse, quod non totum telum corpore recepisset. Quo populus Romanus nihil vidit indignius, nisi ejusdem viri mortem, quæ tantum potuit, ut omnes cives suos[2] perdiderit et afflixerit: quos quia servare per compositionem[k 3 p] volebat, ipse ab iis interemtus est.[4] 34. Estne hoc illi dicto atque facto Fimbriæ non simillimum?[5] Accusatis Sex. Roscium. Quid ita? quia de manibus vestris effugit: quia se occidi passus non est.[6] Illud quia in Scævola factum est, magis indignum videtur: hoc, quia fit a Chrysogono, num est ferendum?[7] Nam per Deos immortales, quid est in hac causa, quod defensionis indigeat? qui locus ingenium patroni requirit, aut orationis eloquentiam magnopere desiderat? Totam causam, judices, explicemus, atque ante oculos expositam[8] consideremus. Ita facillime, quæ res totum judicium contineat, et quibus de[9] rebus nos dicere oporteat, et quid vos sequi[10]

[i] *Accusavit Scævolam apud populum.* [k] *Concordiam.*

IX. 11.' *Weiske.*—19 χ *orn. suæ civ.*—20 Ursini Ms. *mem. tenet.*—1 χ *furiosum.*—2 Pronomen *suos* abest ab H R S ψ, Franc. 1. Venet. 1483. Junt. Id Beck. uncis inclusit. Hotom. conjecit *ejus conscios.*—3 Ursinus et Heusing. conj. *qui quos servare.* Pro *servare*, C H S habent *conservare.* Tum C *per positionem.*—4 'Hæc *Quo pop.... interemtus est* Ern. transponenda censebat post voces *memoria retinet.* Schutz. eadem uncis includit. Heusing. suspecta erant ista dumtaxat, *quæ tantum... afflixerit.* Omnia frustra.' *Orell.* Doering. et Matth. habent verba *Quo pop.... interemtus est* pro gloss.—5 χ *dicto aut facto.* '*Facto Fimbriano simill.*] Sic Rufinian. p. 213. Ruhnken. qui probat, Lamb. in marg. 1584. Matthiæ. *Facto Fimbriæ simill.* Schutz. tanquam e Rufinian. solita negligentia. *Facto Fimbriæ non simill.* corrupte ceteri.' *Orell.*—6 C *passus non esset.*—7 Hotom. e conj. edidit *num est fer.* et sic H, Grut. Oliv. Lall. Schutz. Weiske, Matthiæ. *Non est fer.* aliæ edd. et Mss.—8 χ *positam.*—9 Præpositio in C et χ deest.—10 χ *conscqui.*

NOTÆ

[p] *Compositionem*] Quam inter Syllanos et Marianos facere moliebatur.

conveniat, intelligetis. XIII. Tres sunt res, quantum ego existimare possum, quæ obstent[11] hoc tempore Sex. Roscio: 35. crimen[l] adversariorum, et audacia, et potentia. Criminis confictionem[12] accusator Erucius suscepit: audaciæ partes Roscii[q] sibi poposcerunt. Chrysogonus autem, is, qui plurimum potest, potentia pugnat. 36. De hisce omnibus rebus[r] me dicere oportere intelligo. Quid igitur est? non[13] eodem modo de omnibus; ideo quod prima illa res ad meum officium pertinet; duas autem reliquas vobis populus Romanus imposuit. Ego crimen oportet diluam: vos et audaciæ resistere, et hominum ejusmodi perniciosam atque intolerandam potentiam primo quoque tempore extinguere atque opprimere debetis.

37. Occidisse patrem Sex. Roscius arguitur. Scelestum, Dii immortales, ac nefarium facinus, atque ejusmodi, quo uno maleficio scelera omnia complexa[m 14 s] esse videantur. Etenim si, id quod præclare a sapientibus dicitur, vultu sæpe[t] læditur pietas; quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti,[n] pro quo mori ipsum, si res postularet, jura divina atque humana cogebant? In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita

[l] *Criminatio.* [m] *Contenta.* [n] *Occiderit parentem.*

CAP. XIII. 11 χ *obstant;* et sic legend. censebat Weiske.—12 χ *confectionem.*—13 Verba *Quid igitur est,* aut post *pugnat,* aut post *imposuit* transponi volunt Hotom. et Passerat. prob. Ern. Deleri verba *Quid ig. est* Doering. voluit cum Hensingero, qui uncinis inclusit. In χ deest τὸ *est.* H pro *non* habet *nonne,* et Guelf. *num.* Post *non* Schutz. addidit *tamen.* Vid. Delph.

NOTÆ

[q] *Audaciæ partes Roscii*] Capito et Magnus.

[r] *De hisce omnibus rebus, &c.*] Bene putat Passeratius verborum ordinem esse perturbatum, et sic legendum esse: *de hisce omnibus rebus me dicere oportere intelligo, non eodem modo de omnibus; ideo quod prima illa res ad meum officium pertinet, duas autem reliquas vobis Pop. Rom. imposuit. Quid igitur est? ego crimen, &c.*

[s] *Complexa*] Deponens usurpat pro passivo: quod fieri licet aliquando in participiis præteriti temporis, ut Priscian. l. IX. observavit.

[t] *Vultu sæpe*] Facies aspectus rerum naturalis est, in qua sæpe exprimitur quod in animo latet: unde et ab ipso vultus 'sermo quidam tacitus mentis' appellatur.

raro extitit,[u] ut, si quando auditum sit, portenti ac prodigii[x] simile numeretur; 38. quibus tandem te, C. Eruci, argumentis accusatorem censes uti oportere? Nonne et audaciam ejus, qui in crimen vocetur,[15] singularem ostendere; et mores feros immanemque naturam, et vitam vitiis flagitiisque omnibus deditam, et denique omnia ad perniciem profligata atque perdita?[o] quorum tu nihil in Sex. Roscium, ne objiciendi quidem causa, contulisti.

XIV. 39. Patrem occidit Sex. Roscius. Qui homo?[16] Adolescentulus corruptus,[y] et ab hominibus nequam inductus? annos natus magis quadraginta. Vetus[p][17] videlicet sicarius, homo audax, et sæpe in cæde versatus. At hoc ab accusatore ne dici quidem audistis. Luxuries[z] igitur hominem[18] nimirum, et æris alieni magnitudo, et indomitæ animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt. De luxuria purgavit Erucius, cum dixit, hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuisse. Nihil autem unquam debuit. Cupiditates porro quæ possunt esse[19] in eo, qui (ut ipse accusator objecit[20]) ruri semper habitarit,[a] et in agro colendo vixerit? quæ vita maxime disjuncta a cupiditate, et cum officio conjuncta.[1 b] [*p.* 25.] 40. Quæ res[2] igitur tantum

[o] *Deducta ad perniciem et ad interitum.* [p] *Peritus.*

Not. et Nott. Varr.—14 χ *amplexa.*—15 C *vocatur.*

CAP. XIV. 16 Ed. Wald. *Quia homo.*—17 *Nequam judicatus* H S. Tum *annos natus major quadr.* C H R S T χ, S. Vict. Ms. Ursini, duo Pall. duo Pariss. et edd. vett. improb. Ern. *annis major quadr.* Mattliæ e conj. et sic Orell. *annos natus magis quadr.* vulg. Pro *Vetus*, χ habet *Anetus.*—18 H *hominum.*—19 *Esse* non est in χ.—20 C *obicit.*—1 A plerisque Mss. et edd.

NOTÆ

[u] *Quod ita raro extitit*] Sero admodum tale scelus Romæ patratum est; siquidem a temporibus Romuli, primus Lucius Hostius patrem interfecit post bellum Hannibalis.

[x] *Portenti ac prodigii*] Portenta ac prodigia raro accidunt, et aliquid funesti portendunt; ideoque talia appellata sunt, ut inquit Cic. de Div. l. II. quod 'ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt.'

[y] *Adolescentulus corruptus*] Non ait quod corruptus is sit, sed qualis esse debuisset, ut tanti criminis ab Eucio accusaretur.

[z] *Luxuries*] Præcipue luxuries de conviviis et vestibus dicitur, et 'quæ ægræ civitatis indicium est,' ut ait Seneca Ep. 114.

[a] *Ruri semper habitarit*] Ruri vitæ ratio innocentior quam in urbe, ubi longe plures sunt voluptatum illecebræ.

[b] *Cum officio conjuncta*] Id est, cum

istum furorem[c] Sex. Roscio objecit? Patri, inquit, non placebat Patri non placebat? quam ob causam?[3] Necesse est enim, eam quoque justam, et magnam, et perspicuam fuisse. Nam, ut illud incredibile est, mortem oblatam esse patri a filio sine plurimis et maximis causis; sic hoc[4] verisimile non est, odio fuisse parenti filium sine causis multis, et magnis, et necessariis. 41. Rursus igitur eodem revertamur, et quæramus, quæ tanta vitia fuerint in unico filio, quare is patri displiceret. At perspicuum est, nullum fuisse. Pater igitur amens, qui odisset eum sine causa, quem procrearat. At is quidem[5] fuit omnium constantissimus.[d] Ergo illud jam perspicuum profecto est, si neque amens pater, neque perditus filius fuerit;[6] neque odii causam patri, neque sceleris filio fuisse. XV. 42. Nescio, inquit, quæ causa odii fuerit: fuisse odium intelligo; quia antea,[7] cum duos filios haberet, illum alterum, qui mortuus est, secum omni tempore volebat esse, hunc in prædia rustica relegarat.[e] Quod Erucio accidebat in mala nugatoriaque[q] accusatione, idem mihi usu venit[r 8] in causa optima. Ille, quomodo crimen commenticium confirmaret, non inveniebat: ego res tam leves qua ratione infirmem ac diluam,[9] reperire non possum. 43. Quid ais, Eruci? tot prædia, tam pulchra, tam fructuosa Sex. Roscius filio suo,[10] relegationis ac supplicii gratia,[f] colenda ac tuenda

[q] *Ficta et levi.* [r] *Contingit.*

vett. abest præpositio ante *cupiditate.* In H R et quibusdam edd. vett. *disj. a cup. est;* et sic Orell. *disj. est a cup.* Schutz. Tum abest a T χ et ed. Wald. *conjuncta;* et ab R *et cum off. conj.*—2 C *Quæ quare res.*—3 Verba *Patri non placebat* in ψ desunt. Dein χ *quam ob rem.*—4 χ *si hoc.*—5 χ non habet *quidem.*—6 *Neque perfidus filius* H S; et *fuit* ψ.

CAP. XV. 7 Lamb. *qui antea.*—8 *Mihi usu evenit* χ: *usu mihi venit* Ven. 1480. et Junt. *mihi usu venit* vulg.—9 ψ *confirmem aut dil.* sed in marg. *infir-*

NOTÆ

virtute, et iis factis quæ viris probis conveniunt.

[c] *Istum furorem*] Necandi patrem.

[d] *Omnium constantissimus*] Non fuit amens, sed constantissimus in officio paterno erga filium.

[e] *In prædia rustica relegarat*] Id est, quasi exulem a se rejecerat.

[f] *Relegationis ac supplicii gratia*] Familiare fuit Romanis aliquando liberos domi molestos ad prædia rustica supplicii causa mittere, ubi operibus

tradiderat? Quid hoc? Patresfamilias,[11] qui liberos habent, præsertim homines illius ordinis,[g] ex municipiis rusticanis,[12] nonne optatissimum sibi putant esse, filios suos rei familiari maxime servire,[s] et in prædiis colendis[h] operæ plurimum studiique consumere? 44. An amandarat[t] hunc sic, ut esset in agro, ac tantummodo aleretur ad villam?[u] ut commodis omnibus[13] careret? Quid? si constat, hunc non modo colendis prædiis præfuisse, sed certis fundis, patre vivo, frui solitum esse? tamenne hæc attenta[x] vita et rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur?[14] Vides, Eruci, quantum distet argumentatio tua ab re ipsa atque a veritate. Quod consuetudine patres faciunt, id, quasi novum, reprehendis: quod benevolentia fit, id odio factum criminaris:[15] quod honoris causa pater filio suo concessit, id eum supplicii causa fecisse dicis. 45. Neque hæc tu non intelligis; sed usque eo, quod[16] arguas, non habes, ut non modo tibi contra nos dicendum putes, verum etiam contra rerum naturam, contraque consuetudinem hominum, contraque opiniones omnium. XVI. At enim,[17] cum duos filios haberet, alterum a se non dimittebat, alterum ruri esse patiebatur. Quæso, Eruci, ut hoc in bonam partem accipias: non enim exprobrandi[y] causa, sed commonendi[18] gratia dicam. 46. Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo[19i] nascerere, ex quo intelligere posses, qui ani-

[s] *Curare rem familiarem.* [t] *Removerat.*
[u] *In villa.* [x] *Laboriosa.* [y] *Vituperandi.*

mem.—10 *Suo* abest ab H, et *filio suo* a C et S.—11 Al. *Patres familiæ.*—12 χ *et mun. rust.*—13 Hotom. putat legend. *et comm. omn.*—14 *Hæc attente* C H R S χ, S. Vict. *hoc attente* T: *hæc a te vita* edd. vett. unde Garaton. conjecit *hæc a te attenta vita.* Pro *attenta,* amicus doctus Ursini legebat *arcta.* Tum R *appellabatur.*—15 Post *reprehendis* et *criminationis* interrogationis signa ponit ψ.—16 *Quid* vulg. *quod* Lamb. et rursus Ern. e conj. cum R, Beck. Weiske, et Schutz.

CAP. XVI. 17 C *Ait enim.*—18 χ ψ *commovendi.*—19 ‘ *Certo patre* male

NOTÆ

rusticis destinabantur.

[g] *Illius ordinis*] Equestris videlicet.

[h] *In prædiis colendis*] Romulus voluit suos cives unica fere agrorum cultura, et arte militari exerceri.

[i] *Ut patre certo*] Id est, legitimo matrimonio.

mus patrius in liberos esset; at natura certe dedit, ut humanitatis non parum haberes. Eo accessit studium doctrinæ, ut ne a literis quidem alienus esses. Ecquid[20] tandem tibi videtur, ut ad fabulas veniamus, senex ille Cæcilianus[k] minoris facere Eutychum,[1] filium rusticum, quam illum alterum, Chærestratum?[2] (nam, ut opinor, hoc nomine est:) alterum in urbe secum honoris[3] causa habere? alterum rus supplicii causa relegasse? 47. Quid ad istas ineptias abis? inquies.[4] Quasi vero mihi difficile sit,[5] quamvis multos nominatim proferre (ne longius abeam) vel tribules,[61] vel vicinos meos, qui suos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas assiduos[z 7] esse cupiunt. Verum homines notos sumere, odiosum est, cum et illud incertum sit,[8] velintne hi sese nominari: et nemo vobis magis notus futurus sit, quam est hic Eutychus: et certe ad rem nihil intersit, utrum hunc[9] ego comicum adolescentem, an aliquem ex agro Veiente,[m] nominem.[10] [*p.* 26.] Etenim hæc conficta arbitror a poëtis esse, ut effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostræ vitæ[11] quotidianæ videremus. 48. Age nunc, refer animum, sis,[n] ad veritatem; et considera,[12] non modo in Umbria,[o] atque in ea vicinitate, sed in his veteribus municipiis, quæ studia a

[z] *Continuos.*

Schutz.' *Orell.*—20 C H R S T χ ψ *Quid.*—1 C *Euthicum;* et sic semper.—2 Pro *Chærestratum,* χ habet *terrestrarum.*—3 C *honori.*—4 *Inquies* non est in χ.—5 ψ *Quasi vero nihil diff. est.*—6 *Proferre possim* (*ne* H S χ ψ. Tum pro *abeam,* χ habet *ob eam.* Porro C H *vel tribulis.*—7 χ *agric. continuos.*—8 *Sit* in H deest.—9 C H et S non habent *hunc.*—10 C χ ψ *ex agro venientem nom.*—11 *Imag. nostram vitæ* C S T χ et edd. vett. Tum *viderimus* C S: *videamus* Ven. 1480. et Junt.—12 Schutz. distinguit, *Age, nunc refer an.*

NOTÆ

[k] *Senex ille Cæcilianus*] Quem Cæcilius poëta comicus inducit.

[l] *Vel tribules*] Tribules dicuntur qui sunt de eadem tribu. Nota porro ex Sylvio, quod mei, tui, sui tribules, non contribules, simpliciter dicuntur.

[m] *Agro Veiente*] Qui est in Hetruria.

[n] *Refer animum, sis*] Quia durior erat verbi imperativi vox, his eam lenibant, sis, sultis, sodes.

[o] *In Umbria*] Umbria regio ampla est Italiæ; sic dicta ab Umbone fluvio, teste Plinio: nunc *Ducatus Spoletanus.*

patribusfamilias[13] maxime laudentur. Jam profecto[14] te intelliges, inopia criminum, summam laudem Sex. Roscio vitio et culpæ dedisse. XVII. At non modo[15] hoc patrum voluntate liberi faciunt: sed permultos et ego[16] novi, et, nisi me fallit animus, unusquisque[17] vestrum, qui et ipsi incensi sunt studio, quod[18] ad agrum colendum attinet; vitamque hanc[19] rusticam, quam tu probro et crimini putas esse oportere, et honestissimam et suavissimam esse arbitrantur. 49. Quid censes[p] hunc ipsum[20] Sex. Roscium, quo studio, et qua intelligentia[a] esse in rusticis rebus? ut ex his propinquis[q] ejus, hominibus honestissimis, audio, non tu[1] in isto artificio accusatorio callidior[r] es,[2] quam hic in suo. Verum, ut opinor, quoniam ita Chrysogono videtur, qui huic nullum prædium reliquit, et artificium obliviscatur,[s] et studium deponat, licebit. Quod tametsi[3] miserum et indignum est, feret[4] tamen æquo animo, judices, si per vos vitam et famam potest obtinere:[5] hoc vero est, quod ferri non potest,[6] si et in hanc calamitatem venit propter prædiorum bonitatem et multitudinem, et, quod ea studiose coluit, id erit ei maxime fraudi:[t] ut parum miseriæ

[a] *Cognitione et scientia.*

Dein χ *si ad ver., cons.*—13 C T χ *patribus familiis.*—14 ψ *Eam profecto.*
CAP. XVII. 15 *Ac non modo* Heusinger e conj. cum Schutz. et Matthiæ.—16 C *ut ego.*—17 χ *quisque.*—18 C χ ψ *quo.*—19 Verba *vitamque hanc* in ψ desunt.—20 χ *istum.* Vid. Delph. Not.—1 ψ *audio? num tu.*—2 Vet. Schol. omittit *es.*—3 *Dep., libere lic.* T et Ven. 1480. non improb. Garaton. *Quoniam tametsi* χ.—4 C H χ *ferret.*—5 Lamb. *poterit obt.*—6 Putean. et Lamb.

NOTÆ

[p] *Quid censes*] Hotomannus mendum putat irrepsisse, et hanc vocem *censes* post illam *rebus* collocandam esse. Tamen hæc ratio dicendi satis Ciceroni familiaris est; sic enim de Off. l. II. 'Quid enim censetis superiorem illum Dionysium, quo cruciatu animi angi solitum? quid Alexandrum,' &c.

[q] *Ex his propinquis*] Cognatis qui adsunt pro eo deprecatores.

[r] *Callidior*] Quantum iste Roscius in re honesta, nempe agricultura, excellit, tantum tu in accusando. Hinc autem captat judicum benevolentiam, et odium conflat accusatori: nam ars et calliditas judicibus odiosa est.

[s] *Artificium obliviscatur*] Id est, agriculturæ scientiam.

[t] *Erit fraudi*] Id est, cum erit frustratus, ut pro beneficio maleficium expectet.

sit, quod aliis coluit,[7] [u] non sibi, nisi etiam, quod omnino coluit, crimini fuerit. XVIII. 50. Næ[b] tu, Eruci, accusator esses ridiculus,[8] si illis temporibus natus esses, cum ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. Etenim, qui præesse agro colendo flagitium putes, profecto illum Atilium,[x] quem sua manu spargentem semen, qui missi erant,[y] convenerunt, hominem turpissimum atque inhonestissimum judicares. At, hercule, majores nostri longe aliter et de illo et de ceteris talibus viris existimabant. Itaque ex minima tenuissimaque republica maximam et florentissimam nobis reliquerunt. Suos enim agros studiose colebant; non alienos cupide appetebant:[z] quibus rebus, et agris, et urbibus, et nationibus, rempublicam atque hoc imperium et populi Romani[9] nomen auxerunt. 51. Neque ego hæc eo profero, quo[10] conferenda sint cum hisce, de quibus nunc quærimus; sed ut illud intelligatur,[11] cum apud majores nostros[12] summi viri clarissimique homines, qui omni tempore ad gubernacula[a] reipublicæ sedere debebant, tamen in agris quoque colendis aliquantum operæ temporisque consumserint;[13] ignosci oportere ei homini, qui se fateatur[14] esse rusticum, cum ruri assiduus semper[15] vixerit: cum præsertim nihil esset, quod aut patri gratius, aut sibi ju-

[b] *Certe.*

conj. *ferre non pot.* Pro *non* Vet. Schol. habet *nullo modo.*—7 χ *colunt.*

CAP. XVIII. 8 χ *acc. es rid.*—9 Ven. 1480. *etiam pop. Rom.*—10 Lamb. *quod.*—11 *Intelligas* C H S ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. prob. Garaton. *intelligant* χ.—12 *Nostros* in χ deest.—13 C H R S T χ *consumpserunt.*—14 χ *fatetur.*—15 *Qui ruri* Jannoctian. Beck. Matthiæ, et Weiske, probb. Ursino, Facciol. et Ern. *cum rure* S. Vict. et Lamb. *quod ruri* Schutz. e conj. In C *cum rari.* Pro *assiduus*, quæ vox suspecta Beckio, S. Vict. habet *assiduos;* C *assiduis;* χ *assiduo*, ut Gulielm. voluit. Adverbium *semper*, quod in ed.

NOTÆ

[u] *Quod aliis coluit*] T. Rosciis et Chrysogono, qui invaserunt in illum.

[x] *Illum Atilium*] Atilius a serendo Serranus dictus est. Hic de Pœnis triumphavit.

[y] *Qui missi erant*] Qui missi sunt a senatu, ut eum accerserent ad imperium populi Romani accipiendum, semina spargentem viderunt. Vide Cic. in Catone Majore, et Val. Max. IV. 4.

[z] *Alienos cupide appetebant*] Invidiam et odium conflat accusatoribus.

[a] *Ad gubernacula*] Navale verbum, quod transfert ad reipub. administrationem.

cundius, aut re vera honestius facere posset. 52. Odium igitur[b] acerrimum patris in filium ex[16] hoc, opinor, ostenditur, Eruci, quod hunc[17] ruri esse patiebatur. Numquid est aliud? Immo vero, inquit, est:[18] nam istum exhæredare[19] in animo habebat. Audio: nunc dicis aliquid, quod ad rem pertineat:[c] nam illa,[20] opinor, tu quoque concedis levia esse atque inepta. Convivia cum patre non inibat:[c] quippe qui ne in oppidum[d] quidem, nisi perraro,[1] veniret. Domum suam istum non fere quisquam vocabat: nec mirum, qui neque in urbe viveret, neque revocaturus esset.[2] XIX. Verum hæc quoque tu[3] intelligis esse nugatoria.[d] Illud, quod cœpimus, videamus;[4] quo certius argumentum odii reperiri nullo modo potest. 53. Exhæredare pater filium cogitabat. Mitto quærere, qua de causa: quæro, qui scias:[5] tametsi te dicere atque enumerare causas omnes oportebat:[e] [*p.* 27.] et[6] id erat certi accusatoris officium, qui tanti sceleris argueret, explicare omnia vitia atque peccata filii, quibus incensus parens potuerit[7] animum inducere,[e] ut naturam ipsam vinceret, ut amorem illum penitus insitum[f] ejiceret[8] ex animo, ut denique patrem esse sese oblivisceretur:[9] quæ sine magnis hujusce peccatis accidere potuisse non arbitror. 54. Verum con-

[c] *Non convivabatur cum patre.* [d] *Levia.*
[e] *Persuudere sibi.* [f] *Naturalem.*

Junt. omittitur, Ernestio glossam olet.—16 Præpositio non est in χ.—17 Ab eodem Ms. abest *hunc.*—18 T *inq., est aliud.*—19 T *istud*, et χ *heredare.*—20 χ *num illam.*—1 χ *quippe ne*, omisso *qui*. Dein *nisi raro* C H S.—2 *Neque rure vocaturus esset* R et multæ edd. vett. *quem neque in urbe videret, neque rure vocaturus esset* Manut. et Lamb. 1566.

Cap. XIX. 3 *Hæc tu quoque* Junt. Hensinger. Weiske, Matthiæ, et Orell. *hæc quoque tu* ceteri.—4 *Incepimus, videamus* T: *cæpimus judicumus* χ.—5 *Qui scis?* χ: *quid scias* C et ψ.—6 Copula non est in C.—7 *Incensus pater pot.* C H S T, vet. Stephani, cum Ven. 1483. Junt. Lamb.—8 χ *pen. in suum ejic.*—

NOTÆ

[b] *Odium igitur*] Ironia.

[c] *Quod ad rem pertineat*] Id est, quod probet filii parricidium.

[d] *In oppidum*] Intelligit Sylvius Larinum oppidum, de quo Sil. Ital. lib. XV. 'Quaque jacet superi Larinas accola ponti.'

[e] *Enumerare causas omnes oportebat*] Causæ plurimum valent ad probandum, cum agitur de statu conjecturali.

cedo tibi, ut ea prætereas, quæ, cum taces, nulla esse concedis. Illum quidem voluisse[10] exhæredare, certe tu planum facere debes. Quid ergo affers, quare id factum putemus? Vere nihil potes dicere. Finge aliquid saltem[11] commode; ut ne plane videaris id facere, quod aperte facis, hujus miseri fortunis, et horum virorum talium[12] dignitati illudere.[g] Exhæredare[13] filium voluit. Quam ob causam? Nescio. Exhæredavitne? Non. Quis prohibuit? Cogitabat.[14] Cogitabat? Cui dixit? Nemini. Quid est aliud, judicio ac legibus, ac majestate vestra abuti ad quæstum atque ad libidinem,[h 15] nisi hoc modo accusare, atque id objicere, quod planum facere non modo non possis, verum ne coneris quidem? 55. Nemo nostrum est, Eruci, quin sciat,[16] tibi inimicitias cum Sex. Roscio nullas esse.[f] Vident omnes, qua de causa huic inimicus[i] venias. Sciunt, hujusce pecunia te adductum esse.[17] Quid ergo est? Ita tamen quæstus te cupidum esse oportebat, ut horum existimationem et legem Remmiam[18 g] putares aliquid valere oportere. XX. Accusatores multos esse in civitate utile est, ut metu contineatur audacia: verumtamen hoc ita est utile, ut ne plane illudamur[h] ab

[g] *Irridere dignitatem.*
[h] *Convertere ad suum quæstum, et ad voluptatem, judicium, leges.* [i] *Accusator.*

9 Schutz. *pater se esse obl.*—10 χ *noluisse.*—11 H *Finge aliud salt.*—12 C non habet *talium.*—13 C *Exhæredari.*—14 *Cogitabat* omittunt T, Wald. Ald. et al.—15 χ *atque lib.*—16 Idem Ms. *quid sciat.*—17 *Qua de causa huc inim.* C T ψ. Verba *Vident omnes ... adductum esse* in χ desunt.—18 *Legem Herenniam* Pall. *legem Rei mimam* al. *legem Reumiam* al. *legem Reminiam* H, sed manu recent. subscr. *Meminiam. Memiam* R: *Remiam* S et T: *legem renuas* Wald. *legem Memmiam* Naug. Crat. Lamb. et al. recentiores: *legem Remmiam* vulg. Vid. Not. Delph. et Ind. Legum in *Remmia.*

NOTÆ

[f] *Tibi inimicitias esse*] Sæpe inimici odio compelluntur.

[g] *Legem Remmiam* [*Memmiam*] Latomus et Sylvius *legem Rhemniam* legunt, freti hoc Martiani testimonio, 'calumniatoribus pœna lege Rhemnia irrogatur L. 1. §. calumn. ff. ad Senatuscons. Turpilianum.' Putat tamen Hotomannus *Memmiam* legendum esse, cum nihil adhuc auditum sit de familia Rhemniorum. Sunt autem calumniatores, qui innocentibus falsa crimina scientes et volentes inferunt.

[h] *Plane illudamur*] Id est, ne aperte conficto crimine in judicium vocemur.

accusatoribus. Innocens est quispiam: verumtamen, quanquam[19] abest a culpa, suspicione tamen non caret. Tametsi miserum est, tamen ei, qui hunc accuset, possim aliquo modo ignoscere. Cum enim aliquid habeat, quod possit[20] criminose[k] ac suspiciose dicere, aperte ludificari et calumniari sciens non videatur. 56. Quare facile omnes patimur, esse quamplurimos accusatores; quod innocens, si accusatus sit, absolvi potest; nocens, nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. Utilius est autem absolvi innocentem, quam nocentem causam non dicere. Anseribus cibaria publice[i] locantur, et canes aluntur[k] in Capitolio, ut significent,[1] si fures venerint. At fures internoscere[l] non possunt: significant tamen, si qui noctu[1] in Capitolium venerint: et, quia id est suspiciosum, tametsi bestiæ sunt,[2] tamen in eam partem potius peccant, quæ est cautior.[m] Quodsi luce quoque canes latrent, cum Deos salutatum[n] aliqui venerint; opinor, iis crura suffringantur,[3][o] quod acres sint etiam tum, cum su-

[k] Vulgo *criminaliter.* [l] *Discernere.*

Cap. xx. 19 Schutz. e conj. *verum, quanquam.*—20 *Possim* H S χ: *possum* R.—1 χ non habet *noctu.*—2 C H S *bestiæ sint.*—3 χ *aliqui veniunt.*

NOTÆ

[i] *Anseribus cibaria publice, &c.*] Anseribus cibaria seu alimenta censores magistratum iueuntes locare solebant, ut refert Plutarchus in Problematis, in pristini temporis memoriam, quo Gallis in Capitolium noctu irrumpentibus, clangoribus vigiles excitarunt.

[k] *Et canes aluntur*] Putat Hotomannus falsum id esse, quod canes in Capitolio alerentur impensa publica; duplici testimonio confirmatus: 1. Plutarchi, qui in lib. de Fortuna Pop. Rom. sic ait: 'Ad eventorum illorum memoriam, canis quidem in crucem sublatus; anser autem valde magnifice in strato sumtuoso et ferculo sedens.' 2. Plinii, xxix. 2. 'Eadem de causa supplicia annua canes pendunt, inter ædem Juventutis et Summani, vivi in sambucea arbore fixi.' At fallitur: 1. enim quis testis rerum Romanarum Cicerone certior, et qui Romæ loquebatur? 2. esto, canes 'pendant eadem de causa supplicia annua,' ut loquitur idem Plin. lib. x. id tamen non prohibet quin alerentur alii, propterea quod hoc animal natura sua vigil sit, et ad custodiam aptissimum.

[1] *Ut significent*] Scilicet latratu suo.

[m] *Quæ est cautior*] Longe enim præstat latrare in omnes, quam fures irruere, nullo prorsus eorum adventum prodente.

[n] *Deos salutatum*] Multi religionis causa in Capitolium veniebant, ut Jovem precarentur.

[o] *Crura suffringantur*] Cum latrent

spicio nulla sit. 57. Simillima est accusatorum ratio. Alii vestrum anseres sunt,[p] qui tantummodo clamant, nocere non possunt; alii canes,[q] qui et latrare et mordere possunt. Cibaria vobis præberi[4] videmus:[r] vos autem maxime debetis in eos impetum facere, qui merentur. Hoc populo gratissimum est. Deinde si voletis,[5] etiam tum, cum verisimile erit aliquem commisisse,[m] in suspicione latratote: id quoque[6] concedi potest. Sin autem sic agetis,[7] ut arguatis aliquem patrem occidisse, neque dicere possitis, aut quare, aut quomodo, ac tantummodo sine suspicione latrabitis; crura quidem vobis nemo suffringet;[8] sed si ego hos bene novi, literam illam,[s] cui vos usque eo inimici estis, ut etiam eas omnes oderitis,[9 t] ita vehementer ad caput affigent,[10 u] ut postea neminem alium, nisi fortunas vestras,

[m] *Deliquisse.*

Putean. conj. *ii cruci suffigantur.*—4 *Præbere* H S χ: *præferri* R.—5 χ *voltis.*—6 Idem Ms. *sim. est aliquem.* Hotom. conjecit *sim. erit aliquid aliquem.* Tum χ *commisisse. In susp. latro te id quoque.*—7 Idem Ms. *Sin autem hoc ag.*—8 Putean. apud Gevart. Elector. I. 8. legend. putat, *cruci quidem vos nemo suffiget.*—9 *Ut etiam calomnis* (i. e. *cal. omnis*) *od.* C, Pariss. *ut etiam calumniis od.* H S T R ψ, Franc. 1. et multi alii, cum ed. Ven. 1483. *ut etiam calonius od.* ψ: *ut etiam calumnias od.* Mss. pauci et edd. pr. *ut etiam alias omnes od.* Lamb. de Hotomanni conj. *ut etiam Kalendas omnes od.* Steph. Pighius, Vossius, Garaton. Schutz. Weiske, Matthiæ, et Orell. *ut etiam eas omnes od.* vulg. Lectionem *ut eas omnes* defendit Wernsdorf. Quæstt. Crit. p. 26. ut sit: *ut eas* sc. literas K *omnes*, i. e. omnis generis, quæ odiosi aliquid habent,—*oderitis.*—10 *Affingent* C: *effingent* R: *affingent?* T et ed. Med. *affringent* Wald. *affinget* χ. 'Perverse Ern. malebat *affligent.*' Orell.

NOTÆ

sine furis suspicione, uti qui accusant alios sine criminis suspicione. Hic rixantur aliqui, et legendum putant *cruci suffigantur*, ut sit allusio ad eos canes qui cruci suffixi sunt: at quis nescit etiam sine cruce fractionem illam fuisse apud Romanos usitatam? Sic Suetonius in Augusto: 'Thallo a manu, quoniam pro epistola prodita quingentos denarios accepisset, crura effregit.'

[p] *Anseres sunt*] Ut Erucius.

[q] *Alii canes*] Ut T. Roscii et Chrysogonus.

[r] *Præberi videmus*] Nam sibi decem prædia retinuit Chrysogonus: tria Capitoni dedit: Magnum procuratorem suum constituit: Erucius pecunia corruptus est ad accusandum.

[s] *Literam illam*] Litera C condemnationis fuit apud Rom. est Θ apud Græcos, quæ prima est verbi *θάνατος*: de his literis, quæ ad absolutionem vel condemnationem pertinent, jam diximus in Oratione pro Quintio.

[t] *Omnes oderitis*] Literas et leges sub literis videtur intelligere.

[u] *Ad caput affigent*] Plinius in Paneg. pœnam calumniæ frontis inustionem, et notam fuisse significat, cum

accusare possitis.[x] XXI. 58. Quid mihi ad defendendum dedisti, bone accusator? quid hisce autem ad suspicandum?[11] Ne exhæredaretur, veritus est. Audio. Sed qua de causa vereri debuerit, nemo dicit. Habebat pater[12] in animo. Planum fac. Nihil est: non, quicum deliberarit,[13] quem certiorem fecerit, unde istud vobis[14] suspicari in mentem venerit. [*p.* 28.] Cum hoc modo accusas, Eruci, nonne hoc palam dicis?[15] Ego, quid acceperim,[y] scio: quid dicam, nescio: unum illud spectavi, quod Chrysogonus aiebat, neminem isti patronum futurum: de bonorum emtione, deque ea societate neminem[n] esse, qui verbum facere hoc tempore[z] auderet. Hæc te opinio falsa in istam fraudem impulit. Non, mehercule,[16] verbum fecisses, si tibi quenquam responsurum putasses. 59. Operæ pretium erat,[17][a] si animadvertistis, judices, negligentiam ejus in accusando considerare. Credo, cum vidisset, qui homines in hisce subselliis[b] sederent, quæsisse,[18] num ille, aut ille defensurus esset: de me ne suspicatum quidem,[19] quod antea causam publicam[c] nullam dixerim. Posteaquam invenit neminem eorum, qui possunt et solent;[d] ita negligens esse

[n] *Nullum.*

CAP. XXI. 11 χ *supplicandum.*—12 Idem Ms. *Habeat pater.*—13 H R S χ *deliberavit.*—14 χ *nobis.*—15 C *dici.*—16 Al. *mehercules.*—17 χ *Op. pret. est.* —18 C S T χ *quæsisset.*—19 *Quidem esse* C H R S χ, Venet. 1483. et Junt.

NOTÆ

scribit, ' neque ut antea, exsanguem illam et ferream frontem nequicquam convulverandam præbeant punctis, et notas suas videant, sed spectent paria damno præmia.'

[x] *Accusare possitis*] Quia ex fronte patebit ipsorum improbitas, unde ab accusando deterrebuntur, ac tantum incusare calamitatem suam poterunt.

[y] *Quid acceperim*] Quam pecuniam acceperim ad Roscium accusandum.

[z] *Hoc tempore*] Quo Sylla dominatur in repub. et tantum potest Chrysogonus.

[a] *Operæ pretium erat*] In odium adducit accusatorem a sua securitate in accusando.

[b] *Hisce subselliis*] In subselliis defensores sedebant a læva prætoris.

[c] *Causam publicam*] Aliæ causæ publicæ erant, quæ ad totam rempub. pertinebant, ut homicidii, ambitus, repetundarum, majestatis, &c. et palam agebantur in foro; aliæ privatæ, quæ ad cives privatos, vel ad aliquem magistratum spectabant, ut injuriæ, damni, &c. hæ vero privatæ inter privatos parietes tractabantur.

[d] *Qui possunt et solent*] Et nolunt propter iniquitatem temporum, et

cœpit, ut, cum in mentem veniret ei, resideret;[e] deinde spatiaretur;[o] nonnunquam etiam puerum[pf] vocaret, credo, cui cœnam imperaret: prorsus ut vestro[20] consessu et hoc conventu pro summa solitudine[g] abuteretur. XXII. 60. Peroravit[h] aliquando: assedit: surrexi ego. Respirare visus est, quod non alius potius diceret. Cœpi dicere. Usque [eo][1] animadverti, judices, eum jocari atque alias res agere, ante[2] quam Chrysogonum nominavi: quem simul atque attigi,[3] statim homo se erexit. Mirari visus est. Intellexi, quid eum pupugisset.[4] Iterum ac tertio nominavi. Postea homines cursare ultro et citro[5] non destiterunt; credo, qui Chrysogono nuntiarent, esse aliquem in civitate,[6] qui contra voluntatem ejus dicere auderet; aliter causam agi, atque ille existimaret; aperiri bonorum[i] emtionem; vexari pessime societatem;[k] gratiam potentiamque ejus negligi; judices diligenter attendere; populo rem indignam videri. 61. Quæ quoniam te fefellerunt, Eruci, quoniamque vides[7] versa esse omnia;[l] causam pro Sex. Roscio, si non commode, at libere dici; quem dedi[q] putabas, defendi intelligis; quos traditurus sperabas, vides[8] judicare;[m] restitue[r] nobis aliquando veterem tuam illam[9]

[o] *Ambularet.* [p] *Servum.* [q] *Condemnari.* [r] *Ostende.*

quidem esset T.—20 Ern. conj. *ut cui cœn.* Dein χ *prorsus: et vestro.*

Cap. XXII. 1 'Post *usque eo* debet esse *dum*. *Eo* vitiosum est, delendumque puto.' *Ern.*—2 *Ante* non est in χ.—3 χ *simulat attingi.*—4 *Pepugisset* C et al. item edd. vett. *pepigisset* Wald. et Ven. 1480.—5 *Ultro citroque* Priscian. p. 1011. ed. Putsch. 'Lege *ultro citro* cum Beiero.' *Orell.* qui copulam *et* uncis inclusit.—6 χ *nuntiaret.* Tum S. Vict. *in civitatem.*—7 C *quoniam vides.*—8 Ern. censebat *intelligis* delend. Tum χ *quod trad.* Ver-

NOTÆ

Chrysogoni potentiam.

[e] *Resideret*] Utpote qui, quantumque, et quando vellet, diceret, cum nullum adversarium formidaret. Hypotyposis est Erucii in accusando negligentissimi.

[f] *Puerum*] Pueri nomine vel famuli, vel qui juniores sunt, appellabantur.

[g] *Pro summa solitudine*] Id est, qui vobis, et ceteris hic inspectantibus, id agit, quod in magna vix solitudine faceret.

[h] *Peroravit*] Dixit contra Roscium.

[i] *Bonorum*] Roscii.

[k] *Societatem*] Quam Chrysogonus fecerat cum Rosciis.

[l] *Versa esse omnia*] Haberi se aliter omnia quam arbitraretur.

[m] *Judicare*] Causam hanc Roscii cognoscere, et de ea velle ferre sententiam.

calliditatem atque prudentiam: confitere huc [10] ea spe venisse, quod putares hic latrocinium,[n] non judicium futurum. De parricidio[o] causa dicitur: ratio ab accusatore reddita non est, quam ob causam patrem filius occiderit. 62. Quod in minimis noxiis,[11] et in his levioribus peccatis, quæ magis crebra et jam prope quotidiana sunt, maxime [12] et primum quæritur, quæ causa maleficii fuerit; id Erucius in parricidio quæri [13] non putat oportere. In quo scelere, judices, etiam cum multæ causæ convenisse [14] unum in locum, atque inter se congruere[s] videntur; [15] tamen non temere[t] creditur, neque levi conjectura res penditur,[u] neque testis incertus[p] auditur, neque accusatoris ingenio res judicatur. Cum multa antea commissa maleficia, tum vita hominis perditissima, tum singularis [16] audacia ostendatur necesse est; neque audacia solum, sed summus furor atque amentia. Hæc cum sint omnia, tamen extent oportet expressa sceleris vestigia, ubi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficium sit admissum. Quæ nisi multa et manifesta sunt, profecto res tam scelesta, tam atrox, tam nefaria credi non potest. 63. Magna est enim vis humanitatis; multum valet communio [17] sanguinis:[x] reclamitat[y] istiusmodi suspicionibus ipsa natura: portentum atque monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie et figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, ut, propter quos [18] hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissi-

[s] *Convenire.* [t] *Non leviter.* [u] *Examinatur.*
[x] *Consanguinitas.* [y] *Contradicit.*

bum *vides* quoque Ern. putabat delend.—9 *Illam* non est in χ.—10 *Aut conf. te huc* Lamb. et nonnullæ edd. recentiores de Hotom. conj.—11 Al. *noxis.*—12 *Id maxime* C H R S T χ.—13 T *in mallio quæri.*—14 H χ *convenissent.*—15 H *viderentur.*—16 Al. *cum vita.* Tum Ven. 1480. *tamen singularis.*—17 χ

NOTÆ

[n] *Hic latrocinium*] Id est, in hoc foro judiciali condemnandum fore Roscium a judicibus contra jus omne, tanquam latronem.

[o] *De parricidio*] Ostendit Cicero a persona Roscii nullam fuisse filio causam parricidii; quam nunc a natura, exemplis, et supplicii magnitudine confirmat.

[p] *Neque testis incertus*] Qui fluctuat in testimonio reddendo, testis incertus est.

me[19] luce privarit: cum etiam feras inter sese partus atque[20] educatio et natura ipsa conciliet. [*p.* 29.] XXIII. 64. Non ita[1] multis ante annis, aiunt, T. Clœlium quendam Tarracinensem[2 q] hominem non obscurum, cum cœnatus cubitum in idem conclave[r] cum duobus adolescentibus[3] filiis isset, inventum esse mane jugulatum: cum neque servus quisquam reperiretur,[4] neque liber, ad quem ea suspicio pertineret; id ætatis[z] autem duo filii propter[a] cubantes[5] ne sensisse quidem se dicerent; nomina filiorum de parricidio delata sunt. Quid postea? erat sane suspiciosum. Neutrum sensisse?[6] ausum autem esse quenquam, se in id conclave committere,[b] eo potissimum tempore, cum ibidem essent duo adolescentes filii, qui et sentire et defendere facile possent? 65. Erat porro nemo, in quem ea suspicio conveniret.[c] Tamen cum planum[7] judicibus esset factum, aperto ostio dormientes eos repertos esse; judicio absoluti adolescentes, et suspicione omni

[z] *Ejus ætatis.* [a] *Prope.* [b] *Ingredi.* [c] *Caderet.*

commutuo.—18 Quidam ap. Lamb. *per quos.*—19 χ *dignissime.*—20 C H S omittunt *atque.*

CAP. XXIII. 1 *Ita* non est in χ.—2 *Clodium* C R T χ: *Clœdium* S: *Cloedium* Ven. 1483. *Cœcilium* Vet. Schol. *Cœlium* al. *Cælium* Heusinger. et Schutz. e Val. Max. VIII. 1. 13. ubi Hase edidit *Clœlius.* Tum *Terracinensem* R T et nonnulli alii, cum Junt. Lamb. Heusing. et Schutz. *Terracenensem* vet. lib. ap. Ursinum.—3 χ *adolescentulis.*—4 *Reperiebatur* C H R S T χ.—5 χ *prope cub.*—6 *Quid poterat satis esse suspiciosum autem neutrumne sensisse* C: *Quid poterat satis est suspiciosum autem ne sensisse* H: *Quid poterat. Sane suspiciosum autem neutrum ne sensisse autem esse* R: *Quid poterat satis est suspiciosum autem neutrum ne sensisse* S ψ: *Quod poterat sane suspicionem aut neutrum ne sensisse* T: *Quid poterat sane? Suspitiosum autem neutrum ne sensisse* χ: *Quid poterat enim tam suspiciosum esse, aut neutrum sensisse, aut ausum* Mss. Ursini cum Matth. *Quod poterat sane esse suspiciosum: neutrum sensisse* ed. Vict. *Quid poterat satis jam esse suspiciosum, aut neutrum ne sensisse* Ven. 1480. *Quod poterat sane suspiciosum neutrum sensisse* edd. vett. *Quid poterat satis jam est suspiciosum neutrum sensisse* Rom. et Brix. *Quid poterat sane tam esse suspiciosum? neutrum ne sensisse* conj. Garaton. *Quid? poterat sane esse suspiciosum: neutrum sensisse* suspic. Ern. *Quid postea? erat sane suspiciosum: neutrum sensisse* vulg. Interrogandi signum post *sensisse*, et mox post *possent*, Orell. sustulit cum Junt. Heusing. et Schutz.—7 T *Tum cum planum.*—

NOTÆ

[q] *Tarracinensem*] Tarracina oppidum Volscorum est in Campania.

[r] *Conclave*] Locus interior sic dictus, ut vult Sextus Pompeius, quod una clave communi claudatur.

liberati sunt. Nemo enim putabat, quenquam esse, qui, cum omnia divina atque humana jura scelere nefario polluisset, somnum statim capere posset;[8] propterea quod qui[9] tantum facinus commiserunt, non modo sine cura quiescere, sed ne spirare quidem sine metu possunt.[10] XXIV. 66. Videtisne, quos nobis[11] poëtæ tradiderunt, patris ulciscendi causa, supplicium de matre sumsisse, cum præsertim Deorum immortalium jussis atque oraculis id fecisse dicantur, tamen ut[12] eos agitent Furiæ, neque consistere[d] usquam[13] patiantur; quod ne pii quidem sine scelere esse potuerunt? Sic se res habet, judices. Magnam vim,[14] magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis: ex quo si qua macula concepta[15] est, non modo elui[16] non potest, verum usque eo permanat ad animum, ut summus furor atque amentia consequatur. 67. Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis[s] sæpenumero videtis, eos, qui aliquid impie scelerateque commiserint, agitari et perterreri[t] Furiarum[17] tædis ardentibus. Sua quemque fraus, et suus terror[18] maxime vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit: suæ malæ cogitationes conscientiæque animi[19] terrent. Hæ sunt impiis assiduæ domesticæque Furiæ; quæ

[d] *Quiescere.*

8 *Potuisset* vulg. *potuisse* nonnullæ edd. vett. *posset* Ern. e conj. cum Schutz. et Weiske.—9 *Qui* non est in χ.—10 *Sed ne respirare* Ven. 1480. et Junt. prob. Garaton. Tum *possint* C H S, Rom. Brix. Ven. 1480. Junt. Beck. Schutz. et Orell. *possunt* vulg.

CAP. XXIV. 11 *Vid., quod nobis* C H S.—12 χ *dicuntur, tam ut.*—13 Al. *unquam.*—14 H non habet verba *Magnam vim.*—15 *Concepta* in χ deest.—16 Pro *elui*, Pal. 1. et Crat. habent *lavi*, non improb. Beck. *leniri* C H R T et edd. vett. *leni* S et Ven. 1480. *levi* al.—17 *Furiarum* non est in χ.—18 *Et terror suus* ed. 1472. et Junt. *et error suus* Klein. ‘*Et suus error* de Heusingeri conj. daturus erat Schutz. si operæ paruissent.’ *Orell.*—19 *Cog. amentiæque an.* C H S: *cog. amentiæ an.* ψ: *cogitationesque animi conscientiæ-*

NOTÆ

[s] *In fabulis*] Id est, in tragœdiis: nam tragœdiæ et comœdiæ fabulæ a Latinis appellatæ sunt.

[t] *Agitari et perterreri*] Agitari Furiis Orestes dictus est, quod matrem Clytemnæstram interemisset, ut mortem patris Agamemnonis, qui ab ea fuerat interfectus, vindicaret. Vide Virgil. Æn. IV.

dies noctesque parentum pœnas a conscelératissimis[e] filiis repetant.[20] 68. Hæc magnitudo maleficii facit, ut, nisi pæne manifestum parricidium proferatur, credibile non sit: nisi turpis adolescentia, nisi omnibus flagitiis vita inquinata,[1] nisi sumtus effusi cum probro atque dedecore, nisi prorupta audacia, nisi tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab insania. Accedat huc oportet odium parentis, animadversionis paternæ metus,[2] amici improbi,[u] servi conscii,[x] tempus idoneum, locus opportune captus ad eam rem: pæne dicam,[3] respersas manus sanguine paterno judices videant oportet, si tantum facinus, tam immane, tam acerbum, crediturі sint.[4] 69. Quare hoc, quo minus est credibile, nisi ostenditur; eo magis est, si convincitur,[f] vindicandum.[5] XXV. Itaque cum multis ex rebus intelligi potest, majores nostros non modo armis plus, quam ceteras nationes, verum etiam consilio sapientiaque potuisse; tum ex hac re vel maxime, quod in[6] impios[y] singulare supplicium invenerunt. Qua in re quantum prudentia præstiterint iis, qui apud ceteros sapientissimi[7] fuisse dicuntur, considerate. 70. Prudentissima civitas Atheniensium, dum ea rerum potita est,[g z] fuisse traditur.[8] Ejus porro civitatis sapientissimum Solonem[a] dicunt fuisse, eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, scripserit. Is cum interrogaretur, cur nullum sup-

[e] *Maxime impiis.* [f] *Si ostendatur.* [g] *Dominata est.*

---

que an. χ.—20 Schutz. conj. *repetunt.*—1 χ *coinquinata.*—2 Idem Ms. *paterni metus.*—3 Idem Ms. *ad eam rem pone dicam.*—4 Al. *tum acerbum.* Dein *cred. sunt* C H R S T χ, Venet. 1483. Junt. Crat. Lamb. et Orell. *cred. sint* vulg. —5 χ *si conv., judicandum.*

CAP. XXV. 6 Præpositio non est in χ.—7 *Præstiterunt iis* χ; in quo de-

NOTÆ

[u] *Amici improbi*] Eos intelligit a quibus impulsi sunt ad crimen.

[x] *Servi conscii*] A quibus adjuti sunt.

[y] *In impios*] Eos intelligit, nempe, qui feri sunt in parentes. Ut enim cultus qui Diis 'reverentia,' sic qui parentibus debitus est, 'pietas' nuncupatur.

[z] *Dum ea rerum potita est*] Antequam a Lacedæmoniis devincerétur.

[a] *Solonem*] Solon Atheniensibus leges posterius edidit, quæ, ut sempiternæ apud eos manerent, pœnis et religionibus sancitæ sunt.

plicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit, se id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere, quam admonere [9] videretur. [*p.* 30.] Quanto majores nostri sapientius! qui cum intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas singulare[b] excogitaverunt: ut, quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ii magnitudine pœnæ maleficio summoverentur.[h] [10] Insui voluerunt in culleum vivos, atque ita [11] in flumen dejici. XXVI. 71. O singularem sapientiam, judices! Nonne videntur [12] hunc hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse, cui repente cœlum,[i c] solem, aquam, terramque ademerint; [13] ut, qui eum necasset, unde ipse natus esset, careret iis rebus omnibus,[14] ex quibus omnia nata esse dicuntur?[d] Noluerunt feris corpus objicere,[e] ne bestiis quoque, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur;[15] non sic nudos in flumen dejicere,

[h] *Deterrerentur.* [i] *Aërem.*

---

est vox *sapientissimi.*—8 χ *pot. esset.*—9 Idem Ms. *admovere.*—10 C *quos nat. ret.* omisso *ipsa.* Pro *potuisset,* Ern. legend. putat *posset.* Pronomen *ii* omittunt C H R S T χ. Porro Erasmus legi volebat *maleficio summo arcerentur.*—11 T non habet *ita.*

CAP. XXVI. 12 χ *viderunt.*—13 *Ademerunt* C H R S T et plerique Mss. cum Naug. Crat. Lamb. Grut. Oliv. Græv. Lall. *ademerit* χ: *ademerint* Guelf. et edd. pr. usque ad Junt. cum Beck. Schutz. Weiske, et Orell.—14 *Natus est* χ. Tum *et careret* C H S T: *etiam careret* R. Vox *omnibus* non est in χ.—15 Pro *immanioribus,* χ habet *in marmoribus.* In C H S *uterentur.*

NOTÆ

[b] *Supplicium in parricidas singulare*] De hoc supplicio jam § 30. post legem latam in parricidas, et supplicium in eos constitutum, primus omnium affectus est Publicius Malleolus, qui matrem interemit; de quo sic in Rhet. ad Herenn. loquitur Cic. 'ei damnato statim folliculo lupino os obvolutum est, dum culleus, in quem conjectus, in profluentem deferretur, compararetur.'

[c] *Cœlum*] Familiare non tantum poëtis est, sed etiam Ciceroni hanc vocem 'cœlum,' pro aëre usurpare. Sic enim Tusc. Quæst. l. I. ubi de animi celeritate: 'Penetret et dividat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur.'

[d] *Omnia nata esse dicuntur*] Ex elementis physici omnia nasci arbitrantur.

[e] *Feris corpus objicere*] Hadrianus imperator constituit, ut, si longius abesset mare, insutus parricida in

ne, cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cetera, quæ violata sunt, expiari putantur.[f] Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cujus partem ullam reliquerint.[16] 72. Etenim quid tam est commune,[g] quam spiritus[k] vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus ejectis?[l h] Ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam[17] de cœlo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: ita jactantur fluctibus, ut nunquam abluantur:[18 i] ita postremo ejiciuntur, ut ne ad saxa quidem[19] mortui conquiescant. Tanti maleficii crimen,[k] cui maleficio tam insigne supplicium est constitutum, probare te, Eruci, censes posse talibus viris,[m] si ne causam quidem maleficii protuleris? Si hunc apud bonorum emtores[l] ipsos accusares, eique[20] judicio Chrysogonus præesset; tamen diligentius paratiusque[1] venisses. 73. Utrum, quid agatur, non vides? an apud quos agatur? Agitur de parricidio; quod sine multis causis suscipi non potest.[m] Apud homines autem prudentissimos agitur; qui intelligunt, neminem ne minimum quidem maleficium sine causa admittere.

[k] *Aër.* [l] *Naufragis.* [m] *Judicibus.*

—16 *Ullam eis reliq.* C H R S T, Oliv. et Lall.—17 χ *ducere animum.*—18 Lamb. ex Orat. c. 30. *terram non tangant*, prob. Hotom. Pro *fluctibus*, χ habet *fluctuantibus*. Tum *alluantur* ex Orat. c. 30. margo Crat. Lamb. Lall. et Schutz. Vid. Not. Delph. et Nott. Varr. sed Oliv. in ed. sua habet *abluantur*.—19 χ caret *quidem*.—20 χ *ipsos accusatores: eique*.—1 Idem Ms. *paratiusve*.

NOTÆ

culleum feris objiceretur.

[f] *Expiari putantur*] Expiari putabantur, si aqua maris salsa aspergerentur. Macrobius tamen scribit lib. III. aqua fluviali expiationes fieri solitas. Sic apud Virg. 'Donec me flumine vivo abluero.'

[g] *Etenim quid tam est commune*] Ex hoc loco mirabilem se plausum consecutum fuisse, ipse Cicero testatur lib. de Orat. ad Brutum.

[h] *Littus ejectis*] Per ejectos significat qui naufragantur. Sic Virg. Æn. IV. 'ejectum, et littore egentem, Excepi.'

[i] *Nunquam abluantur*] Legit Hotomannus *alluantur*, melius certe: sic enim ait in Oratore.

[k] *Tanti maleficii crimen*] Conclusio totius loci per accusatorum increpationem.

[l] *Apud bonorum emtores*] Roscios et Chrysogonum.

[m] *Suscipi non potest*] Legunt aliqui *suspici*, id est, in suspicione haberi.

XXVII. Esto: causam proferre non potes. Tametsi statim vicisse debeo, tamen de meo jure decedam, et tibi, quod in alia causa non concederem,[2] in hac concedam, fretus hujus innocentia. Non quæro abs te, quare patrem Sex. Roscius occiderit: quæro, quomodo occiderit. Ita quæro abs te, C. Eruci, quomodo,[3] et sic tecum agam, ut in eo loco[4] vel respondendi vel interpellandi[n] tibi potestatem faciam, vel etiam, si quid voles, interrogandi. 74. Quomodo occidit? ipse percussit, an aliis occidendum dedit? Si ipsum arguis, Romæ non fuit: si per alios fecisse dicis, quæro, servosne, an liberos? quos homines?[5] Indidemne Ameria,[o] an hosce[6] ex urbe sicarios? Si Ameria; qui sunt hi? cur non nominantur? Si Roma;[7] unde eos noverat Roscius, qui Romam multis annis non venit, neque unquam[8] plus triduo fuit? ubi eos convenit? quicum locutus est?[9] quomodo persuasit? pretium dedit? cui dedit?[10] per quem dedit? unde, aut quantum dedit? nonne his vestigiis ad caput[p] maleficii perveniri[11] solet? et simul tibi in mentem veniat, facito, quemadmodum vitam hujusce depinxeris:[12] hunc hominem ferum atque agrestem fuisse; nunquam cum homine quoquam collocutum esse;[13] nunquam in oppido constitisse. 75. Qua in re prætereo illud, quod mihi maximo argumento ad hujus innocentiam poterat esse, in rusticis moribus, in victu arido,[q 14 n] in hac horrida incultaque vita istiusmodi malefi-

[n] *Interrumpendi.* [o] *Ex eodem loco. Inde ex Ameria.*
[p] *Ad originem.* [q] *Tenui et agresti.*

CAP. XXVII. 2 *Non cederem* χ.—3 'Melius, ut opinor, est in antiquo libro, *Itaque abs te, C. Eruci, quæro.*' F. Ursin. Pro *abs te*, H habet *ex te*. Locum sic interpungendum putat Hotom. *Ita, ita quæro abs te C. Eruci quomodo?*—4 Al. *in loco.*—5 *Cujates hom.* Schutz. e conj.—6 T χ *Ind. Ameriæ.* Pro *hosce*, Weiske putat *hacce* legend.—7 ψ *qui re non nom.?* sine *cur.* Tum *Si Romæ* H R S T χ et edd. vett.—8 C *ne unquam.*—9 χ *quibuscum loc. est.* —10 Idem Ms. *cui dedisti.*—11 *Veniri* χ.—12 ψ *pinxeris.*—13 Al. *hom. quodam.* In χ *coll. fuisse.*—14 Pro *in victu arido*, χ habet *invicto animo.*—

NOTÆ

[n] *In victu arido*] Victus aridus dicitur, qui sine obsonio est: quem vulgo dicimus siccum panem.

cia[15] signi non solere. Ut non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire possis; sic non omne facinus in omni vita nascitur. In urbe luxuries creatur: ex luxuria existat avaritia, necesse est: ex avaritia erumpat audacia: inde omnia scelera ac maleficia gignuntur.[16] [*p.* 31.] Vita autem hæc rustica, quam tu agrestem vocas, parsimoniæ, diligentiæ, justitiæ magistra est.[17] XXVIII. 76. Verum hæc missa facio.[r] Illud quæro: is homo, qui,[18] ut tute dicis, nunquam inter homines fuerit,[19] per quos homines hoc tantum facinus, tam occultum, absens præsertim, conficere potuerit?[20] Multa sunt falsa, judices, quæ tamen argui suspiciose possunt. In his rebus si suspicio reperta erit, culpam inesse concedam. Romæ Sex. Roscius occiditur, cum in agro Amerino esset filius. Literas, credo, misit alicui sicario, qui Romæ noverat neminem. Arcessivit aliquem: at quando?[1] Nuntium misit: quem? aut ad quem? Pretio, gratia, spe, promissis induxit[2] aliquem? Nihil horum ne confingi[3] quidem potest; et tamen causa de parricidio dicitur. Reliquum est, ut per servos id admiserit.[4] 77. O Dii immortales! rem miseram et calamitosam! Quod in tali crimine innocenti[5] saluti solet esse, ut servos in quæstionem polliceatur,[6] id Sex. Roscio facere non licet. Vos, qui hunc accusatis, omnes ejus servos habetis. Unus puer, victus quotidiani administer, ex tanta familia Sex. Roscio relictus non[7] est. Te nunc appello,°

[r] *Omitto.*

15 Idem Ms. *maleficii.*—16 C *scel. malef.* sine *ac.* In ψ *gignantur.*—17 T *just. ministra est.*

CAP. XXVIII. 18 H S T χ non habent *qui.*—19 χ *fuit.*—20 χ *præs. hoc conf. pot.*—1 Lamb. et Schutz. *Arcess. aliquem. Quando?* Priscian. p. 902. ed. Putsch. *Arcess. aliquem. Quem? aut quando?* prob. Garaton. et quam lectionem recipiendam suadet Wernsdorf. Krehl nunc cum codd. aliq. delevit voces *Quem, aut quando.*—2 χ *spe promisit: ind.*—3 Idem Ms. *confugi.*—4 χ *per servos adm.*—5 Verba *in tali crimine* in ψ desunt. *Quod* ante *innocenti* repetunt C H S T χ, S. Vict. Pall. Ven. 1483. Junt. et Beck. 'Rectius legatur, *calamitosam! In tali crimine quod innoc.*' Orell. In ed. 1472. *quod tali crimine, quod innocenti.* Pro *innocenti*, Passeratius legend. putabat *nocenti;* quod Hensing. repudiat.—6 S χ ψ *polliceantur.*—7 In ψ omittitur

NOTÆ

° *Te nunc appello*] Ad doloris significationem appellat Scipionem et Metellum duos Roscii advocatos, sive jus suggerentes.

P. Scipio, te, Metelle, vobis[8] advocatis, vobis agentibus, aliquoties duos servos paternos in quæstionem[p] ab adversariis Sex. Roscius postulavit. Meministine te, T. Rosci, recusare?[9] Quid? ii servi ubi sunt? Chrysogonum, judices, sectantur: apud eum sunt in honore et in pretio. Etiam nunc, ut ex his quæratur, ego postulo; hic orat atque obsecrat. Quid facitis? cur recusatis? 78. Dubitate etiam nunc, judices, si potestis,[10] a quo sit Sex. Roscius occisus: ab eone, qui, propter illius mortem,[11] in egestate et insidiis versatur, cui ne quærendi quidem de morte patris potestas permittitur; an ab iis, qui quæstionem fugitant,[q] bona possident,[12] in cæde atque ex cæde vivunt. Omnia, judices, in hac causa sunt misera atque indigna: tamen hoc nihil neque acerbius, neque iniquius proferri potest. Mortis paternæ de servis paternis quæstionem habere filio non licet. Ne tamdiu quidem dominus erit in suos, dum ex iis de patris morte quæratur.[13] Veniam, neque ita multo post, ad hunc locum: nam hoc totum ad Roscios pertinet; de quorum audacia tum me dicturum pollicitus sum, cum Erucii crimina diluissem. XXIX. 79. Nunc, Eruci, ad te venio.[14] Conveniat mihi tecum necesse est, si ad hunc maleficium[15] istud pertinet, aut ipsum sua manu fecisse, id quod negas; aut per aliquos liberos, aut servos. Liberosne? quos neque ut convenire[16] potuerit, neque qua ratione inducere, neque ubi, neque per quos,

---

non.—8 C *Metelle, vobis,* omisso *te:* H *et Metelle, vobis:* ψ *et Tite, vobis.*—9 *Meministi, T. Rosci, rcc.* C: *Meministi me, T. Rosci, rec.* S: *Meministi, T. Rosci, rec.* T χ: *Meministi ne, T. Rosci, rec.* Pall. et nonnullæ edd. vett. *Meministi te, T. Rosci, rec.* Junt. Crat. *Meministisne T. Roscium rec.* Lamb. *Meministine te, T. Rosci, rec.* vulg.—10 Quidam ap. Lamb. *Dubitare etiam nunc, jud., pot.*—11 C *præter ill. mortem.*—12 *Potestas* non est in χ, qui mox exhibet *qui quæst. flagitant: bona poss.*—13 χ *patris morte* sine præpositione. Post *quæratur,* Lamb. Heusing. Schutz. et Orell. posuerunt signum interrogationis.

CAP. XXIX. 14 Schutz. conj. *ad te redeo.*—15 χ *si adhuc malef.*—16 H

NOTÆ

[p] *In quæstionem*] Ut ad veritatem inquirendam torqueantur.

[q] *Qui quæstionem fugitant*] Quod manifestum patrati sceleris indicium est.

neque qua spe, aut quo pretio, potes ostendere.[17] Ego contra ostendo, non modo nihil eorum fecisse Sex. Roscium, sed ne potuisse quidem facere; quod neque Romæ multis annis fuerit, neque de prædiis unquam temere [s] discesserit. Restare tibi videbatur servorum nomen, quo, quasi in portum, rejectus [r] a ceteris suspicionibus, confugere posses: ubi scopulum offendis ejusmodi, ut non modo ab hoc crimen resilire [s] videas, verum omnem suspicionem in vosmetipsos recidere intelligas.[18] 80. Quid est ergo, quo tandem accusator, inopia argumentorum, confugerit? Ejusmodi tempus erat, inquit, ut homines vulgo [t] impune occiderentur: quare tu hoc, propter multitudinem sicariorum, nullo negotio facere potuisti. Interim mihi[19] videris, Eruci, una mercede [t] duas res assequi velle: nos judicio perfundere; [u] accusare autem eos ipsos, a quibus mercedem accepisti. Quid ais? vulgo occidebantur.[20] Per quos? et a quibus? Non cogitas,[1] te a sectoribus [u] huc adductum esse? Quid postea? Nescimus, per ista tempora,[2] eosdem fere sectores fuisse collorum et bonorum? [x] [*p.* 32.] 81. Ii denique, qui tum armati dies noctesque concursabant,[3] qui Romæ erant assidui, qui omni

[s] *Sine causa.* [t] *Passim.* [u] *Perdere.*

conveniret.—17 χ *potest ost.*—18 ψ *crimine res. vid.* Mox χ *ipsos redire intell.* —19 Ms. Ursini *Interdum mihi.*—20 Post *occidebantur*, alii notam interrogationis ponunt: alii addunt vocem *homines.*—1 Vulg. *Nonne cog.* Ern. e conj. dedit *Non cog.* et eum Weiske et Matth. sequuntur.—2 Jannoctian. prob. Garaton. *Nescis, per ista temp.* et sic legend. conj. Wernsdorf.—3 *Cir-*

NOTÆ

[r] *In portum, rejectus*] Allegoria sumta a navigantibus, qua ostendit Erucium in scopulum impegisse.

[s] *Ab hoc resilire*] Id est, non pertinere ad Sextum Roscium.

[t] *Una mercede*] Id est, pecunia qua inductus est a Rosciis, ut hunc accusaret.

[u] *A sectoribus*] Ludit in ambiguitate nominis. Sectores autem erant emtores bonorum proscriptorum: quæ appellatio erat infamis, nam turpe erat sectari bona miserorum et innocentium civium.

[x] *Sectores fuisse collorum et bonorum*] Indicat sectores tam vitam quam bona vendere. Sectores autem dicti sunt ab antiquo verbo seco, secas, quod idem significat ac sequor, quia accusatores et judicia sequebantur.

tempore in præda et sanguine[4] versabantur,[x] Sex. Roscio temporis illius acerbitatem iniquitatemque objicient?[5] et illam sicariorum multitudinem, in qua ipsi duces ac principes erant, huic crimini putabunt[6] fore? qui non modo Romæ non fuit, sed omnino, quid Romæ ageretur, nesciret, propterea quod[7] ruri assiduus, quemadmodum tute confiteris, fuit. 82. Vereor, ne aut molestus sim vobis, judices, aut ne ingeniis vestris videar diffidere, si de tam perspicuis rebus diutius disseram.[8] Erucii criminatio tota, ut arbitror, dissoluta est; nisi forte expectatis, ut illa diluam, quæ de peculatu,[y] ac de ejusmodi rebus commenticiis,[y] inaudita nobis[9] ante hoc tempus ac nova, objecit: quæ mihi iste visus est ex alia oratione[10] declamare,[z] quam in alium reum commentaretur:[z] ita neque ad crimen parricidii, neque ad eum qui causam dicit,[a] pertinebant. De quibus quoniam[11] verbo arguit,[b] verbo satis est negare. Si quid est, quod ad testes reservet;[c] ibi nos quoque, ut in ipsa causa, paratiores reperiet,[12] quam putabat. XXX. 83. Venio nunc[d] eo, quo me[13] non cupiditas ducit, sed fides.

[x] *Prædabantur, et interficiebant.*
[y] *Fictis.* [z] *Fingeret contra alium reum.*

cursabant C: *circumdabant* ψ: *circum cursabant* H et Ven. 1483.—4 Ed. 1472. Junt. et Orell. *et in sang.*—5 χ *Sex. Roscius ... objicicbant.*—6 *Putabant* T χ: *putantur* C.—7 χ *propter quod.*—8 *Sed de tam persp.* χ: *si de causa persp.* H. Tum *diutius dixeram* χ.—9 χ *vobis.*—10 Passeratius putabat legend. *ex aliena orat.*—11 χ *pertinebat.* Pro *quoniam,* C H ψ habent *quomodo,* et T χ *cum.*—12 χ *reperit.*

NOTÆ

[y] *De peculatu*] Peculatus est furtum pecuniæ publicæ; dictus a pecore, quia ab eo, ut Festus scribit, initium hujus fraudis esse cœpit, siquidem ante æs, aut argentum signatum, 'ob delicta, pœna gravissima erat duarum ovium et triginta boum.'

[z] *Declamare*] Id est, pronuntiare, et cum magnis clamoribus dicere.

[a] *Ad eum qui causam dicit*] Ad Sextum Roscium.

[b] *Verbo arguit*] Id est, crimen quidem objicit, sed non probat.

[c] *Ad testes reservet*] Lege Pompeia de vi cautum fuit, ut testium interrogatio accusationem præcederet, ut in causa Milonis factum est; et lege Cornelia de repetundis, ut subsequeretur. Penes judices erat de hoc decernere.

[d] *Venio nunc*] Altera pars orationis, ubi iterum sibi conciliat attentionem nova quadam sui officii, et fidei commemoratione.

Nam si mihi liberet accusare, accusarem alios potius, ex quibus possem crescere:[e] quod certum est non facere, dum utrumvis licebit. Is enim mihi videtur amplissimus, qui[14] sua virtute in altiorem locum pervenit, non, qui ascendit per alterius incommodum et calamitatem. Desinamus aliquando ea scrutari quæ sunt inania; quæramus ubi maleficium et est,[15] et inveniri potest. Jam intelliges, Eruci, certum crimen[16] quam multis suspicionibus[a] coarguatur: tametsi neque omnia dicam, et leviter unumquodque tangam: neque enim id facerem, nisi necesse esset: et id erit signi,[17] me invitum facere, quod non prosequar[18] longius,[f] quam salus hujus et mea fides postulabit. 84. Causam tu nullam reperiebas in Sex. Roscio: at ego in T. Roscio reperio. Tecum enim mihi res est, T. Rosci, quoniam istic sedes, ac te palam adversarium esse profiteris. De Capitone[19] post viderimus, si, quemadmodum paratum esse audio, testis prodierit: tum alias quoque suas palmas[b] cognoscet, de quibus me ne audisse quidem suspicatur. L. Cassius[g] ille, quem populus Romanus verissimum[20] et sapientissimum judicem putabat,[1] identidem in causis quærere solebat, cui bono fuisset.[h] Sic vita hominum est, ut

[a] *Conjecturis.* [b] *Cædes.*

CAP. XXX. 13 *Me* non est in χ.—14 χ *quia.*—15 *Quær. malef. ubi est* T: *quær. malef. ubi et est* C H S χ ψ, Ven. 1480.-1483. Junt. prob. Beck.—16 Lamb. putabat legend. *incertum crimen.*—17 Weiske suspic. legend. *signo.*—18 *Persequar* Ms. Ursini cum Lamb. Heusing. Schutz. et Matth.—19 *Profitearis* C S χ. Tum *De Capite* C.—20 Corradus ad Cic. Brut. p.

NOTÆ

[e] *Possem crescere*] Accusandis nobilibus et summis viris, si præcipue damnarentur, maximam sibi laudem apud populum comparabant: quæ via et aditus erat ad honores. Vide Cic. de Off. l. II. Et testatur de se Cicero se defensurum semper, non accusaturum quenquam.

[f] *Prosequar longius*] Nempe T. Roscii crimina.

[g] *L. Cassius*] Vir summæ severitatis fuit Cassius, cujus æquitatem tanti fecit rex Jugurtha, ut e regno Romam causam coram eo dicturus venerit, arbitratus sanctiorem hujus esse viri privati, quam totius populi fidem. Ita Sallust. in Bell. Jugurth.

[h] *Cui bono fuisset*] Quoties ille Cassius quæsitor erat in aliquo judicio, ubi de homine occiso agebatur, solitus erat quærere, cui bono fuisset, id est, cui utilius, perire eum, de cujus morte quærebatur.

ad maleficium nemo conetur sine spe atque emolumento accedere. 85. Hunc quæsitorem[i] ac judicem fugiebant atque horrebant ii,[k] quibus periculum creabatur;[c] ideo quod, tametsi veritatis erat amicus,[2] tamen natura non tam propensus ad misericordiam, quam implicatus[3] ad severitatem[l] videbatur. Ego, quanquam præest huic quæstioni vir,[4] et contra audaciam fortissimus, et ab innocentia clementissimus;[5 m] tamen facile me paterer, vel illo ipso acerrimo judice quærente, vel apud Cassianos judices,[n] quorum etiam nunc ii,[6] quibus causa dicenda est, nomen ipsum reformidant, pro Sex. Roscio dicere. XXXI. 86. In hac enim causa cum viderent, illos amplissimam pecuniam possidere, hunc in summa mendicitate esse; illud quidem non quærerent, cui bono fuisset, sed eo perspicuum crimen[7 o] et suspicionem potius ad prædam adjungerent, quam ad egestatem. Quid si accedit[8] eodem, ut tenuis[d] antea fueris? quid si, ut avarus? quid si, ut audax? quid si, ut illius, qui occisus est,[9] inimicissimus? num quærenda

[c] *Qui accusabantur.* [d] *Pauper.*

179. malebat hic *severissimum*, non improb. Garaton.—1 Pro *putabat*, H habet *prædicabat*.—2 χ *veritas erat: amicus*.—3 Omnes Mss. et edd. vett. *implicatus:* nonnullæ recentt. de Manutii suspic. *inclinatus:* Gulielm. conj. *impacatus:* Græv. *implacatus*, probb. Ern. et Matth. *Replicatus* conj. Heusing.—4 In nonn. edd. vett. *vir* omittitur.—5 Dubitat Garaton. annon Cicero scripserit *in innoc. clem.*—6 Pro *nunc ii*, C H et χ habent *nuncii*.

CAP. XXXI. 7 T *sed ei persp. crimen:* Guelf. *sed ego persp. crimen.* Manut. et Lamb. de Hotom. conj. *sed et persp. crimen*, prob. Beck. *Sed, eo perspicuo, crimen* Putean. Schutz. et Matth. Passerat. mavult legi *sed adeo perspicuum crimen:* Beck. conj. *sed perspicuum crimen potius.* Vid. Nott. Delph. Dein

NOTÆ

[i] *Hunc quæsitorem*] Quæsitor in publicis causis est prætor, qui judicio præest, et de re tota cognoscit.

[k] *Horrebant ii*] Ex Val. Max. lib. III. tribunal Cassii reorum scopulus appellabatur.

[l] *Implicatus ad severitatem*] Id est, severitate præpeditus, ne ad misericordiam flecteretur.

[m] *Et ab innocentia clementissimus*] Id est, in causa innocentium clementissimus.

[n] *Apud Cassianos judices*] Id est, severissimos, quales ii fuere qui cum Cassio judicabant, aut qui Cassio similes erant.

[o] *Sed eo perspicuum crimen*] Passeratius legit, *adeo perspicuum:* Hotomannus, *et.* Sic clarus est sensus: Potius adjungeret crimen ad prædam, quam ad egestatem.

causa, quæ te ad tantum facinus adduxerit? Quid ergo horum[10] negari potest? Tenuitas hominis ejusmodi est, ut dissimulari non queat, atque eo magis eluceat,[11] quo magis occultatur. 87. Avaritiam præfers,[e 12] qui societatem coieris de municipis[13] cognatique fortunis cum alienissimo. [*p.* 33.] Quam sis audax (ut alia obliviscar[14]) hinc omnes intelligere potuerunt,[15] quod ex tota societate, hoc est, ex tot sicariis, solus tu inventus es, qui cum accusatoribus sederes, atque os tuum[p] non modo ostenderes, sed etiam offerres.[q] Inimicitias tibi fuisse cum Sex. Roscio, et magnas rei familiaris controversias, concedas necesse est. 88. Restat, judices, ut hoc dubitemus, uter potius Sex. Roscium occiderit; is, ad quem morte ejus divitiæ venerint, an is, ad quem mendicitas: is, qui antea[16] tenuis fuerit, an is, qui postea factus sit egentissimus: is, qui ardens avaritia feratur infestus in suos, an is, qui semper ita vixerit, ut quæstum nosset[r] nullum, fructum autem eum solum, quem labore peperisset: is, qui omnium sectorum[s] audacissimus sit, an is, qui propter fori judiciorumque insolentiam,[t] non modo subsellia, verum etiam urbem ipsam reformidet:[17] postremo, judices, id quod ad rem, mea sententia, maxime pertinet, utrum inimicus[18] potius, an filius. XXXII. 89. Hæc tu, Eruci, tot[19] et tanta si nactus esses in reo, quamdiu diceres? quo te modo jactares? tempus, hercule, te citius, quam oratio deficeret. Etenim in singu-

[e] *Ostendis.*

Pal. 1. *et suspiciosum potius.*—8 χ *accedat.*—9 χ non habet *est.*—10 *Causa* abest a C H S T χ ψ et Ven. 1480. Pronomen *te* non est in χ. Tum *adduxerint* T et Ven. 1480. Porro *Quid igitur horum* Ven. 1480.—11 Heumann. *elucet.*—12 Ursini Ms. *præ te fers,* prob. Lamb. et Facciol. Vid. Nott. Varr. —13 ψ *municipiis.*—14 χ *in alia obl.*—15 C *poterunt.*—16 C χ *qui antea,* omisso *is.*—17 C H S T χ *reformidat.*—18 Al. *uter, inim.*

NOTÆ

[p] *Os tuum*] Id est, audaciam impudentissimam ostenderes.

[q] *Sed etiam offerres*] Ingerendo te ultro, ut adesses accusationi Roscii.

[r] *Quæstum nosset*] Quæstus de pecunia dicitur, fructus de agris.

[s] *Sectorum*] De hac voce jam superius.

[t] *Insolentiam*] De iis proprie rebus, insolentia dicitur, quæ præter consuetudinem accidunt.

lis rebus ejusmodi materies est, ut dies singulos possis consumere. Neque ego non possum: non enim mihi tantum derogo,[f] tametsi nihil arrogo,[g] ut te copiosius,[20] quam me, putem posse dicere: verum ego forsitan, propter multitudinem patronorum, in grege annumerer:[1] te pugna Cannensis[u] accusatorem[2] sat bonum fecit.[x] Multos cæsos non ad Thrasimenum lacum,[y] sed ad Servilium[z] vidimus. 90. Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio?[3][a] Non necesse est omnes commemorare, Curtios, Marios, denique Mamercos,[4][b] quos jam ætas a præliis[c] avocabat; postre-

[f] *Detraho.* [g] *Assumo.*

Cap. xxxii. 19 C *si tot.*—20 Idem Ms. *ut cop.*—1 *In gregem* C T ψ, Guelf. quatuor Pall. et Beck. prob. Garaton. Pro *annumerer*, T habet *adimerer.*—2 Buttmannus conj. *accusatorum.*—3 ‘ *Quis ibi . . . . Phrygio*] Ennii videtur versiculus. Hinc Osann. Anal. Crit. p. 13. conj. *vulneratu'st ferro Brugio. Frugio* Vet. Schol.’ *Orell.*—4 C *memorare.* Tum Matth. suspic. legend. *Curiones, Varios* e Brut. c. 49. Pro vulg. *Mamercos*, C H S χ ψ, Pal. 8. et edd. vett. habent *Mammeos:* T, Franc. 1. duo Pariss. et Veu. 1480.

NOTÆ

[u] *Pugna Cannensis*] Pugna Cannensis ad Cannas Apuliæ vicum ab Hannibale contra Romanos commissa est, ubi Æmilius Probus et Terentius Varro coss. victi sunt, cæsis quadraginta peditum millibus, duobus millibus septingentis equitibus, cum magna civium sociorumque parte.

[x] *Accusatorem sat bonum fecit*] Allegorice Erucium designat, et ceteros accusatores, qui non tam causa quam iniquitate temporum freti multos post Syllanam victoriam condemnarunt. Per Cannensem autem illam pugnam alludit ad clades illas quas populus Rom. ab Hannibale accepit.

[y] *Non ad Thrasimenum lacum*] Ad hunc lacum Hannibal anno ante cladem Cannensem Romanos superavit, cæso consule Flaminio. Porro Thrasimenus, seu Thrasumenus lacus, in agro Perusino fuit.

[z] *Sed ad Servilium*] Seneca lacum illum, proscriptionis ‘spoliarium’ vocat lib. de Provid. ubi ‘ senatorum capita, et passim vagantes per urbem percussorum greges, et multa millia Romanorum uno loco post fidem, immo per ipsam fidem trucidata sunt.’ Festus De Vet. Verb. Signif. l. xvii. dicit Servilium fuisse ab auctore suo sic appellatum, et Romæ fuisse in principio vici jugarii, basilicæ Juliæ continentem.

[a] *Ferro Phrygio*] Latomus, ut hæreat in allegoria superiori, vult significari multas debiles et calumniosas accusationes. Alii volunt desumtum hoc verbum ex aliquo veteri tragico poëta de rebus Trojanis, ut per illud strages quæ tum a Marianis, tum a Syllanis editæ sunt, exprimeret.

[b] *Curtios, Marios, Mamercos*] Nomina sunt accusatorum, qui fuerunt oratores non satis elegantes; de quibus Cic. in lib. de Clar. Orat.

[c] *Jam ætas a præliis*] Vel oratoria certamina accusandi videlicet, vel de-

mo Priamum ipsum senem, Antistium ;[5 d] quem non modo ætas, sed etiam leges pugnare prohibebant. Jam, quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti[h] sunt, qui inter sicarios, et de veneficiis accusabant: qui omnes (quod ad me attinet) vellem viverent. Nihil enim mali est, canes[e] ibi quam plurimos esse, ubi permulti observandi, multaque servanda sunt. 91. Verum, ut fit, multa sæpe imprudentibus imperatoribus[f] vis belli ac turba molitur. Dum is in aliis rebus erat occupatus, qui summam rerum administrabat; erant interea[6] qui suis vulneribus mederentur;[g] qui tanquam si offusa reipublicæ[7] sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniaque miscebant:[i] a quibus miror, ne quod judiciorum esset vestigium, non subsellia quoque esse combusta: nam et accusatores et judices sustulerunt. Hoc commodi est, quod ita vixerunt, ut testes omnes, si cuperent, interficere non possent: nam, dum hominum genus erit, qui accuset eos, non deerit: dum civitas erit, judicia fient. Verum, ut cœpi dicere, et Erucius, hæc si haberet in causa, quæ commemoravi, posset ea quamvis diu dicere:[8] et ego, judices, possum: sed in ani-

[h] *Innumerabiles.* [i] *Turbabant.*

Mameos: al. *Memmeos:* Schutz. et Matth. *Memmios* de Ursini conj.—5 Pleræque edd. post *ipsum* ante *senem* interpungunt. Tum *Anthistium* C: *Antistum* χ.—6 Boëmoræus putabat legend. *Dum tantis in rebus erat occ.* Dein Lamb. malit legi *qui summam rem adm.* vel *qui summam remp. adm.* Præterea χ *erat interea.*—7 *Effusa* C ψ: *confusa* χ. Tum *republica* C S ψ.—8 χ *hæc sibi hab.* Mox C *poss. ea quam diu dic.*

NOTÆ

fendendi, vel etiam militandi intelligit; a quibus anno ætatis quinquagesimo liberatos fuisse Romanos Varro scribit lib. II. de vita patrum.

[d] *Postremo Priamum ipsum senem, Antistium*] Id est, senem calamitosum, qui princeps fuit inter accusatores, ut Priamus inter Trojanos. Is, jussu Marii junioris, una cum Papirio Carbone, L. Domitio, et aliis plerisque nobilibus, interfectus est. De hoc oratore loquitur Cic. in lib. de Claris Oratoribus.

[e] *Canes*] Id est, accusatores, sive oratores, qui metaphorice latrare dicuntur, quia mordent in quos agunt.

[f] *Imprudentibus imperatoribus*] Syllam indicat, quo sciente non vult aperte dicere hos omnes oratores interfectos esse.

[g] *Vulneribus mederentur*] Nempe judiciorum metu sibi adimendo, unde audaciores erant ad scelus. His verbis tacite Chrysogonum et Roscios carpit.

mo est, quemadmodum ante dixi, leviter transire, ac tantummodo perstringere unamquamque rem; ut omnes intelligant, me non studio[k] accusare, sed officio defendere. XXXIII. 92. Video igitur, causas esse permultas, quæ istum impellerent. Videamus nunc, ecqua facultas[9] suscipiendi maleficii fuerit. Ubi occisus est Sex. Roscius? Romæ. Quid? tu, Rosci,[10] ubi tunc eras? Romæ. Verum quid ad rem?[11] et alii multi. Quasi nunc id agatur, quis ex tanta multitudine occiderit, ac non hoc quæratur, eum, qui Romæ sit occisus, utrum verisimilius sit ab eo esse occisum,[12] qui assiduus eo tempore Romæ fuerit; an ab eo, qui multis annis Romam omnino non accesserit. 93. Age, nunc ceteras facultates quoque[13] consideremus. Erat tum multitudo[14] sicariorum, id quod commemoravit Erucius, et homines impune occidebantur. [*p.* 34.] Quid? ea multitudo quæ erat? opinor, aut eorum qui in bonis erant occupati;[15 h] aut eorum qui ab iis conducebantur, ut aliquem occiderent. Si eos putas, qui alienum appetebant;[16] tu es in eo numero, qui nostra pecunia dives es: sin eos, quos, qui leviore nomine appellant, percussores vocant; quære,[17] in cujus fide sint et clientela: mihi crede, aliquem de societate tua reperies; et, quicquid tu contra dixeris, id cum defensione nostra contendito:[l] ita facillime causa Sex. Roscii cum tua conferetur. 94. Dices, Quid postea,[18] si Romæ assiduus fui? Respondebo.[19] At ego omnino non fui. Fateor, me sectorem esse; verum et alii multi. At ego, ut tute arguis, agricola et rusticus. Non continuo, si me in gregem sicariorum contuli, sum

[k] *Cupiditate.* [l] *Compara.*

CAP. XXXIII. 9 C H S T χ *et quæ fac.* nonnullæ edd. vett. *ecquæ fac.*—10 Matth. et Orell. sic distinxerunt, *Quid tu, Rosci?*—11 Ern. conj. *Verum quid id ad rem.*—12 *Occisum* non est in χ.—13 Weiske e conj. edidit *cet. quoque fac.*—14 χ *Erat mult.* omisso *tum.*—15 ψ *opinor, aut erant in bonis eorum, qui erant occ.* Lamb. conj. *qui in bonis alienis erant occ.*—16 H *appetcrent.*—17 χ *quare.*—18 Lamb. *Quid tum postea.*—19 *Fui* non est in χ, nec *Respondebo* in

NOTÆ

[h] *In bonis erant occupati*] Nempe invadendis.

sicarius. At ego profecto, qui ne novi quidem quenquam sicarium, longe absum ab ejusmodi crimine. Permulta sunt, quæ dici possunt, quare intelligatur, summam tibi facultatem fuisse maleficii suscipiendi; quæ non modo idcirco prætereo, quod teipsum non libenter accuso; verum eo magis etiam, quod, si de illis cædibus velim commemorare, quæ tum factæ[20] sunt ista eadem ratione, qua Sex. Roscius occisus est, vereor, ne ad plures oratio mea pertinere videatur.

XXXIV. 95. Videamus nunc strictim,[i] sicut cetera, quæ post mortem Sex. Roscii abs te, T. Rosci, facta sunt: quæ ita aperta et manifesta sunt, ut, mediusfidius,[1] judices, invitus ea dicam. Vereor enim, cujusmodi es,[k] T. Rosci,[2] ne ita hunc videar voluisse servare, ut tibi omnino non pepercerim. Cum hoc vereor, et cupio tibi aliqua ex parte, quod salva fide possim, parcere, rursus immuto voluntatem meam. Venit enim mihi in mentem oris tui. Tene, cum ceteri[3] socii[l] tui fugerent ac se occultarent, ut hoc judicium non de illorum præda, sed de hujus maleficio fieri videretur, potissimum tibi[4] partes istas depoposcisse, ut in judicio versarere, et sederes cum accusatore? qua in re[5] nihil aliud assequeris,[m] nisi ut ab omnibus mortalibus audacia tua cognoscatur et impudentia. 96. Occiso Sex. Roscio, qui primus Ameriam nuntiat? Mallius Glaucia,

[m] *Obtinebis.*

H.—20 C *facta.*

CAP. XXXIV. 1 Al. *et mediusfidius.*—2 *Quiquimodi es* C H: *quiquimodi est* S χ et Ven. 1483. *quum ejusmodi est* T: *quicquid modi est* ψ: *cuicuimodi es* Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. Weiske, Heusing. Matth. et Orell. e Priscian. p. 959. Putsch. et sic etiam in R. *Cujusmodi es* vulg. Tum prænomen omittunt S T χ ψ, Ven. 1483. Junt. Lamb. Pro *Rosci*, T habet *Roscii*, et Ven. 1483. *Roscius.*—3 *Tenes quin cet.* C ψ: *Tenes enim quin cet.* H.—4 *Tibi* in χ deest.—5 'Eleganter judicat Ernesti, scribendum esse *qua tu re.*'

NOTÆ

[i] *Strictim*] Id est, breviter singula attingendo.

[k] *Cujusmodi* [*cuicuimodi*] *es*] Id est, cujuscumque modi. Priscianus l. XIII. docet quod nomina quorum genitivus in *ius* desinit, desinat etiam et in *i*. Sic Terentius in Andria, 'tam iners, tam nulli consilii.'

[l] *Ceteri socii*] Sicarii nempe.

quem jam antea nominavi, tuus cliens et familiaris. Quid attinuit eum potissimum nuntiare?[6] quod, si nullum jam ante consilium de morte ac de bonis ejus inieras,[7] nullamque societatem, neque sceleris, neque præmii, cum homine ullo[8] coieras, ad te minime omnium pertinebat. Sua sponte Mallius nuntiat. Quid, quæso,[9] ejus intererat? an, cum Ameriam non hujusce rei causa venisset, casu accidit, ut id, quod Romæ audierat, primus nuntiaret? Cujus rei causa venerat Ameriam? Non possum, inquit, divinare. Eo rem jam adducam, ut nihil divinatione opus sit. Qua ratione Roscio Capitoni primum nuntiavit? Cum Ameriæ Sex. Roscii domus, uxor, liberique essent; cum tot propinqui cognatique optime convenientes;[n] qua ratione factum est, ut iste tuus cliens, sceleris tui nuntius, T. Roscio Capitoni potissimum nuntiaret? 97. Occisus est a cœna rediens. Nondum lucebat,[10] cum Ameriæ scitum est. Quid hic[11] incredibilis cursus, quid hæc tanta celeritas festinatioque significat? Non quæro quis percusserit. Nihil est, Glaucia, quod metuas. Non excutio[o] te, si quid forte ferri[p] habuisti; non scrutor: nihil ad me arbitror pertinere. Quoniam, cujus consilio occisus sit, invenio; cujus manu sit percussus, non laboro. Unum hoc sumo, quod mihi apertum tuum scelus[12] resque manifesta dat. Ubi, aut unde audivit Glaucia? Qui tam cito scivit? Fac audisse statim;[13] quæ res eum nocte una tantum itineris[m] contendere coëgit? [*p.* 35.] Quæ necessitas eum tanta premebat, ut, si sua sponte[14] iter Ameriam faceret, id temporis[n]

[n] *Concordes.* [o] *Non exquiro.* [p] *Si quem forte gladium.*

Weiske.—6 Schutz. *eum id pot.* Interrogationis notam post *nuntiare* deleri, et post *pertinebat* poni jussit Lamb. quem Orell. secutus est. Dein χ *qui si nullum.*—7 χ *inierat.*—8 In χ omittitur *ullo.*—9 Pro *quæso,* S T χ ψ, Pall. et edd. vett. habent *quasi.*—10 ψ *lucescebat.*—11 χ non habet *hic.*—12 Ab eodem Ms. abest *scelus.*—13 Heusing. et Schutz. ita distinguunt, *Glaucia, qui tam scito scivit?* Tum C et ψ *Fac audisset statim.*—14 χ *eum tantum prem., ut si illa sponte.*

NOTÆ

[m] *Tantum itineris*] Quinquaginta sex millia una nocte confecta sunt a Glaucia.

[n] *Id temporis*] Post primam horam noctis, qua occisus est Roscius pater.

Roma proficisceretur, nullam partem noctis requiesceret? XXXV. Etiamne in tam perspicuis rebus argumentatio quærenda, aut conjectura capienda sit? 98. Nonne vobis hæc, quæ audistis, cernere oculis videmini, judices? non illum miserum,[15] ignarum casus sui, redeuntem a cœna videtis? non positas insidias? non impetum repentinum? Non versatur ante oculos vobis in cæde Glaucia? non adest iste T. Roscius? non suis manibus in curru collocat Automedontem[o] illum, sui sceleris acerbissimi nefariæque victoriæ nuntium? non orat,[16] ut eam noctem pervigilet? ut honoris sui causa laboret? ut Capitoni quam primum nuntiet? 99. Quid erat, quod Capitonem primum scire voluerit?[17] Nescio; nisi hoc video,[p] Capitonem in his bonis esse[18] socium. De tribus et decem fundis tres nobilissimos fundos eum video[19] possidere. 100. Audio præterea, non hanc suspicionem nunc primum in Capitonem conferri. Multas esse infames[20] palmas; hanc primam[q] esse tamen lemniscatam,[r] quæ Romæ deferatur:[1] nullum modum esse hominis[2] occidendi, quo ille non aliquot occiderit; multos ferro, multos veneno. Habeo etiam dicere,

---

Cap. XXXV. 15 *Miserum* non est in χ.—16 C et χ *non erat*.—17 Ern. censet Latinitatem postulare *vellet*.—18 χ omittit *esse*.—19 *Video* suspectum Manutio.—20 *Infamius* C S T χ et edd. vett. Ante *infames*, e Lamb. conj. Schutz. inseruit *ejus*.—1 *Lemniscatamque, quæ* C: *lemnis caput, quæ* S: *lemniscatam tanquam, quæ* ψ. Tum pro *Romæ*, Ern. conj. *Roma* vel *Roma ei* legend. *Roma* receperunt Beck. et Schutz. Porro in H S ψ *deferat*.—2 χ *homines*.—

NOTÆ

[o] *Automedontem*] Automedon Achillis auriga fuit, qui Xante et Belio equis velocissimis, Zephyri filiis, velocissime ferebatur: unde per antonomasiam a Cicerone Glaucia Automedon appellatur, quia celerrime venit Ameriam cædem Roscii nuntiaturus.

[p] *Nisi hoc video*] *Nisi* pro 'sed' sæpe cum elegantia ponitur apud Plautum.

[q] *Hanc primam*] In cæde Roscii, qui consilio Capitonis interfectus est.

[r] *Lemniscatam*] Lemnisci sunt fasciolæ ex lana non tincta e coronis defluentes, quæ tenuissimis philyræ seu tiliæ tunicis, quæ sunt inter corticem et lignum, componebantur. Lemniscatæ illæ coronæ tantum ob insignem victoriam concedebantur gladiatoribus; quare cum talem appellet eam, quam Capito in morte Roscii retulit, cujus consilio interfectus est, per antiphrasim cædem hanc maxime infamem fuisse contendit.

quem contra[3] morem majorum, minorem annis LX.[4 s] de ponte in Tiberim dejeccrit.[t] Quæ, si prodierit,[5] atque adeo cum prodierit (scio enim prodituruin esse) audiet.[6] 101. Veniat modo : explicet suum volumen illud, quod ei planum facere possum, Erucium conscripsisse: quod aiunt illum Sex. Roscio intentasse et minitatum[7] csse, se omnia illa pro testimonio esse dicturum. O præclarum testem, judices! o gravitatem dignam expectatione! o vitam honestam,[8] atque ejusmodi, ut libentibus[q 9] animis ad ejus testimonium vestrum jusjurandum accommodetis! Profecto non tam perspicue istorum maleficia videremus, nisi ipsos cæcos rcdderet cupiditas, et avaritia, et audacia. XXXVI. 102. Alter ex ipsa cæde[u] volucrem nuntium Ameriam ad socium atque ad magistrum[x] suum misit; ut, si dissimulare[10] omnes cuperent se scire, ad quem maleficium pertineret, tamen ipse apertum suum scelus ante omnium oculos poneret.[11] Alter[y] (si Diis immortalibus placet) testimonium etiam in Sex. Roscium dicturus est. Quasi vero id nunc agatur, utrum is quod dixerit,[12] cre-

[q] *Libenter.*

3 Idem Ms. *quæ contra.*—4 T *XL.*—5 *In Tib. trajecerit* χ. Dein *Qui si prod.* C H S T χ ψ.—6 *Scio cum prod.* ψ; et *audiat* χ.—7 C H S T χ ψ et nonnullæ edd. vett. *meditatum.*—8 H S T χ *o justam, honestam.* Ern. censet auctorem scripsisse, *o virum honestum.*—9 χ *libentius.*

CAP. XXXVI. 10 Plerique Oxonn. Mss. et ed. Oliv. *ad magistratum suum.* Tum χ *ut dissimulare,* omisso *si.*—11 χ *ponerent.*—12 *Utrum id quod dix.* C

NOTÆ

[s] *Minorem annis LX.*] Apud Romanos sexagenarii, teste Varrone, apud Nonium Marcellum non amplius negotiis publicis vacabant. Ideoque in proverbium venit, 'sexagenarios de ponte dejici oportere,' quia per illos pontes amplius non transibant, quos populus Rom. laturus suffragium transgredi solebat. Quare si quem magistratus sexagenarium advertissent, eum de ponte dejici per viatores jubebant: hinc dicti depontani senes. Vide Erasmum in Chiliadibus.

[t] *In Tiberim dejecerit*] Alludit ad hoc superius proverbium, significans quendam a Capitone interfectum, et dejectum in Tiberim.

[u] *Alter ex ipsa cæde*] Titus Roscius iste alter est, a quo Glaucia Roma missus est ad nuntiandum Capitoni occisum esse Roscium patrem.

[x] *Ad magistrum*] Nempe lanistam, et gladiatorem, et cædis suasorem.

[y] *Alter*] Capito.

dendum; an quod fecerit, vindicandum sit. Itaque more[13] majorum comparatum est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent. 103. Africanus,[14 z] qui suo cognomine declarat, tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamen, si sua res ageretur, testimonium non diceret: nam illud in talem virum non audeo dicere; si diceret, non crederetur. Videte nunc, quam versa et mutata in pejorem partem sint omnia. Cum de bonis et de cæde agatur, testimonium dicturus est is, qui et sector est et sicarius; hoc est, qui et illorum ipsorum[15] bonorum, de quibus agitur, emtor atque possessor est, et eum hominem[16] occidendum curavit, de cujus morte quæritur. 104. Quid tu, vir optime? ecquid habes,[17] quod dicas? mihi ausculta:[r] vide, ne tibi desis. Tua quoque res permagna agitur. Multa scelerate, multa audaciter, multa improbe fecisti: unum stultissime, profecto tua sponte, non de Erucii sententia: nihil opus fuit, te istic sedere.[18] Neque enim accusatore muto,[19] neque teste quisquam utitur eo, qui de accusatoris subsellio surgit. Huc accedit, quod paulo occultior atque tectior[20] vestra ista cupiditas esset.[s 1] Nunc quid est, quod quisquam ex vobis audire desideret, cum, quæ facitis,[2] ejusmodi sint, ut ea[3] dedita opera a nobis[4] contra vosmetipsos facere videami-

[r] *Pare.* [s] *Deberet esse.*

H S ψ, tres Pall. et edd. vett.—13 C *judicandum sit.* Tum *Ita more* Vet. Schol. *Ita quidem more* Matth. de Weiskii conj.—14 C *Affricanus;* ' et sic perpetuo fere in inscriptionibus antiquis,' ait editor Oxoniensis.—15 H *et illorum et ipsorum.*—16 χ *et cum hom.*—17 C T *et quid habes:* χ *habes,* omisso *ecquid.*—18 *Te istic sedere* de Hotomanni et Manutii conj. habent Lamb. Græv. Ern. Beck. Schutz. Weiske, et Orell. *te isti credere* alii.—19 T *accusatorem:* χ *accusator.* Pro *muto,* C ψ habent *multo;* et Faërnus conj. *invito* legend.—20 *Paulo tamen occ.* H S χ, Jannoctian. Venet. 1480. Junt. Manut. Lamb. Beck. Schutz. Matth. et Orell. probb. Facciol. et Garaton. *paulo ante occ.* C T ψ: *paulo occ.* ceteri. Tum C *atque rectior.*—1 χ *cup. est.*—2 Pal. 1. *quisquam vestrum aud.*. Dein χ *cumque facitis.*—3 Pronomen *ea* suspectum erat Heusingero.—4 *A vobis* C H S T χ ψ, Pall. et edd. ante Lamb. *a nobis* S. Vic-

NOTÆ

[z] *Africanus*] Scipio A. U. C. 553. capta Carthagine, triumphavit, et dictus Africanus est, quia, ut statim dicet, Africam, tertiam orbis partem, superavit.

ni? 105. Age nunc,[a] illa videamus, judices, quæ statim consecuta sunt. [*p.* 36.] XXXVII. Ad Volaterras in castra L. Syllæ mors Sex. Roscii, quatriduo, quo is occisus est,[5] Chrysogono nuntiatur. Quæritur etiam nunc, quis eum nuntium miserit? Nonne perspicuum est, eundem, qui Ameriam? Curat Chrysogonus, ut ejus bona veneant[t] statim; qui non norat hominem aut rem.[6 b] At qui[u] ei venit in mentem, prædia concupiscere hominis ignoti, quem omnino nunquam viderat? Soletis, cum aliquid hujuscemodi auditis, judices, continuo dicere, Necesse est, aliquem dixisse municipem aut vicinum: ii plerumque indicant: per eos plerique produntur.[7] Hic nihil est, quod suspicionem hanc putetis.[8] 106. Non enim ego ita disputabo:[9] Verisimile est, Roscios[10] istam rem ad Chrysogonum detulisse; erat enim eis cum Chrysogono jam antea amicitia:[11] nam cum multos veteres a majoribus Roscii patronos hospitesque haberent, omnes eos colere atque observare destiterunt, ac se in Chrysogoni fidem et clientelam contulerunt.[12] 107. Hæc possum omnia vere[13] dicere: sed in hac causa conjectura nihil opus est. Ipsos certo scio non negare, ad hæc bona Chrysogonum accessisse impulsu suo. Si eum, qui indicii partem[c] acceperit, oculis cernetis;[14] poteritisne dubitare, judices, qui indicarit?[15] Qui sunt igitur in istis bonis,[z] quibus[16] partem Chryso-

[t] *Vendantur.* [u] *Quomodo.* [z] *Qui igitur habent ista bona.*

tor. cum Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. Beck. Matth. Weiske, Schutz. et Orell.

CAP. XXXVII. 5 *Quo occ. est* C: *quod si occ. est* χ.—6 Post verba *aut rem* interrogationis notam poni voluit Lamb.—7 *Plerumque produntur* H: *plerumque produnt* T: *plerique producuntur* al. Pro *plerique*, Weiske conj. *pleraque* legend.—8 *Hoc putetis* H S T χ ψ, Ven. 1480. 1483. non improb. Garaton. In C *hæc petetis*.—9 C *disputo*.—10 C H S T χ ψ *Roscium*.—11 C *antea ea am.*—12 H *clientelam tradiderunt*.—13 *Omnino vere* H S χ: *omnia vera* Junt.—14 H χ *cernitis*.—15 χ *judicarit*.—16 Weiske, *Qui sunt ig., in istis bonis qui-*

NOTÆ

[a] *Age nunc*] A consequentibus probat illos Roscios et Chrysogonum auctores fuisse Sextii Roscii mortis.

[b] *Aut rem*] Id est, bona, quæ ad illum pertinebant.

[c] *Indicii partem*] Accipit causam pro effectu, id est, indicium pro præda, quæ indicio ostensa est.

gonus dederit? duo Roscii. Num quisnam[17] præterea? Nemo est, judices. Num ergo dubium est, quin ii obtulerint[y] hanc prædam Chrysogono, qui ab eo partem prædæ tulerunt?[z] 108. Age nunc, ex ipsius Chrysogoni judicio Rosciorum factum consideremus. Si nihil in ista pugna Roscii, quod operæ pretium esset,[d] fecerant, quam ob causam[18] a Chrysogono tantis præmiis donabantur? Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nonne satis fuit, his gratias agi? denique, ut perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi?[19] Cur tria prædia tantæ pecuniæ statim Capitoni dantur? cur, quæ reliqua sunt, iste Roscius omnia cum Chrysogono communiter possidet? Nonne perspicuum est, judices, has manubias[e] Rosciis Chrysogonum, re cognita, concessisse? XXXVIII. 109. Venit in decemprimis[f] legatus in castra Capito. Totam[20] vitam, naturam, moresque hominis ex ipsa legatione cognoscite. Nisi intellexeritis, judices, nullum esse officium, nullum jus tam sanctum atque integrum, quod non ejus scelus[1] atque perfidia violarit et imminuerit; virum optimum esse eum judicatote. 110. Impedimento est,[2] quo minus[a] de his rebus Sylla doceatur: ceterorum legatorum consilia et voluntatem Chrysogono enuntiat: monet, ut provideat, ne palam res agatur:[3 g] ostendit, si sublata sit venditio[h] bonorum,

[y] *Nuntiaverint.* [z] *Acceperunt.* [a] *Impedit quominus.*

bus, &c.—17 *Num quisquam* C H S, Ven. 1483. Junt. Crat.—18 χ *quam ob rem.* —19 Verba *nonne satis fuit . . . perliberaliter* in T desunt. Pro *perliberaliter*, χ habet *perlibenter*. Tum χ *hon. aliud hab.*

CAP. XXXVIII. 20 T *decem primus leg.* et sic suprascr. in C. Dein χ *in castra. Capite totam, &c.*—1 C H S T χ ψ et alii, item edd. vett. *ejusce vis.*—

NOTÆ

[d] *Quod operæ pretium esset*] Id est, quod valde utile esset Chrysogono in ista Roscii cæde.

[e] *Has manubias*] Manubiæ distinguuntur a præda, quod præda res ipsas ab hoste detractas significet; manubiæ vero pecunias, quæ ex rebus venditis colliguntur a quæstoribus. Ita Gell. XIII. 24. Asconius censet manubias appellari prædam eam, quæ detracta erat ab hoste nobili, et imperatoris erat.

[f] *Venit in decem-pr.*] Objicit Capitoni suam perfidiam in gesta legatione, utpote qui legatos fefellit. De illis decem jam superius.

[g] *Ne palam res agatur*] Ne Sylla illatam Roscio mortem et bona ejus vendita edoceatur.

[h] *Si sublata sit venditio*] Id est, si

illum pecuniam grandem amissurum, sese capitis periculum aditurum:[4] illum acuere;[b i] hos, qui simul erant missi,[5] fallere: illum identidem monere, ut caveret, hisce insidiose spem falsam[k] ostendere:[6] cum illo contra hos inire consilia, horum consilia illi enuntiare: cum illo partem suam depacisci,[c] hisce, aliqua fretus hora,[l] semper[7] omnes aditus ad Syllam intercludere. Postremo isto hortatore, auctore, intercessore,[8] ad Syllam legati non adierunt: istius fide,[m] ac potius perfidia, decepti, (id quod ex ipsis cognoscere poteritis, si accusator voluerit testimonium eis denuntiare)[9 n] pro re certa spem falsam domum retulerunt. **111.** In privatis rebus si qui rem mandatam[d o] non modo malitiosius gessisset, sui quæ-

[b] *Incitare.* [c] *Cum illo convenire de parte sua.* [d] *Mandatum.*

2 χ *eum judicatore impedimento: est.*—3 *Enuntiant* H: *nuntiat* T. *Movet, ut provideat, ne pal. ag.* χ.—4 C *auditurum.*—5 ‘ Hæc *qui simul erant missi* sine causa suspecta Weiskio.’ *Orell.*—6 χ *offendere.*—7 *Hisce al. fretum hora, semper* H S T χ ψ, ed. 1472. Venet. 1483. Crat. Manut. Græv. et Heusinger: *hisce al. fretum ora, semper* Pal. 1. *hisce al. fretis hora, semper* de Pantagathi conj. Schutz. Doering. et Matth. *hisce illa fretum aura, semper* Junt. *hisce, al. fretus mora semper* Orell. *hisce, al. fretus mora, semper* Beck. Menardus suspic. legend. *hisce, aliqua fretus hora, semper;* vulg. *hisce al. fretis aura, semper;* et Ern. *hisce al. ficta causa, semper.* Vid. Delph. Not. et Nott. Varr. Tum *omnis aditus* C H T.—8 Weiske conj. legend. *isto intercessore auctore.*—9 H *test.*

NOTÆ

ex Syllæ decreto sublata sit venditio bonorum Roscii, atque ille tanquam innocens e tabulis proscriptorum deletus fuerit, illum Chrysogonum pecuniam grandem, &c.

[i] *Illum acuere*] Capito incendebat Chrysogonum. Nota hic historicorum more uti infinitivis, pro imperfectis indicativi modi; quod non tam familiare est oratoribus.

[k] *Spem falsam*] Quia promittebat fore, ut Chrysogonus nomen Sexti Roscii de tabulis proscriptorum eximeret.

[l] *Aliqua fretus hora*] Manutius, ut clarior sit sensus, vult legi *aliqua facta mora.* Lambinus, *fretus aura,* quasi ille Chrysogonus inanem aliquam et fallacem instar venti causam afferret, ut eos legatos arceret a Sylla. Sed vulgata lectio non displicet. Vult enim probare Cicero Capitonem aliqua semper occasione fretum socios legationis elusisse, et eis aditum ad Syllam interclusisse, dicendo mox enim negotiis publicis impeditum, mox quiescere, &c.

[m] *Istius fide*] In utramque partem fides appellata est ab antiquis; sed quando in malam partem sumitur, perfidia est.

[n] *Testimonium eis denuntiare*] Id est, eos auctoritate judicis ad ferendum testimonium cogere. Certe Quintilianus lib. v. dicit alios testes esse voluntarios, alios legibus cogi.

[o] *Rem mandatam*] Res mandata, seu mandatum, est contractus qui fit,

stus[10] aut commodi causa, verum etiam negligentius; eum majores summum admisisse dedecus existimabant. Itaque mandati constitutum est judicium,[p] non minus turpe, quam furti; credo propterea, quod, quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria, fides amicorum, supponitur;[e] [*p.* 37.] quam qui lædit, oppugnat omnium commune præsidium, et, quantum in ipso est, disturbat vitæ[11] societatem. Non enim possumus omnia per nos agere: alius in alia est re magis utilis. Idcirco amicitiæ comparantur, ut commune commodum[q] mutuis officiis gubernetur. 112. Quid recipis mandatum, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conversurus es? cur mihi te offers, ac meis commodis, officio simulato, officis, et obstas? recede de medio: per alium transigam. Suscipis onus officii, quod te putas sustinere posse; quod minime videtur grave iis, qui minime ipsi leves sunt. XXXIX. Ergo idcirco turpis hæc culpa est, quod duas res sanctissimas violat,[12] amicitiam et fidem: nam neque mandat quisquam fere, nisi amico; neque credit, nisi ei, quem fidelem putat.[13] Perditissimi est igitur hominis, simul et amicitiam dissolvere, et fallere eum qui læsus non esset, nisi credidisset. 113. Itane est?[r] in minimis rebus, qui mandatum neglexerit,[14]

[e] *Fides amicorum tenet locum nostræ operæ.*

---

ejus den.—10 χ *mal. egisset sui quæstus.*—11 *Vitæ* non est in C.
CAP. XXXIX. 12 ‘*Violet* Schutz. errore typographico?’ *Orell.*—13 χ *qui*

NOTÆ

cum quispiam ab alio rogatus, negotium ejus gratis gerendum suscipit.

[p] *Mandati constitutum est judicium*] Damnatus mandati non minus fit infamis infamia juris, quam qui damnatur furti. Reddit rationem Constantinus imperator in Codice de Mandato: ‘In re mandata non pecuniæ solum, cujus est certissimum mandati judicium, verum etiam existimationis periculum est: nam suæ quidem quisque rei moderator atque arbiter, non omnia negotia, sed pleraque ex proprio animo facit. Aliena vero negotia exacto officio geruntur, nec quicquam in eorum administratione neglectum ac declinatum culpa vacuum est.’

[q] *Ut commune commodum*] Id est, ut singuli ex amicorum benevolentia atque opera commodum capiamus, et illi vicissim ex nostra.

[r] *Itane est*] Id potesne dicere hoc aliter esse?

turpissimo judicio condemnetur necesse est: in re tanta, cum is, cui fama mortui, fortunæ vivi commendatæ sunt atque concreditæ,[f] (damno vivum,) ignominia mortuum affecerit;[15 s] is inter honestos homines, atque adeo inter vivos[16 t] numerabitur? In minimis privatisque rebus, etiam negligentia in crimen mandati, judiciumque infamia[u] revocatur,[17] propterea quod, si recte fiat,[18 x] illum negligere oporteat, qui mandarit, non illum,[19] qui mandatum rece-

[f] *Commissæ et aliis simul.*

fid. put.—14 Schutz. *neglexit.*—15 Vulg. * * * *ign. mort. affec.* In plerisque Mss. lacunæ indicia omittuntur. Ern. e conj. addidit *damno vivum,* cum nota emblematis, ut sensus integer esset. E Jannoctian. receperunt Beck. Schutz. Weiske, Matth. *ignom. mort., egestate vivum affec.* Post *affecerit,* Hotom. putabat aliquid deesse, nempe tale quiddam, *vivum fortunis everterit,* vel *vivum bonis spoliarit:* et eo assentitur Lambinus, qui tamen existimabat potius a Cicerone scriptum fuisse *ad egestatem,* seu *ad mendicitatem vivum redegerit.* Vid. Nott. Varr.—16 ' *Inter viros bonos* tanquam de Facciolati conj. Schutz. sed is simpliciter conj. *inter homines.*' Orell. Vid. Nott. Varr.—17 *Mandata* edidit Doering. *Mandati,* Faërno et Lambino suspectum, delevit Matthiæ. Tum *judiciique infamiam* C H S T, Junt. Crat. Oliv. Lall. Beck. Schutz. Weiske, et Matthiæ: *judiciumque infamiæ* ψ, Puteani et Manutii conj. confirmans: *in crimen judiciumque infame* Lamb. 1566. *judiciumque infamia* vulg. Hotom. sic conj. *mandatique judicium infame:* Gulielm. conj. *judiciumque in familiare vocatur:* Græv. censebat nomen *mandati* non suo loco in libris poni, legendumque *negligentia mandati in crimen judiciumque revocatur.* Pro *revocatur,* Lamb. 1566. Doering. et Weiske habent *vocatur.* Vid. Nott. Varr.—18 Edd. vett. *si propterea quod.* Dein *si ratione fiat* T χ, ed. 1472. Ven. 1480. Beck. Schutz. Matthiæ, et Orell. *si recte fiat* vulg.—19 C *non*

NOTÆ

[s] *Ignominia mortuum affecerit*] Aliquid hic desiderari cum Hotomanno crediderim, ut sensus sit planus, illud v. g. *vivum fortunis everterit, ignominia mortuum affecerit.*

[t] *Atque adeo inter vivos*] Id est, non modo inter homines honestos, sed etiam inter vivos? Ineptam hanc sententiam Hotomannus rejicit. Hoc tamen illæ particulæ significant: unde putat sic corrigendum, *atque adeo inter vivos:* nam discrimen ponit inter virum et hominem, fretus ipso Cicerone Tusc. II. ' ita et tulit dolorem, ut vir: et ut homo, majorem ferre sine causa necessario noluit.'

[u] *Judicium infamia* [*judicii infamiam*] Per judicii infamiam intelligit judicium quod famosum vel infame a jurisperitis appellatur, quia infamiam et turpitudinem affert.

[x] *Quod si recte fiat*] Hic est sensus: Negligentia, inquit Cicero, ejus cui negotium mandatum est, in judicium turpe vocatur, id est, si is, cui negotium mandatum est, negligenter illud administraverit, aget cum eo mandati judicio is qui mandavit; et si probarit judici illum rem mandatam negligenter administrasse, damnabitur ille, et ignominia afficietur. Quid ita? quia si recte fiat, id est, si is, cui res mandata est, officium faciat boni viri, oportet eum qui mandavit, negligere rem quam illi mandavit, et eam prorsus illius curæ relinquere.

perit: in re tanta, quæ publice gesta atque commissa sit, qui non negligentia privatum aliquod[g] commodum læserit, sed perfidia legationis ipsius cærimoniam[y] polluerit maculaque affecerit; qua is tandem pœna afficietur? aut quo judicio damnabitur? 114. Si hanc ei rem privatim Sex. Roscius mandavisset, ut cum Chrysogono transigeret[z] atque decideret,[a] inque eam rem fidem suam, si quid opus esse putaret, interponeret;[b] ille, qui sese facturum recepisset,[h] nonne si ex eo negotio tantulum in rem suam convertisset, damnatus per arbitrum,[c] et rem restitueret, et honestatem omnem amitteret?[d] 115. Nunc non hanc ei rem Sex. Roscius mandavit, sed, id quod multo gravius est, ipse Sex. Roscius cum fama, vita, bonisque omnibus a decurionibus publice Roscio[20] mandatus est:[e] et ex eo T. Roscius non paulum nescio[f] quid in rem suam convertit, sed hunc funditus evertit bonis: ipse tria prædia sibi depactus est:[g] voluntatem decurionum ac municipum[1] omnium tantidem, quanti fidem suam,[h] fecit.

[g] *Alicujus.* [h] *Promisisset.*

---

illud.—20 Schutz. et Matthiæ *T. Roscio.* Delendum *Roscio* censebat Hotom. Dein χ *mandatus,* omisso *est.*—1 χ *municipium.* Vox *omnium* non est in C H S. Pro *tantidem,* S habet *totidem.*

NOTÆ

[y] *Legationis ipsius cærimoniam*] Legationes antiqui tanquam rem aliquam sacram habebant; unde qui legatos violabant, impii habebantur: eos autem cum multis cærimoniis mittebant. Verum illæ cærimoniæ tantum in publicis belli pacisque legationibus, non in privatis adhibebantur: quare ad invidiam Capitoni conflandam hoc addit.

[z] *Transigeret*] Conveniret de bonis Roscii.

[a] *Decideret*] Id est, pactionem faceret.

[b] *Fidem interponeret*] Id est, fidem daret se in conventis permansurum.

[c] *Damnatus per arbitrum*] Qui judex in aliis causis, in his judiciis, in quibus 'ex fide bona' addebatur, arbiter dicebatur. De hoc judicio vide Orat. pro Quintio.

[d] *Honestatem omnem amitteret*] Qui damnabatur per arbitrum, tam infamis, quam qui per judicem, habebatur.

[e] *Mandatus est*] Commendatus est Roscio Capitoni cum mandato, ut pro Sex. Roscio ageret apud Syllam.

[f] *Non paulum nescio*] Id est, non exiguam aliquam pecuniam sibi assumsit.

[g] *Sibi depactus est*] Pactum fecit cum T. Roscio et Chrysogono. Depactus, a verbo Depasciscor.

[h] *Tantidem, quanti fidem suam*] Id est, non pluris fecit fidem suam, quam

XL. 116. Videte jam porro cetera, judices, ut intelligatis, fingi maleficium nullum posse, quo iste sese non contaminarit. In rebus minoribus socium[i] fallere, turpissimum est, æqueque turpe, atque illud de quo ante dixi:[k] neque injuria; propterea quod auxilium sibi se putat adjunxisse, qui cum altero rem communicavit. Ad cujus igitur fidem confugiet, cum per ejus fidem[2] læditur, cui se commiserit? Atqui ea sunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficillime præcaventur.[3] Tecti esse ad alienos possumus: intimi multa apertiora videant, necesse est: socium vero[4] cavere qui possumus? quem etiamsi[5] metuimus, jus officii lædimus. Recte igitur majores eum, qui socium fefellisset, in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. 117. At vero T. Roscius non unum rei pecuniariæ socium fefellit, (quod, tametsi grave est,[6] tamen aliquo modo posse ferri videtur,[7]) verum novem homines honestissimos,[8] ejusdem muneris, legationis, officii, mandatorumque socios, induxit,[l] decepit, destituit, adversariis tradidit, omni fraude et perfidia fefellit. Qui de ejus scelere suspicari nihil potuerunt, socium officii metuere non debuerunt: ejus malitiam non viderunt, orationi vanæ crediderunt. [*p.* 38.] Itaque nunc illi homines honestissimi propter istius insidias parum putantur cauti providique fuisse: iste, qui initio proditor fuit, deinde perfuga,[m] qui primo sociorum consilia adversariis[n] enuntiavit, deinde societatem cum ipsis ad-

---

CAP. XL. 2 Quidam ap. Lamb. pro *fidem* putabat legend. *fraudem* seu *perfidiam*, improb. Lamb. Pro *læditur*, C habet *deditur*.—3 C *præcaverunt*.—4 *Vero* abest a C H S T χ.—5 χ *etiam*, sine *si*.—6 T *grave*, omisso *est*.—7 C χ *fieri videtur*.—8 *Novem* in C H S ψ deest. Pro *honestissimos*, T habet

NOTÆ

voluntatem decurionum, quos per summam perfidiam fefellit.

[i] *Socium*] Eum intelligit, quo cum aliquam societatem aut bonorum omnium, aut alicujus negotiationis aliquis fecit.

[k] *De quo ante dixi*] Nempe mandatum violare.

[l] *Socios, induxit, &c.*] Exprobrat Roscio perfidiam per diversa verba eadem significantia.

[m] *Perfuga*] Perfuga seu transfuga vulgo is appellatur, qui a suis ad hostium partes fugit.

[n] *Adversariis*] Chrysogono.

versariis coiit, terret etiam nos,[9] ac minatur, tribus prædiis, hoc est, præmiis sceleris, ornatus. In ejusmodi vita, judices, in his tot tantisque flagitiis, hoc quoque maleficium, de quo judicium est, reperietis. 118. Etenim quærere ita debetis: ubi multa avare, multa audacter, multa improbe, multa perfidiose facta videtis, ibi scelus[10] quoque latere inter illa tot flagitia putatote. Tametsi hoc quidem minime latet, quod ita promtum et propositum[11] est,[i] ut non ex illis maleficiis, quæ in illo constat[12 o] esse, hoc intelligatur; verum ex hoc etiam, si quod illorum forte dubitabitur,[13] convincatur.[k] Quid tandem, quæso, judices? num aut ille lanista[p] omnino jam a gladiatore recessisse[14 q] videtur; aut iste discipulus[15] magistro tantulum de arte concedere?[16] Par est avaritia, similis improbitas, eadem impudentia,[17] gemina audacia.[l] XLI. 119. Etenim, quoniam fidem magistri[r] cognostis, cognoscite nunc discipuli[s] æquitatem. Dixi jam antea, sæpenumero postulatos esse ab istis duos servos in quæstionem.[t] Tu semper, T. Rosci, recusasti.

[i] *Manifestum est.* [k] *Probetur.* [l] *Similis.*

fortissimos; et sic margo Crat.—9 χ non agnoscit verba *deinde societatem... coiit.* Pro *coiit,* H T habent *coit.* Tum loco *terret* C exhibet *tenet.* Porro in ψ *etiam jam nos.*—10 C H χ *videbitis,* non improb. Beck. Tum Ursinus, Græv. Garaton. et Hensinger censebant legend. *ibi id scelus;* quam conjecturam receperunt Facciol. Lall. Schutz. et Matthiæ.—11 Pro *et propositum* C in marg. habet *vel perspicuum.*—12 χ *constant.*—13 *Verum ex hoc, si quod de illorum sorte dubitabitur* Franc. 1. *De illorum forte dub.* S T et edd. vett. *de illorum forte dubitatur* H χ. *Dubitatur* quoque in C. *Illorum forte dubitabitur* vulg.—14 *A gladiis* Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. et Hensinger: *a gladiatore* al. edd. et Mss. Manutius suspicabatur legend. *a gladiatura.* Pro *recessisse,* plerique Mss. et edd. vett. habent *cessisse.*—15 *Aut is disc.* χ ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. *ut is disc.* T: *aut hic disc.* Vet. Schol. prob. Hotom. et Facciol. improb. Weiskio.—16 χ *concederet;* et C *Pars.*—17 Græv. *imprudentia,* quod Ern. et Beck. putant esse error operarum.

NOTÆ

[o] *In illo constat*] Capitone Roscio.

[p] *Ille lanista*] Nempe Capito, quem jam sæpe ita nominavit.

[q] *A gladiatore* [*gladiis*] *recessisse*] Alludit ad morem gladiatorum, qui periti et diu exercitati gladiatores esse desinebant, et ab arte gladiatoria recedebant.

[r] *Magistri*] Capito in illa sua legatione magister fuit.

[s] *Discipuli*] Titi Roscii Magni.

[t] *Postulatos servos in quæstionem*] Quia servos Roscii exponere quæstioni negant adversarii, indicant manifeste timere se, ne aliquid pro Roscio filio dicant in Titum et Chrysogo-

Quæro abs te, iine, qui postulabant, indigni erant, qui impetrarent? an iste[u] non commovebat,[18] pro quo postulabant? an res ipsa tibi iniqua videbatur? Postulabant homines nobilissimi[x] atque integerrimi[19] nostræ civitatis, quos jam antea nominavi; qui ita vixerunt, talesque a populo Romano putantur,[20] ut, quicquid dicerent, nemo esset, qui non æquum putaret. Postulabant autem[1] pro homine miserrimo atque infelicissimo, qui vel ipse sese in cruciatum dari cuperet, dum de patris morte quæreretur. Res porro abs te ejusmodi postulabatur, ut nihil interesset, utrum eam rem recusares, an de maleficio confiterere.[2 y] 120. Quæ cum ita sint, quæro abs te, quam ob causam recusaris. Cum occiditur[3 z] Sex. Roscius, ibidem fuerunt. Servos ipsos, quod ad me attinet, neque arguo,[a] neque purgo: quod a vobis hoc pugnari[4] video,[m] ne in quæstionem dentur, suspiciosum est. Quod vero apud vos ipsos in honore tanto sunt, profecto necesse est, sciant aliquid, quod si dixerint, perniciosum vobis futurum sit. In dominos quæri[b] de servis iniquum est. Anne quæritur?[5 c] Sex. enim Roscius reus est.[n] Neque enim, cum de hoc quæritur, vos dominos esse dicitis.[6] Cum Chryso-

[m] *Quod video vos repugnare.* [n] *Accusatur.*

Cap. xli. 18 Doering. et Weiske *ut is te comm.* prob. Heusing.—19 Junt. *hom. honestissimi atque integr.*—20 C H S *ita put.*—1 χ *nemo est*, et mox *Postulabam autem.*—2 χ *confideres.*—3 Matthiæ suspic. *Dum occid.*—4 *A vobis oppugnare* S: *a vobis oppugnari* C H T χ ψ et edd. vett.—5 T *iniquum*, sine *est.* C H S T et Ven. 1483. *At ne quær.* Boëmoræus conj. *At nec quær.*—6 *Enim* post *Neque* Heusing. suspic. delend. Weiske et Matth. de Doeringii conj. ediderunt *de his quær. Vos enim dominos* C H S T χ ψ, Guelf. et alii Mss.

NOTÆ

num de hac cæde Roscii patris, cujus illi auctores fuerunt.

[u] *An iste*] Roscius.

[x] *Postulabant homines nobilissimi*] Metellus et Scipio, qui in hac causa advocati sunt, postulabant ut servi in quæstionem darentur.

[y] *De maleficio confiterere*] Non dicit Cicero confiteri crimen, sed de crimine.

[z] *Cum occiditur*] Ad balneas Palatinas Sextus Roscius occisus est.

[a] *Neque arguo*] Quod fuerint adjutores cædis.

[b] *In dominos quæri*] Verba sunt Rosciorum, iniquum est in nos de servis iis quæstionem haberi.

[c] *Anne quæritur*] Responsio Ciceronis.

gono sunt.[d] Ita credo: literis eorum et urbanitate[e] Chrysogonus ducitur,[o] ut inter suos omnium deliciarum atque omnium artium puerulos, ex tot elegantissimis familiis[f] lectos, velit[7] hos versari, homines pæne operarios,[g] ex Amerina disciplina patrisfamiliæ[h] rusticani. 121. Non est ita[i] profecto, judices: non est verisimile,[8] ut Chrysogonus horum literas adamarit, aut humanitatem: non, ut rei[k] familiaris negotio diligentiam cognorit eorum[l] et fidem. Est[9] quiddam, quod occultatur, quod, quo studiosius ab ipsis opprimitur et absconditur, eo magis eminet et appareat. XLII. 122. Quid igitur? Chrysogonus[m] sui maleficii occultandi causa quæstionem de his[10] haberi non vult? Minime, judices. Non in omnes arbitror omnia convenire.[n] Ego in Chrysogono, quod ad me attinet, nihil ejusmodi su-

[o] *Capitur.*

cum ed. Wald. *vos eum dominos* Pariss. *vos eum dominum* Ursini Ms. probb. Lall. et Garaton. et sic Beck. edidit: *vos cum domino esse dicitis* Rom. Brix. Venet. 1483. Med. et Junt. *vos dominos esse* vulg. Menardus suspicabatur ita legend. *Neque enim, cum de hoc quæretur, in vos dominos hoc esse dicetis:* Heusinger. existimavit verba quædam deesse, itaque ante vulg. *vos dominos* duas stellulas apposuit; locumque ita reddi integrum voluit, *Neque, cum de hoc quæritur: in vos quæritur: neque enim dominos esse dicitis;* ‘ quæ,’ Orell. ait, ‘recta est explicatio vulgatæ.’ Ern. conj. *Neque enim, cum de hoc quæritur; de domino quæritur: vos enim dominos esse dicitis.*—7 Ven. 1480. *electos;* et C *velis.*—8 C *Nam ita profecto.* Mox *verisimile* spurium esse putabant Lamb. Schutz. et Matthiæ.—9 ‘ *non. Ut ...fidem, est* male distinxerunt Weiske et Matthiæ.’ *Orell.*

NOTÆ

[d] *Cum Chrysogono sunt*] Verba Rosciorum Magni et Capitonis. Negatis vos esse illorum dominos, et apud vos esse: dicitis esse cum Chrysogono.

[e] *Literis eorum et urbanitate*] Ironia. Curabant aliquando domini, cum plures servos habebant, ut qui ingenio valerent, bonis artibus erudirentur.

[f] *Ex tot elegantissimis familiis*] Multorum bona proscripta sunt a Sylla, et emta a Chrysogono.

[g] *Operarios*] Per homines agrestes et duros intelliguntur qui soliti sunt operari.

[h] *Patrisfamiliæ*] Sexti Roscii.

[i] *Non est ita*] Detegit ironiam, aitque minime recusare, quominus servos in quæstionem exhibeat.

[k] *Non, ut rei*] Id est, non est verisimile, ut rei.

[l] *Diligentiam eorum*] Nempe servorum diligentiam, et fidem, quæ præcipue in ejusmodi hominibus requiruntur.

[m] *Quid igitur? Chrysogonus*] Hunc excusat, et ad tertiam orationis partem venit.

[n] *In omnes arbitror omnia convenire*] Nempe in Roscios et Chrysogonum.

spicor;[o] neque hoc mihi nunc[11] primum in mentem venit dicere. Meministis, me ita distribuisse initio causam, in crimen, cujus tota argumentatio[12] permissa Erucio est, et in audaciam, cujus partes Rosciis impositæ sunt. [*p.* 39.] Quicquid maleficii, sceleris, cædis erit, proprium id Rosciorum esse debebit. Nimiam gratiam potentiamque Chrysogoni, dicimus, et nobis obstare, et perferri nullo modo posse; et a vobis, quoniam potestas data est, non modo infirmari, verum etiam vindicari oportere. 123. Ego sic existimo; qui quæri velit[p] ex iis quos constat, cum cædes facta sit, affuisse, eum cupere[13] verum invenire; qui recuset, eum profecto, tametsi verbo non audeat, tamen re ipsa de maleficio suo confiteri. Dixi initio, judices, nolle me plura de istorum scelere dicere, quam causa postularet, ac necessitas ipsa cogeret. Nam et multæ res afferri possunt, et unaquæque[14] earum multis cum argumentis dici potest. Verum ego, quod invitus ac necessario facio, neque diu, neque diligenter facere possum. Quæ præteriri nullo modo poterant, ea leviter, judices, attigi: quæ posita sunt in suspicionibus,[p] de quibus si cœpero[15] dicere, pluribus verbis sit disserendum, ea vestris ingeniis conjecturæque committo.[q]

XLIII. 124. Venio nunc ad illud nomen aureum Chrysogoni,[q] sub quo nomine tota societas[r] statuitur:[16] de quo, judices, neque[17] quomodo dicam, neque quomodo taceam,

[p] *Haberi quæstionem.* [q] *Relinquo.*

CAP. XLII. 10 H S T χ *tui maleficii.* Mox χ *quæst. ab his.*—11 χ non habet *nunc.*—12 Mss. teste Hotom. *augmentatio:* unde ipse cum Schutz. suspic. scriptum fuisse *coagmentatio.*—13 χ *affuisse, cum et cupere.*—14 Lamb. *et de unaquaque.*—15 Weiske suspic. *cœperim.*

CAP. XLIII. 16 *Tota civitas* χ; et *statuit* C H S T χ ψ.—17 *Neque* in χ

NOTÆ

[o] *Nihil ejusmodi suspicor*] Id est, non suspicor illum patratæ cædis auctorem esse.

[p] *In suspicionibus*] Suspiciones conjecturæ infirmiores sunt.

[q] *Nomen aureum Chrysogoni*] Ironice loquitur ab etymologia vocabuli; nam habet inde nomen Chrysogonus, quod aureum undequaque pariat, inquit Erasmus. Χρυσὸς enim *aurum*, et γόνος *fœtum* significat.

[r] *Tota societas*] Intelligit societatem quam instituerunt inter se duo Roscii cum Chrysogono de bonis

reperire possum. Si enim taceo; vel maximam partem relinquo: sin autem dico; vereor, ne non ille solus (id quod ad me nihil attinet) sed alii quoque plures [s] læsos se esse putent. Tametsi ita se res habet,[18] ut mihi in communem causam sectorum dicendum nihil magnopere videatur. Hæc enim causa nova profecto et singularis est. 125. Bonorum Sex. Roscii emtor est Chrysogonus.[19] Primum hoc videamus, ejus hominis bona qua ratione venierunt, aut quomodo venire potuerunt?[20] Atque hoc non ita quæram, judices, ut id dicam esse indignum, hominis innocentis bona venisse. Si enim hæc audientur, ac libere[1] dicentur; non fuit tantus homo Sex. Roscius in civitate, ut de eo potissimum conqueramur. Verum hoc ego quæro, qui potuerunt ista ipsa lege,[2] quæ de proscriptione est, sive Valeria est, sive Cornelia; [t] (non enim novi,[3] nec scio) verum ista ipsa lege, bona Sex. Roscii venire qui potuerunt? 126. Scriptum enim ita dicunt esse, 'Ut eorum bona veneant, qui proscripti sunt:' quo in numero Sex. Roscius non est: 'Aut eorum, qui in adversariorum præsidiis [r] occisi sunt.' Dum præsidia ulla [u] fuerunt, in Syllæ præsidiis fuit. Posteaquam ab armis recesserunt,[4] in summo otio [s] rediens a

[r] *Castris.* [s] *Pace.*

omittitur.—18 Ven. 1483. et Junt. *res se habet.*—19 In χ deest *nova.* Tum idem Ms. *singularis est bonorum. Sex. Roscii.* Porro C H S T ψ *emtorem,* omisso *est.* Denique C H S *Chrysogonum:* χ *Chrysogono:* ψ *Chrysogonem.*—20 χ *quo ven. pot.* Weiske conj. *venierint ... potuerint.*—1 C H S *aut libere.*—2 H χ *conquerantur:* ψ *conqueratur.* Edd. vett. *Verum ego hoc quæro.* χ non habet *hoc.* Dein χ *potuerint;* et H *ista lege,* omisso *ipsa.*—3 C *non novi.*—4 *Recessum est* duo Pariss. cum Weiskio et Matthiæ, prob. Orell. *discep-*

NOTÆ

Sextii Roscii sibi comparandis.

[s] *Alii quoque plures*] Videlicet sectores.

[t] *Sive Valeria est, sive Cornelia*] Cn. Papirio Carbone in Sicilia, et Mario filio Prænesti, consulibus, L. Flaccus senatus auctoritate interea creatus est, ut pro creandis consulibus comitia haberet: is autem legem tulit, qua rata essent omnia quæ Sylla dictator fecerat. Quam legem longe omnium iniquissimam Cicero contra Rullum pronuntiavit. Dicit autem 'sive Valeria est, sive Cornelia,' quia non examinat an sit a Cornelio Sylla, an Valerius Flaccus ratam illam fecerit, an eam ipse Valerius tulerit.

[u] *Dum præsidia ulla*] Id est, dum aliqua loca armis atque custodiis militum contra adversarios tenebantur.

cœna Romæ occisus est. Si lege;[x] bona quoque lege venisse[5] fateor: sin autem constat, contra omnes, non modo veteres leges,[y] verum etiam novas, occisum esse; bona quo jure, aut quo modo, aut qua lege venierint,[6] quæro. XLIV. 127. In quem hoc dicam, quæris, Eruci? non in eum, quem vis et putas: nam Syllam et oratio mea ab initio, et ipsius eximia virtus omni tempore purgavit. Ego hæc omnia Chrysogonum fecisse dico, ut ementiretur,[t 7] ut malum civem Roscium fuisse fingeret, ut eum apud adversarios[z] occisum esse diceret, ut hisce de[8] rebus a legatis Amerinorum doceri L. Syllam passus non sit.[9] Denique etiam illud suspicor, omnino hæc bona non venisse; id quod postea,[10] si per vos, judices, licitum erit, aperietur. 128. Opinor enim esse in lege, quam ad[11] diem proscriptiones[a] venditionesque fiant: nimirum Kalendas Junias.[12] Aliquot post menses[b] et homo occisus est, et bona venisse dicuntur. Profecto aut hæc bona in tabulas publicas[c] nulla redierunt,[u 13] nosque ab isto nebulone[d] facetius eludimur,[14]

[t] *Plane mentiretur.* [u] *Relata sunt.*

serunt C S: *discesserunt* H ψ, Ven. 1483.—5 S χ *Roma.* Mox *Si* ante *lege* abest a C H S T χ. Porro χ *bona quoque venisse.*—6 Matthiæ de conj. Ern. edidit *aut quo more*, prob. Weiskio. In Mss. fere est *mō.* Tum χ *aut qua lege venerint.*

CAP. XLIV. 7 C *emerentur.* 'Post *fingeret* excidit aliquid, ut, *quod ipsum in causa fuisse videtur.* Ita visum Doeringio.' *Weiske.*—8 Præpositio *de* non est in H S T χ.—9 Ern. Beck. et Weiske suspic. legend. *non pateretur.*—10 χ *omnino hæc omnia invenisse id quod postea.*—11 χ non habet præpositionem ante *diem.*—12 *Nimirum* in Franc. 1. deest: Matthiæ uncis inclusit. Dein *ad Katendas Junias* H S T χ, Guelf. Junt. Ald. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. Præpositionem alii omittunt. In C *Kalendis Januarius:* T *Kal. Jan.*—13 Ven. 1480. *nulla ratione red.* Mss. pauci et edd. quædam

NOTÆ

[x] *Si lege*] Id est, si lege occisus est.

[y] *Omnes, non modo veteres leges*] Aliæ leges vetabant civem Romanum indemnatum necare; aliæ prohibebant de capite civis Romani, nisi centuriatis comitiis judicare.

[z] *Apud adversarios*] In castris Marianorum.

[a] *Quam ad diem proscriptiones*] Lege a Sylla lata bonorum venditioni præfinitus fuit terminus ad Kal. Junias.

[b] *Aliquot post menses*] Mense Septembri ad æquinoctium, Roscius occisus est.

[c] *In tabulas publicas*] Quæstores ærarii omnes tabulas asservabant, in quibus pecunia describebatur, quæ ex bonis publicatis collecta erat.

[d] *Ab isto nebulone*] Chrysogono.

quam putamus; aut, si redierunt, tabulæ publicæ corruptæ[15] aliqua ratione sunt. Nam lege quidem bona venire non potuisse constat.[e] Intelligo, me ante tempus, judices, hæc scrutari, et propemodum errare,[16] qui, cum capiti Sex. Roscii mederi debeam, reduviam curem.[17] [f] Non enim laborat de pecunia: non ullius rationem[18] sui commodi ducit: [*p.* 40.] facile egestatem suam se laturum putat, si hac indigna suspicione et ficto crimine liberatus sit. 129. Verum quæso a vobis, judices, ut hæc pauca, quæ restant, ita audiatis, ut partim me dicere pro me ipso putetis, partim pro Sex. Roscio.[19] Quæ enim mihi ipsi indigna et intolerabilia videntur, quæque ad omnes, nisi providemus, arbitror pertinere; ea pro me ipso, ex animi[20] mei sensu ac dolore, pronuntio. Quæ ad hujus vitæ casum causamque pertineant,[1] et quid hic pro se dici velit, et qua conditione contentus sit, jam in extrema oratione nostra, judices, audietis. 130. Ego hæc a Chrysogono, mea sponte,[2] remoto Sex. Roscio, quæro. XLV. Primum, quare civis optimi bona venierint: deinde, quare hominis[3] ejus, qui neque proscriptus,[4] neque apud adversarios occisus est, bona venierint, cum in eos solos[5] lex scripta sit: deinde, quare aliquanto post eam diem venierint,[6] quæ dies in lege

vett. *nullas red.* prob. Hotomanno.—14 Lamb. *deludimur.*—15 χ *corrupta.*—16 χ *errore.*—17 *Rediviam* T ψ et al. cum Manut. Græv. Oliv. et Lall. *redubiam* Vet. Schol. ap. Orell. *reluviam* Turneb. et Garaton. malebant: *reddi jura* Junt. *recidivam* χ: *rem divinam* T: *reduviam* vulg. C et H omittunt verba *reduviam curem,* spatio relicto. In S . . . *curæ.* T habet *curam, e* suprascr.—18 H *illius rat.*—19 C S *partim Sex. Roscio.*—20 *Et animi* χ ψ, Franc. 1. Ven. 1480. 1483. Junt. Crat.—1 Schutz. edidit *ad hujus vitæ causam pert.* e Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 36.—2 χ *Ego enim a Chrysogono Jud., mea sponte.*

CAP. XLV. 3 χ *venerint.* C et S omittunt *deinde.* Tum H *quare iis hom.*—4 *Neque proscriptus* e conj. Hotomanni receperunt Lamb. Manut. Grut. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. Weiske, Matthiæ, Orell. et ea verba habent C S χ ψ. Facciol. ea posuit post *occisus est.* Al. edd. et Mss. omittunt.—5 In χ et Guelf. desunt *deinde quare hom. . . . bona venierint.* Tum H S *quin in*

NOTÆ

[e] *Constat*] Propter tempus lege præfinitum.

[f] *Reduviam curem*] Reduvia est ulceratio digitorum circa ungues, ex qua quandoque decidunt. Festus etiam 'rediviam' dicit, a veteri vocabulo 'redivire,' id est, solvere.

præfinita est: deinde, cur tantulo venierint.[7] [g] Quæ omnia si, quemadmodum solent liberti nequam et improbi facere, in patronum suum [h] voluerit conferre; nihil egerit. Nemo est enim,[8] qui nesciat, propter magnitudinem rerum multa multos, [partim connivente[9]] partim imprudente L. Sylla, commisisse.[10] 131. Placet igitur in his rebus aliquid imprudentia præteriri?[11] [i] non placet, judices: sed necesse est.[k] Etenim si Jupiter optimus maximus, cujus nutu et arbitrio cœlum, terra, mariaque reguntur, sæpe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore, hominibus nocuit, urbes delevit, fruges perdidit; quorum nihil, pernicie[12] causa,[l] divino consilio, sed vi ipsa et magnitudine rerum, factum putamus; at contra, commoda[13] quibus utimur, lucemque qua fruimur, spiritumque quem[14] ducimus, ab eo nobis dari atque impertiri videmus; quid miramur, L. Syllam,[15] cum solus rempublicam regeret, orbemque terrarum gubernaret,[16] imperiique majestatem, quam armis receperat,[x] legibus[17] confirmaret, aliqua animadvertere non potuisse?

[x] *Recuperaverat.*

---

eos solos.—6 C *post eam diem venierit.*—7 In χ omittuntur verba *quæ dies ... venierit.*—8 Deest *enim* in Franc. 1.—9 Verba *partim connivente* absunt ab omnibus Mss. et edd. vett. item ea omittunt Beck. Schutz. Matth. et Orell. Vict. ea addidit, quem Crat. Hervag. Manut. Lamb. Grut. Græv. Oliv. sequuntur. Garaton. conj. *multa multos privatim, imprud.* prob. Beck.—10 χ *commissæ.*—11 Idem Ms. *reperiri.*—12 *Pernicii* Crat. Lamb. Græv. Grut. Oliv. Beck. Heusinger. Schutz. Orell. et sic Aul. Gell. Noct. Att. IX. 14. *perniciei* Franc. 1. et Lall. *perniciæ* Pall. et nonnullæ edd. vett. *pernicie* C H S T χ ψ et edd. pr. omnes, cum Matth. et Weiskio. In ed. 1472. *pernicie nihil div. cons.* Vid. Nott. Varr.—13 C H S T χ *commodis.*—14 T non habet *quem.*—15 Vet. Schol. ap. Orell. *quid miramur, judices, L. Syllam.*—16 H *gubernet.*—17 Franc. 1. *armis acceperat.* Lamb. conj. *armis reciperarat.* Tum *cum legi-*

NOTÆ

[g] *Tantulo venierint*] Nempe duobus nummum millibus, cum essent sexagies sestertium. De his supra § 6. nott. [l] et [m].

[h] *In patronum suum*] Syllæ libertus fuit Chrysogonus.

[i] *Præteriri*] A Sylla.

[k] *Necesse est*] Nempe a Sylla multa præteriri.

[l] *Pernicie causa*] In genitivo pro *perniciei.* Priscianus notavit similem ablativo hunc efferri genitivum apud veteres Latinos. Alii legunt *pernicii*, citantque Aul. Gellium lib. IX. qui vetuste dici vult, dies, dii; luxuries, luxurii.

nisi hoc mirum est, quod vis divina assequi non possit, si id mens humana adepta non sit. 132. Verum, ut hæc[m] missa faciam, quæ jam facta sunt; ex iis, quæ nunc maxime[y] fiunt, nonne quivis potest intelligere, omnium architectum et machinatorem unum esse Chrysogonum, qui Sex. Roscii nomen deferendum curavit? hoc judicium, cujus honoris[18] causa accusare se dixit Erucius?[n]

Desunt non pauca.[19]

XLVI. ** aptam, et ratione dispositam se habere existimant,[20] qui in Salentinis aut in Brutiis[o] habent,[z] unde vix ter in anno audire nuntium possunt.

133. Alter tibi descendit de palatio[p] et ædibus suis: habet animi relaxandi[1] causa rus amœnum et suburbanum,[q] plura[2] præterea prædia, neque tamen ullum, nisi præcla-

[y] *Hoc ipso tempore.* [z] *Habitant.*

bus C S ψ, Franc. 1. Ven. 1480. *ut legibus* T χ.—18 Lamb. 1566. e conj. *qui hoc jud. conflavit, cujus hon.* Boëmoræus legend. putabat *hoc judicium. Ejus hon.*—19 Post *Erucius* in S et ψ est spatium vacuum plusquam paginæ et in marg. ab eadem manu scriptum est, 'Deficit: tantundem enim in codice antiquo deficiebat.' T habet nullam defectionis notam: C habet plus quam totam paginam vacantem; et H spatium aliquot linearum, et in marg. ab eadem manu scribitur, 'Deficit hic multum.' In χ parva lacuna est. Supplementum lacunæ a Lambino propositum repetiit in notis Matthiæ: habet se ita, *Alii item Syllæ liberti non mediocres rei familiaris copias repente consecuti sunt, qui antea erant egentissimi: ædes amplissimas coëmerunt, qui antea tectum, quo, imbris causa succederent, non habebant. Fundos, prædia, villas possident, quibus nuper, pedem in suo ubi ponerent,* (Matth. *pedem in quo pon.*) *non erat. Sed quid ad Chrysogonum? Fundis hi, et villis remotis et deviis, neque ita fructuosis contenti sunt: ille villas habet suburbanas opportunissimas, instructissimas, ac fructuosissimas. Hi domum aptam, et ratione, &c.* Orell. e Vet. Schol. ita edidit: *Erucius?* (*Desunt non pauca.*) * * *in vico Pallacine* * * [*maxime metu ut Sullam scilicet*] * * *se* * * *in Veientanam* * * *manu prædia prædiis* * * *hic ego audire istos cupio* * * *aptam, et ratione, &c.* sed Vet. Schol. habet *Pallacrine*, et pro *metu ut* Schutz. conj. *metuit* legend. Deinde χ *apertam, et ratione.*

CAP. XLVI. 20 χ *existimavit.*—1 χ non habet *animi.* Verbum *relaxandi*, quod abest a C T, et Matth. delevit, Orell. uncis includit.—2 χ *et plura.*—

NOTÆ

[m] *Verum, ut hæc*] Post excusationem Syllæ jam redit ad Chrysogonum, cujus vitam et luxum arguit.

[n] *Accusare se dixit Erucius*] Desunt omnia, quibus ostendit neque venire bona potuisse, neque venisse.

[o] *Salentinis aut in Brutiis*] In extrema Italia populi illi sunt versus meridiem.

[p] *Alter tibi descendit de palatio*] Chrysogonus habuit domum in colle Palatino, ubi tantummodo principes civitatis habitabant.

[q] *Suburbanum*] Suburbanum præ-

rum et propinquum: domus referta[3] vasis Corinthiis[r] et Deliacis,[s] in quibus est authepsa[4] illa,[t] quam tanto pretio[5] nuper mercatus est, ut, qui prætereuntes pretium enumerari[6] audiebant, fundum venire[u] arbitrarentur. Quid præterea cælati argenti? quid stragulæ vestis?[x] quid pictarum tabularum?[y] quid signorum? [*p.* 41.] quid marmoris apud illum putatis esse? tantum scilicet, quantum e multis splendidisque familiis in turba et rapinis[z] coacervari una in domo potuit.[7] Familiam vero quantam, et quam variis cum artificiis[a] habeat,[8] quid ego dicam? 134. Mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores,[9 a] lecticarios.[b] Animi et aurium causa[10] tot homines habet, ut quotidiano cantu

[a] *Artificibus.*

3 Idem Ms. *refecta.*—4 Al. *anthepsa:* T *aut capsa.*—5 C H S *quam tanti pretio.*—6 *Aut qui præt. quid pretium enumerare* ψ*: ut quidam præt. qui id pret. enumerari* Pal. 1. *ut qui præt. quid præcœnum numerare* S.Vict. unde Grut. conj. legend. *ut quidem præt. qui id præconi annumerari,* improb. Ern. In H *pretium numerari:* S *quid pretium numerare:* T *aliquam pecuniam numerare:* Guelf. *pretium enumerare:* Mss. pauci, Ven. 1483. Junt. *pretium numerare.* Vulg. ut Ern.—7 χ *una vi nemo pot.*—8 Idem Ms. *habebat.*—9 C et S *artis vulgares.* Pro *pistores,* χ habet *piscatores,* et ψ *pictores.*—10 Pro *causa* χ habet *eam.*—

NOTÆ

dium est urbi vicinum.

[r] *Vasis Corinthiis*] Id est, conflatis ex ære Corinthiaco vasis: porro illud æs celeberrimum olim fuit apud antiquos, et conflatum ex variis metallis, quæ in unum coaluerunt, cum tota exarsit illa civitas.

[s] *Et Deliacis*] Antiquissimum etiam fuit æs Deliacum, et toto orbe famosissimum.

[t] *Authepsa illa*] Authepsa fuit ollæ æneæ genus quoddam; ita dictum, quasi per se ipsum coquens: quod tam artificiose factum erat, ut minimo igne supposito, facile bulliret.

[u] *Fundum venire*] Jurisconsulti fundum appellant omne ædificium, et omnem agrum qui huic adjunctus est.

[x] *Stragulæ vestis*] Vestes stragulæ modo sumuntur pro omnibus vestibus quæ insternuntur, ut vult Alciatus de Verb. Sign. modo pro opertoriis lectorum, ut scribit Varro L. L. l. IV. modo pro tapetis et aulæis, ut Martialis Epigr. ult. 'Stragula purpureis lucent villosa tapetis.'

[y] *Pictarum tabularum*] Pictæ tabulæ et signa sunt imagines et statuæ, sive illæ aureæ sint, sive argenteæ, marmoreæ, aut cereæ; quæ omnes maximo in pretio apud Romanos habitæ sunt.

[z] *In turba et rapinis*] Id est, in proscriptionibus bonorum, quæ a Sylla factæ sunt.

[a] *Pistores*] Atreius Capito pistores tantum eos esse tradit appellatos, qui far pinsebant, et qui panem tostum lautioribus hominibus coquebant.

[b] *Lecticarios*] Lecticarii, qui lecticas humeris portabant.

vocum,[c] et nervorum, et tibiarum, nocturnisque conviviis tota vicinitas personet. In hac vita,[b] judices, quos sumtus quotidianos, quas effusiones fieri putatis? quæ vero convivia? honesta, credo, in ejusmodi domo; si domus [11] hæc habenda est potius, quam [12] officina nequitiæ et diversorium [d] flagitiorum omnium. 135. Ipse vero quemadmodum composito [e] et delibuto [c] [13] capillo passim per forum volitet cum magna caterva togatorum,[f] videtis, judices. Etiam videtis, ut omnes despiciat, ut [14] hominem præ se [d] neminem putet; ut se solum beatum, solum potentem putet. Quæ vero efficiat, et quæ conetur, si velim commemorare, vereor, judices, ne quis imperitior existimet, me causam [e] nobilitatis [g] victoriamque voluisse lædere; tametsi meo jure possum, si quid in hac parte mihi non placeat, vituperare. Non enim vereor, ne quis alienum me animum habuisse a causa nobilitatis existimet. XLVII. 136. Sciunt ii, qui me norunt, me, pro illa tenui infirmaque parte,[h] (posteaquam id, quod maxime volui,[15] fieri non potuit, ut componeretur)[f] id maxime defendisse, ut ii vincerent, qui

[b] *In hac ratione vivendi.* [c] *Uncto.*
[d] *In comparatione sui.* [e] *Partes.* [f] *Ut conciliarentur.*

11 ψ *in ejusmodi modo si domus.*—12 *Quam* non est in χ.—13 Al. *dilibuto.*—14 Verba *Etiam videtis* omittunt H S χ ψ, Manut. Lamb. Gothofred. Grut. Oliv. In C T, Græv. Lall. et Orell. *Etiam videtis, judices.* Al. *Etiam videtis.* Tum Franc. 1. *ut homines despiciat.* Grut. omisit *ut* ante *hominem.*
CAP. XLVII.—15 Post *parte* Garaton. suspicabatur aliquod verbum deesse.

NOTÆ

[c] *Cantu vocum, &c.*] Triplex concentus est ad oblectationem aurium: ille qui fit ære per cantum; manu per nervos; flatu per tibias.

[d] *Et diversorium*] Diversorium locus est quo sese hospites ex itinere recipiunt. Per translationem dicit in domum Chrysogoni omnia vitia diversari.

[e] *Composito*] In cirros videlicet et cincinnos capillos compositos, et odoribus delibutos habebat.

[f] *Caterva togatorum*] Romanos carpit, qui se illius clientelæ addixerant: clientes autem suum patronum honoris causa semper fere comitabantur. Hos ideo carpit quod libertinum hominem tam officiose observabant.

[g] *Causam nobilitatis*] Sylla et alii nobiles, qui eum ducem secuti sunt, victoriam de Mario et plebeiis retulerunt.

[h] *Infirma parte*] Per partem infirmam Marium et plebeios intelligit, qui a Syllanis victi sunt.

vicerunt.[16] Quis enim erat, qui non videret, humilitatem cum dignitate de amplitudine[g] contendere? quo in certamine[17] perditi civis erat, non se ad eos jungere, quibus incolumibus[h 18] et domi dignitas et foris auctoritas retineretur.[i 19] Quæ perfecta esse, et suum cuique honorem et gradum redditum, gaudeo, judices, vehementerque lætor: eaque omnia Deorum voluntate, studio populi Romani, consilio, et imperio,[20] et felicitate L. Syllæ, gesta esse intelligo. 137. Quod animadversum est[1] in eos,[i] qui contra omni ratione pugnarunt, non debeo reprehendere: quod viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis extitit,[2] honos habitus est,[k] laudo. Quæ ut fierent, idcirco pugnatum esse arbitror, meque[3] in eo studio partium fuisse confiteor. Sin autem id actum est,[4] et idcirco arma sumta sunt, ut homines postremi[k l] pecuniis alienis locupletarentur, et in fortunas uniuscujusque impetum facerent, et id non modo re prohibere non licet, sed ne verbis quidem vituperare; tum vero in isto bello non recreatus, neque restitutus, sed subactus oppressusque populus Romanus est. 138. Verum longe aliter est. Nihil horum est, judices. Non modo non lædetur[5] causa nobilitatis, si istis hominibus resistetis, verum etiam ornabitur. XLVIII. Etenim qui hæc vituperare volunt,[6 m] Chrysogonum tantum posse queruntur: qui laudare volunt, concessum ei non[7]

[g] *De magnitudine.* [h] *Victoribus.*
[i] *Dignitas in urbe conservaretur, et auctoritas extra urbem.* [k] *Infimi.*

Mox Vet. Schol. *quod maxime voluerim.*—16 *Qui vicerunt* in T desunt.—17 χ *quo cert.*—18 Idem Ms. *qui incol.*—19 χ *retinetur.*—20 Pro *imperio,* χ habet *auctoritate.*—1 In eodem Ms. *Quod animadvertendum est.*—2 H S *existit.*—3 χ *neque.*—4 Idem Ms. *Sin autem ubi actum est.*—5 C H S T χ *læditur.*

NOTÆ

[i] *Quod animadversum est in eos*] Puniti sunt Mariani proscriptionibus, et bonorum publicationibus.

[k] *Honos habitus est*] Concessa sunt præmia Syllanis militibus ex pecuniis quæ collectæ sunt ex bonis proscriptorum venditis.

[l] *Homines postremi*] Id est nequam et perditi, quales sunt Roscii et Chrysogonus, qui nuper e servitute manumissus a Sylla est.

[m] *Hæc vituperare volunt*] Id est, hanc victoriam quam Sylla cum nobilitate reportavit.

esse[n] commemorant. Ac jam nihil est, quod quisquam aut[8] tam stultus aut tam improbus sit, qui dicat, 'Vellem quidem liceret:[o] hoc dixissem.' Dicas licet. 'Hoc fecissem.' Facias licet: nemo prohibet. 'Hoc decrevissem.' Decerne, modo recte:[9] omnes approbabunt. 'Hoc judicassem.' Laudabunt omnes, si recte et ordine[p] judicaris.[10] 139. Dum necesse erat, resque ipsa[11] cogebat, unus omnia[q] poterat: qui posteaquam magistratus creavit, legesque constituit, sua cuique procuratio auctoritasque est restituta. Quam si retinere volunt ii, qui[r] recuperarunt;[12] in perpetuum poterunt obtinere. Sin has cædes et rapinas, et hos tantos tamque profusos sumtus aut facient, aut approbabunt; nolo in eos gravius quicquam, ne ominis[13 s] quidem causa dicere. Unum hoc dico: nostri isti nobiles,[t] nisi vigilantes, et boni, et fortes, et misericordes erunt; iis hominibus, in quibus hæc erunt, ornamenta sua[l] concedant necesse est. 140. Quapropter desinant aliquando dicere, male aliquem locutum esse, si quis vere ac libere[14] locutus sit: [*p.* 42.] desinant suam causam cum Chrysogono communicare: desinant, si ille læsus sit, de se aliquid detractum arbitrari: videant, ne turpe miserumque[15] sit, eos, qui equestrem splendorem[u] pati non potuerunt, servi

[l] *Magistratus suos.*

Cap. xlviii. 6 C *nolunt.*—7 *Non* in ψ deest.—8 C et H omittunt *aut.*—9 χ *Hoc decrevissem decernere. Modo recte.* Pro *recte*, T habet *ratione.*—10 *Si ratione et ordine* T, Ven. 1480. et Schutz. improb. Orell. Dein *judicares* χ.—11 χ *res ipsa.*—12 *Qui reciperarunt* C S: *qui receperunt* Naug. Crat. et Lamb.—13 T ψ *hominis:* χ *homines:* diu editum fuit *nominis*, teste Gara-

NOTÆ

[n] *Concessum ei non esse*] A Sylla, quo inscio id facit.

[o] *Vellem quidem liceret*] Prosopopœia alicujus, qui conqueritur de Sylla opprimente rempub.

Liceret] Nempe loqui libere, et Sylla annuente.

[p] *Si recte et ordine*] Id est, si bene, si ordine, et sapienter; nam ordo ex sapientia, et ex apta rerum compositione nascitur.

[q] *Unus omnia*] Sylla summum habebat imperium.

[r] *Qui*] Id est, nobiles.

[s] *Ne ominis*] Ne videar ominari aliquid in eos mali.

[t] *Nostri isti nobiles*] Eos indicat qui gerunt magistratus.

[u] *Equestrem splendorem*] Sylla equitesjudicandi potestatespoliavit,quam

nequissimi[x] dominationem ferre posse. Quæ quidem dominatio, judices, in aliis rebus[y] antea versabatur: nunc vero[16] quam viam munitet, quod iter[17] affectet, videtis: ad fidem,[z] ad jusjurandum,[a] ad judicia vestra, ad id, quod solum prope in civitate sincerum sanctumque restat. 141. Hicne etiam sese putat aliquid posse[18] Chrysogonus? Hic etiam potens esse vult? O rem miseram atque acerbam! Neque, mehercules, hoc indigne fero, quod verear, ne quid possit: verum quod ausus est, quod speravit, sese apud tales viros aliquid ad perniciem posse innocentis,[19 b] id ipsum queror. XLIX. Idcircone experrecta[20] nobilitas,[c] armis atque ferro rempublicam recuperavit, ut, ad libidinem suam, liberti servulique nobilium, bona, fortunas vestras nostrasque vexare[1] possent? 142. Si id actum est, fateor me errasse, qui hoc maluerim;[d] fateor insanisse, qui cum illis senserim: tametsi inermis, judices, sensi. Sin autem victoria nobilium ornamento atque emolumento reipublicæ populoque Romano[2] debet esse; tum vero optimo et nobilissimo cuique meam orationem gratissimam esse oportet. Quodsi quis est,[e] qui et se et causam lædi putet, cum

tonio.—14 C *Si qui;* et T *vere et libere.*—15 χ *miserrimumque.*—16 ψ *vexabatur.* Pro *nunc vero,* χ habet *judices quæro.*—17 Pro *munitet,* χ *minitet,* ψ *immitet.* C T et Ven. 1480. *et quod iter:* al. *quo iter.* Boëmoræus putabat legend. *quo viam mun., quo iter.*—18 χ *aliquid esse.*—19 Deest *posse* ante *innocentis* in χ, duobus Pall. S. Victor. et quibusdam edd. vett. In Pal. 1. legitur, *quod sperarit sese apud viros posse aliquid ad pern. innoc.* unde Gronov. conj. *quod speravit esse apud tales viros aliquid ad pern. innoc.* Grut. censebat legend. *quod speravit ipse apud tales viros aliquid ad pern. innoc.*

CAP. XLIX. 20 Pro *Idcircone,* T χ habent *ne;* et pro *experrecta* C H T χ ψ, nonnulli Pall. et edd. vett. *expectata.*—1 Schutz. et Matth. *bona et fortu-*

NOTÆ

ab annis quinquaginta lege Sempronia habuerant, et eam ad senatum transtulit.

[x] *Servi nequissimi*] Chrysogoni tyrannidem arguit.

[y] *In aliis rebus*] Id est, in proscriptionibus et sectionibus.

[z] *Ad fidem*] Fides exigitur ab iis qui judicant.

[a] *Ad jusjurandum*] Delecti judices jurabant se juste judicaturos.

[b] *Ad perniciem innocentis*] Ad perdendum Sextum Roscium innocentem.

[c] *Experrecta nobilitas*] Quæ quasi sopita videbatur, ante illos motus civiles, excitata est.

[d] *Hoc maluerim*] Ut nobiles vincerent.

[e] *Quodsi quis est*] Separat causam nobilium a causa Chrysogoni.

Chrysogonus vituperetur;[3] is causam ignorat, se ipsum prope non novit.[f] Causa enim splendidior fiet, si nequissimo cuique resistetur. Ille improbissimus[4] Chrysogoni fautor,[g] qui sibi cum illo rationem communicatam putat, læditur,[5] cum ab hoc splendore causæ separatur.[6]

143. Verum hæc omnis oratio (ut jam ante dixi) mea est; qua me uti respublica, et dolor meus, et istorum injuria[h] coëgit. Sed Roscius horum nil indignum putat: neminem accusat: nihil de suo patrimonio queritur: putat, homo imperitus morum,[7] agricola et rusticus, ista[8] omnia, quæ vos[i] per Syllam gesta esse dicitis, more, lege, jure gentium facta: culpa liberatus, et crimine nefario solutus, cupit a vobis discedere. 144. Si hac indigna suspicione careat, animo æquo se carere suis omnibus commodis dicit: rogat oratque te,[9] Chrysogone, si nihil de patris fortunis amplissimis in suam rem convertit; si nulla in re te fraudavit; si tibi optima fide sua omnia concessit, annumeravit, appendit;[k] si vestitum,[10] quo ipse tectus erat, annulumque de digito[l] suum tibi[11] tradidit; si ex omnibus rebus se ipsum nudum, neque præterea quicquam excepit; ut

nas. H S T *vestras atque nostras vexare.*—2 C *populique Rom.*—3 Weiske e conj. *vituperatur.*—4 χ *cuique resistentior ille improb.*—5 Franc. 1. *rat. comm. velit, læd.* In ψ *lædatur.*—6 Schutz. suspicatur verba *Ille improbissimus... separatur* ab enarratore aliquo adjecta esse. Pro *separatur*, T habet *superatur.*—7 Ven. 1480. et Junt. *imp. morum civilium.* In marg. Lamb. ed. notatur alios legere *rerum.*—8 H omittit *ista.*—9 *Te* non est in χ.—10 C *vestitus.*—11 *Anulumque deditos suum tibi* C H S ψ: *anullumque dedit os suum sibi* T: *annulumque dedit. os suum sibi* χ: *annulum* (seu *annulumque*) *dedit, os suum tibi* Mss. plerique et edd. vett. Verburg. *os* in *rus* mutari voluit. Hotomann. defendit *os dare* e forma 'os præbere,' h. e. morem gerere. *annulum de digito suum tibi* Lamb. e conj. cum Manut. Grut. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz.

NOTÆ

[f] *Se ipsum non novit*] Ignorat se esse nobilem Rom. qui nullam societatem cum Chrysogono liberto homine facere debet.

[g] *Chrysogoni fautor*] Fortasse Capitonem pungit, qui in societatem sceleris venit cum Chrysogono de perdendo cognato suo.

[h] *Istorum injuria*] Injuria quam patitur a Rosciis duobus et Chrysogono, coëgit Ciceronem loqui liberius.

[i] *Quæ vos*] Accusatores alloquitur.

[k] *Annumeravit, appendit*] Pecunia partim numerabatur, partim appendebatur.

[l] *Annulum de digito*] Annulo aureo distinguebantur equites a plebeiis, et angusto clavo a senatoribus, quorum latus clavus erat insigne.

sibi per te liceat innocenti[12] amicorum opibus vitam in egestate degere. L. 145. Prædia mea tu possides; ego aliena misericordia vivo: concedo; et quod animus æquus est,[m] et quia necesse est.[13] Mea domus tibi patet, mihi clausa est: fero. Familia mea maxima[14 m] uteris, ego servum habeo nullum: patior, et ferendum puto. Quid vis amplius? quid insequeris? quid oppugnas? qua in re tuam voluntatem lædi a me putas? ubi tuis commodis officio? quid tibi obsto? Si spoliorum causa vis hominem occidere, spoliasti.[15] Quid quæris amplius? Si inimicitiarum; quæ sunt tibi inimicitiæ cum eo, cujus ante prædia[16] possedisti, quam ipsum cognosti?[17] Sin metuis; ab eone aliquid metuis,[18] quem vides ipsum ab sese tam atrocem[19] injuriam propulsare non posse? Sin, quod bona,[20] quæ Roscii fuerunt, tua facta sunt, idcirco hunc illius filium studes perdere; nonne ostendis, id te vereri, quod præter ceteros[n] tu metuere non debeas,[1] ne quando liberis proscriptorum bona patria[2] reddantur? [*p.* 43.] 146. Facis injuriam, Chrysogone,[3] si majorem spem emtionis tuæ in hujus exitio ponis, quam in his rebus[4] quas L. Sylla gessit.[o] Quodsi tibi causa nulla est, cur hunc miserum tanta calamitate affici velis; si tibi omnia sua, præter animam,[n] tradidit, nec sibi quicquam paternum, ne monumen-

[m] *Fero æquo animo.* [n] *Præter vitam.*

Weiske, Matth. et Orell.—12 ψ *innocentia.* Mox S T χ *in egestatem degere.* Cap. L. 13 C H T ψ *æquus esset.* Tum C H S *quia nec. est,* omissa copula.—14 Ven. 1480. *maxime.*—15 C *causa velis hom.* Abest *spoliasti* a C H S ψ.—16 Ven. Junt. et Lamb. *antea prædia.*—17 S *cognosci.*—18 Heusing. conj. *Sin metus.* Tum Græv. e Franc. 1. edidit *aliquid metuas,* ut est in Guelf.—19 C T *a se:* H *ab se:* et T *tamen atrocem.*—20 C H T χ *Sin bona.*—1 χ *ceteros te met.* Garaton. et Heusinger. *non debebas.*—2 C *patriam.*—3 C *Facis injuria, Chrysogono:* Lamb. 1566. *Facis injuriam L. Syllæ, Chrysogone.*

NOTÆ

[m] *Familia mea maxima*] Familia maxima appellabatur, ubi maxima erat servorum multitudo.

[n] *Præter ceteros*] Præ ceteris accusatoribus apud Syllam gratia et auctoritate valebat Chrysogonus.

[o] *Quas L. Sylla gessit*] Intelligit res quæ gestæ sunt a Sylla, et quas Flaccus interrex ratas habuit.

ti[o] quidem causa, reservavit;[5] per Deos immortales,[6] quæ ista tanta crudelitas est? quæ tam fera immanisque natura? Quis unquam prædo fuit tam nefarius, quis pirata tam barbarus, ut, cum integram prædam sine sanguine habere posset, cruenta spolia detrahere mallet? 147. Scis hunc[7] nihil habere, nihil audere, nihil posse, nihil unquam contra rem tuam cogitasse: et tamen oppugnas eum, quem neque metuere potes, neque odisse[8] debes, nec quicquam habere jam reliqui[9] vides, quod ei detrahere possis; nisi hoc indignum putas, quod vestitum sedere in judicio vides; quem tu e patrimonio, tanquam e naufragio, nudum expulisti. Quasi vero nescias, hunc et ali et vestiri a Cæcilia,[p] Balearici filia, Nepotis sorore,[10] spectatissima fœmina; quæ cum patrem clarissimum,[11] amplissimos patruos,[q] ornatissimum fratrem haberet, tamen, cum esset mulier, virtute perfecit, ut, quanto honore[12] ipsa[r] ex illorum dignitate afficeretur, non minora illis ornamenta ex sua laude redderet. LI. 148. An quod diligenter defenditur, id tibi indignum facinus videtur? Mihi crede, si pro patris ejus hospitiis et gratia vellent omnes hujus[13] hospites adesse, et auderent libere defen-

[o] *Sepulturæ.*

—4 C, Lamb. et Orell. *in iis rebus.*—5 *Ne monumentum quidem causa dare servavit* χ: *ne monumenti causa clare servavit* S. Vict. *ne monumenti quidem clare servavit* Pal. 8. *ne monumenti quidem clam servavit* Pal. 1. Pro *reservavit*, C H S quoque habent *clare servavit:* T *dare servavit:* et ψ *clam reservavit.*—6 Ms. ap. Græv. *per Deos immortalis.*—7 C H S T χ *nunc.*—8 χ *quem neque odisse;* et Lamb. *neque quidquam.*—9 T *relinqui.*—10 Pro *Balearici*, C H habent *Bellarii;* S T ψ *Balearis;* et χ *Halearis.* Tum H *Nepoti.* Verba *Bal. fil., Nep. sorore* suspecta erant Ernestio, Garatonio, Beckio, et Schutzio.—11 χ *patrem amplissimum.*—12 Lamb. conj. *quantocumque hon.* Ern. suspic. *cum tanto hon.* Weiske e conj. edidit *quanto quanto hon.*

CAP. LI. 13 Pro *hospitiis*, C H S χ *hospitis.* Verba *hospitiis et gr. vell. omn.*

NOTÆ

[p] *A Cæcilia*] Jam de hac muliere dictum superius, § 27. not. [a].

[q] *Amplissimos patruos*] Plures ex eadem familia Metelli claruere, præcipue Macedonicus, Numidicus, Balearicus, Creticus, Dalmaticus, qui a populis a se devictis ita sunt appellati.

[r] *Ut quanto honore ipsa*] Laudat Cæciliam et Messallam, et reliquos Roscii hospites et amicos, qui Roscium apud se non reciperent, si sontem eum ac improbum scirent.

dere; satis copiose defenderetur. Sin autem pro magnitudine injuriæ, proque eo, quod summa respublica[14 s] in hujus periculo tentatur, hæc omnes vindicarent;[15] consistere, mehercule, vobis isto in loco[16] non liceret. Nunc ita defenditur, non sane ut moleste ferre adversarii debeant, neque ut se potentia superari putent. 149. Quæ domi gerenda sunt, ea per Cæciliam transiguntur: fori judiciique rationem Messalla,[t] ut videtis, judices, suscepit:[17] qui si jam satis ætatis[u] atque roboris haberet, ipse pro Sex. Roscio diceret. Quoniam ad dicendum impedimento est ætas, et pudor, qui ornat ætatem; causam mihi tradidit, quem sua causa cupere[18 x] ac debere intelligebat: ipse assiduitate, consilio, auctoritate, diligentia perfecit, ut Sex. Roscii vita, erepta de manibus sectorum,[19] sententiis judicum permitteretur. Nimirum, judices, pro hac nobilitate[p] pars maxima civitatis in armis fuit: hæc acta res est, uti nobiles restituerentur in civitatem, qui hoc facerent, quod facere Messallam videtis;[y] qui caput innocentis defenderent; qui injuriæ resisterent; qui, quantum possent, in salute[20] alterius, quam in exitio, mallent[1] ostendere. Quodsi omnes, qui eodem loco[q] nati sunt,[2] facerent;

[p] *Pro causa hujus nobilitatis.* [q] *Eodem genere.*

hujus in T desunt.—14 T *summa republica:* Franc. 1. et nonnullæ edd. vett. *summa reipubl.*—15 T *indicarent:* ψ *judicarent.*—16 χ *vobis in hoc loco.*—17 χ *ut videtis: id suscepit.*—18 χ *causam mihi credidit:* et C H S T ψ *quam sua causa cup.*—19 C *septorum.*—20 S. Vict. *in salutem.*—1 T *malent.*—2 χ *nati sint.*—

NOTÆ

[s] *Quod summa respublica* [*reipub.*] Id est, agitur ut respub. tota evertatur; quia si Roscius causa cadat, periculum erit ne pari judicio omnes alii proscriptorum liberi condemnentur.

[t] *Messalla*] De Messalla sic loquitur in Bruto: 'Messalla minor natu quam nos, nullo modo inops, sed non minus ornatus genere verborum, prudens, acutus, minime incautus, patronus in causis cognoscendis, componendisque diligens, multi laboris, multæ operæ, multarumque causarum,' &c.

[u] *Satis ætatis*] Ex Ulpiano lib. Digest. de postulando jus a prætore, annus legitimus causas agendi publice, fuit decimus octavus.

[x] *Quem sua causa cupere*] Id est, propter meam in eum amicitiam: nam alterius causa cupere, est alterius cupidum esse et studiosum.

[y] *Quod facere Messallam videtis*] Incitat nobiles ut exemplo et commendatione Messallæ, idem faciant, et defendant innocentes qui opprimuntur.

et respublica ex illis,[z] et ipsi ex invidia minus laborarent.[3]

LII. 150. Verum si a Chrysogono, judices, non impetramus, ut pecunia nostra contentus sit, vitam ne petat; si ille adduci non potest, ut, cum ademerit nobis[4] omnia, quæ nostra erant propria,[5] ne lucem quoque hanc, quæ communis est, eripere cupiat; si non satis habet avaritiam suam pecunia explere,[r] nisi etiam crudelitate sanguinis perlitus sit;[6] unum perfugium, judices, una spes reliqua est Sex. Roscio, eadem, quæ reipublicæ,[7] vestra pristina bonitas et misericordia: quæ si manet, salvi etiam nunc esse possumus. Sin ea crudelitas, quæ hoc tempore[a] in republica versata est, vestros quoque animos[8] (id quod fieri profecto non potest) duriores acerbioresque reddidit;[9] actum est, judices: inter feras satius est ætatem degere, quam in hac tanta immanitate versari. 151. Ad eamne rem vos reservati[b] estis? ad eamne rem delecti,[c] ut eos condemnaretis, quos sectores ac sicarii[d] jugulare non potuissent? Solent hoc boni imperatores facere, cum prælium committunt, ut in eo loco, quo fugam hostium fore arbitrentur, milites collocent; [*p.* 44.] in quos, si qui ex acie fugerint, de improviso[s] incidant. Nimirum similiter arbitrantur isti bonorum emtores, vos hic, tales viros, sedere, qui excipi-

[r] *Satiare.* [s] *Derepente.*

3 Idem Ms. *ex invidia satis laborent.*

CAP. LII. 4 χ *vobis.*—5 Lamb. *proprie.*—6 C H S T χ ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. *præditus sit.* Lamb. *nisi etiam sanguine perlitus sit:* Schutz. de conj. Clerici *nisi etiam crudelitati sanguine perlitarit.* Heumann. censuit *pollutus sit* legend. Vid. Nott. Varr.—7 χ, Pall. et nonnullæ edd. vett. *eademque reip.* prob. Garaton. H *eadem quæ respubl.*—8 *In rempublicam* C S T ψ, Franc. Pall. Jannoctian. Ven. 1480. Beck. et Schutz. *Crassata est* Jannoctian. et Junt. prob. Garaton. *grassata est* Beck. Matthiæ, et Schutz. e Ms.

NOTÆ

[z] *Ex illis*] Id est, nobilibus.

[a] *Hoc tempore*] Designat crudelem Syllæ proscriptionem.

[b] *Reservati*] Id est, servati a cæde nobilium.

[c] *Delecti*] Judices legebantur primo, tum sorte trahebantur, qui ex illis judicarent.

[d] *Quos sectores ac sicarii*] Chrysogonus et duo Roscii.

atis[t] eos, qui de suis manibus[10] effugerint. Dii prohibeant, judices, ut hoc, quod majores consilium publicum[e] vocari voluerunt,[11] præsidium sectorum existimetur. 152. An vero, judices, vos non intelligitis, nihil aliud[12] agi, nisi ut proscriptorum liberi quavis ratione tollantur, et ejus rei initium in vestro jurejurando,[u] atque in Sex. Roscii periculo quæri?[13] Dubium est, ad quem maleficium pertineat, cum videatis ex altera parte[14] sectorem,[f] inimicum, sicarium, eundemque accusatorem[15] hoc tempore; ex altera parte[16 g] egentem, probatum suis filium,[17 h] in quo non modo culpa nulla, sed ne suspicio quidem potuit consistere?[x] Numquid aliud[18] videtis[y] obstare Roscio, nisi quod patris bona venierunt? LIII. 153. Quodsi id vos suscipitis,[19] et eadem in re operam vestram[20] profitemini;[z] si idcirco sedetis, ut ad vos adducantur eorum[i] liberi, quorum bona venierunt; cavete, per Deos immortales, judices, ne nova et multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur. Illam priorem, quæ facta est in eos, qui arma capere potuerunt, tamen senatus suscipere noluit, ne quid acrius, quam[2] more majorum[i] comparatum est,[3] publico

[t] *Interficiatis.* [u] *In vestra sententia.*
[x] *Existere.* [y] *Probatis.* [z] *Promittitis.*

Ursini. Tum T *nostros quoque amicos.*—9 C et T *reddit.*—10 *Manibus* non est in χ.—11 Franc. 1. *maluerunt.*—12 χ *aliquid aliud.*—13 *Quæri* non est in T.—14 *In alt. parte* C T, Grut. Oliv. Lall. et Heusinger: *alt. parte,* sine præpositione, Wald. *ex alt. parte* H S χ ψ, Franc. Guelf. edd. Rom. Brix. Venet. 1483. Med. Ald. Manut. Junt. Crat. Lamb. Græv. Beck. Schutz. et Orell.—15 H *eundem accus.*—16 Lamb. omisit *parte.*—17 χ *filius.*—18 Al. *Numquid hic aliud.* Vocem *hic* cum Franc. 1. deleverunt Græv. Beck. Matth. Schutz. improb. Orell.

CAP. LIII. 19 E Franc. 1. *vos id susc.* ediderunt Græv. Beck. et Weiske.—20 *Ad eandem rem* H, Franc. 1. et Pall. plerique cum Græv. Beck. Matth. et Orell. *eandem ad rem* Schutz. *eandem rem* C: *eadem rem* S: *eadem re* T: *eandem esse* χ: *eadem in re* vulg. Dein T *operam nostram.*—1 *Eorum* non est in χ.—2 ψ non habet *quam.*—3 *Est* omittitur in C H S T χ, Franc. 1. in quo

NOTÆ

[e] *Consilium publicum*] Senatum publicum consilium vocat, ex quo tantum judices jam assumebantur, rejectis equitibus.

[f] *Sectorem, &c.*] T. Roscium Magnum.

[g] *Ex altera parte*] A dextra judicum parte, ubi rei sedebant.

[h] *Probatum suis filium*] Id est, popularibus suis Amerinis.

[i] *More majorum*] Mos majorum necare civem Romanum vetat.

consilio factum videretur: hanc vero, quæ ad eorum liberos[k] atque infantium[4] puerorum incunabula pertinet, nisi hoc judicio a vobis rejicitis et aspernamini, videte, per Deos immortales, quem in locum rempublicam perventuram putetis.

154. Homines sapientes, et ista auctoritate et potestate præditos, qua vos estis, ex quibus rebus maxime respublica[a] laborat, iis maxime mederi convenit. Vestrum nemo est, quin intelligat, populum Romanum, qui quondam in hostes lenissimus[5] existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate[l] laborare. Hanc tollite ex civitate, judices; hanc pati nolite diutius[6] in hac republica versari; quæ non modo id habet in se mali, quod tot cives atrocissime sustulit, verum etiam hominibus lenissimis[7] ademit misericordiam consuetudine[8] incommodorum. Nam cum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus, aut audimus; etiam qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum[b] sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.[9]

Nihil videtur deesse.

[a] *Propter quas res respublica.*
[b] *Consuetudine incommodorum.*

manu aliena ad marg. scriptum, *esset.*—4 *Atque ad infantium* C H S T χ, Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. Beck. Schutz. et Orell.—5 χ *in istis lenissimis exist.*—6 *Diutius* non est in H.—7 Lamb. *verum etiam quod hom.* et T *levissimis.*—8 C *consuetudo.*—9 In Franc. 1. desunt verba *ex animis.* Tum *amittemus* χ. *Desit fortasse quippiam* subscribunt Hervag. et Camerar. Contra Lamb. Ern. et Beck. *Nihil videtur deesse.*

NOTÆ

[k] *Quæ ad eorum liberos, &c.*] Motus ab ætate et imbecillitate puerorum.

[l] *Domestica crudelitate*] Indicat Syllæ proscriptionem, qui multos cives crudelissime interfecerat.

M. TULLII CICERONIS

PRO Q. ROSCIO COMŒDO

ORATIO III.

ARGUMENTUM.

Tradidit C. Fannius Chærea Q. Roscio, communemque cum eo fecit servum suum Panurgum, ea conditione, ut illum arte histrionica erudiret, deinde quæstus communis esset. Aliquanto post Q. Flavius quidam Tarquiniensis Panurgum occidit. Flavium Roscius judicio persequi cum vellet, cognitorem in eam rem Fannium dedit. Lite contestata, judicio damni injuria a Flavio dati constituto, decidit cum Flavio Roscius, ut ipse aiebat, pro sua parte; ut Fannius, pro tota societate; fundum accepit, non pecuniam. Post aliquot annos Roscium Fannius arbitrum adegit, h. e. a prætore impetravit, ut arbitrum daret, qui, quantum æquius melius, Roscium petitori Fannio dare juberet. Arbiter fuit idem, qui in hac causa judex est, C. Calpurnius Piso. Is de re sententiam non tulit; sed Roscium rogavit, ut Fannio pro labore, quod cognitor fuisset, quod vadimonia obisset, H-S ↀↀↀↀ (decem millia) daret, ita tamen, ut Fannius repromitteret ac restipularetur, si quid exegisset a Flavio, partem ejus dimidiam se Roscio daturum. Spopondit ita se facturum Fannius. Deinde Flavio litem intendit. Judex fuit C. Cluvius eques Romanus. Ejus sententia Flavius H-S ↀↀↀↀↀↀↀↀ (centena millia) Panurgi nomine Fannio dissolvit. Cujus pecuniæ pars dimidia cum ex restipulatione Roscio deberetur; tamen tantum abest, ut ei quicquam Fannius dederit, ut eum etiam in judicium vocaverit, tanquam sua parte in vetere illa decisione fraudatus. Æstimabat enim fundum, quem a Flavio Roscius acceperat, H-S ↀↀↀↀↀↀↀ: inde petebat H-S ↀↀↀↀ (quinquaginta millia); quasi Roscius pro societate, non pro se tantum decidisset. In quo lis tota vertitur. Et hoc maxime argumento ad criminationem Fannii refellendam Cicero utitur, quod is, accepta a Roscio pecunia, quia cognitor ejus fuerat, repromisisset et restipulatus esset, si quid a Flavio exegisset, dimidium ei se daturum: quo sibi nullam a Roscio ex vetere decisione deberi pecuniam judicavit.

Multa, quæ desunt, quærenda.

[*Ed. Ald. p.* 45.] 1. 1. malitiam naturæ, crederetur. Is scilicet[1] vir optimus,[a] et singulari fide præditus, qui suo judicio, tabulis suis,[b] testibus[2] uti conatur. Solent fere dicere, qui per tabulas homines . . . . . citi pecuniam[3] expensam[c] tulerunt: Egone talem virum corrumpere potui, ut mea causa falsum in codicem referret?[a] Expecto, quam mox[b] Chærea hac oratione utatur: Egone hanc[c] manum, plenam perfidiæ,[4] et hos digitos meos impellere potui, ut falsum perscriberent nomen?[d 5] Quodsi ille suas proferet tabulas; proferet suas quoque Roscius: erit in illius tabulis hoc nomen; at in hujus non erit.[6] 2. Cur potius illius,[d] quam hujus, credetur? Scripsisset ille, si non

[a] *Ut scriberet rem falsam propter me in libro rationum;* Gallice *registrum.*
[b] *Cito.* [c] *Meam.* [d] *Debitum.*

Cap. I. 1 χ *creditur;* et sic legend. jussit Menard. *credetur* conj. Ant. Augustinus. Tum Boëmoræus censebat *Hic scilicet* legend.—2 *Præd., in suo jud.* C H S χ ψ, Franc. 1. Pall. et pleræque edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. Beck. et Orell. *præd., qui in suo jud.* Lamb. et Schutz. *qui suo jud.* vulg. Tum Franc. 1. quædam edd. vett. et Schutz. *suis tabulis.* Porro *testibus* in χ deest.—3 Pall. *homines . . . pecuniam:* H S, Franc. 1. Vict. Græv. Oliv. et Lall. *homines citi pecuniam:* edd. vett. et vulg. *homines . . . citi pecuniam:* Manut. Lamb. et Lall. *hominis honesti:* C et ψ ha bent spatium aliquot linearum: Bergeri Ms. *hominis alieni pecuniam,* et sic legend. Pantagath. censebat: Ant. Augustin. conj. *hominis sciti pecuniam:* Ursinus *hominis acciti pecuniam.* Ernestius, putans vitium oriri e compendio *cti,* conj. *hominis certi pecuniam.* Vid. Nott. Varr.—4 Verba *plenam perfidiæ* spuria censuerunt Ern. Beck. et Schutz.—5 *Perscriberem nomen* C H S χ et quædam edd. vett.—6 Franc. 1. *in illis tabulis hoc nomen. At hujus non erit.* C H S quoque omit-

NOTÆ

[a] *Vir optimus*] Ironice Chæream intelligit.

[b] *Tabulis suis*] Consuetudo fuit apud Romanos, ut patresfamilias, quæ per singulos dies aut acciperent aut expenderent, statim et tumultuario in codicem referrent; hæc porro adversaria dicebantur: tum per otium in tabulis diligenter scriberent, et eas tabulas accepti et expensi vocitabant.

[c] *Pecuniam expensam*] Pecunia expensa dicitur, ut annumerata, credita, et dissoluta. Expensam itaque pecuniam tulerunt, id est, in tertii tabulas referri et perscribi jusserunt se tibi pecuniam dedisse; v. g. quasi Titius accepisset meo jussu pecuniam a Sempronio, quam mihi debebat.

[d] *Cur potius illius*] Id est, si tabulas suas Fannius exhibeat, ubi scriptum sit Roscium debere Fannio sestertium centum millia; suas etiam Roscius exhibebit, ubi hoc debitum scriptum non sit; et si unius tabulis fides adhibeatur, alterius etiam fides

jussu hujus[7] expensum tulisset? non scripsisset hic, quod sibi expensum ferri jussisset?[8] Nam, quemadmodum turpe est scribere, quod non debeatur; sic improbum est, non referre quod debeas: æque enim tabulæ condemnantur ejus, qui verum[e] non retulit; et ejus, qui falsum[f] perscripsit. Sed ego copia et facultate causæ[e] confisus, vide quo progrediar.[f] Si tabulas C. Fannius accepti et expensi profert[9] suas, in suam rem,[g] suo arbitratu[g] scriptas; quo minus secundum illum[10 h] judicetis, non recuso. 3. Quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit, ut, quodcumque retulisset, id ratum haberet?[h] ratum habebit Roscius. Profer:[11] quod tibi fuerit persuasum, huic erit persuasum: quod tibi fuerit probatum, huic erit probatum. Paulo ante M. Perpernæ,[12 i] P. Saturii[k] tabulas poscebamus: nunc tuas, C. Fanni Chærea, solius flagitamus, et, quo minus secundum eas lis detur,[i 13] non recusamus. 4. Quid ita[k]

[e] *Veritate et bonitate causæ.* [f] *Quod concedam.*
[g] *In utilitatem suam.* [h] *Teneret id certum.*
[i] *Lis judicetur.* [k] *Ea conditione.*

tunt *in* ante *hujus*.—7 Lamb. *quam hujus tabulis cred.* In Franc. 1. *crederetur. Scrips. ille:* C H S χ ψ et Pall. *crederetur scripsisse? Ille.* Tum pro *non jussu hujus* ψ habet *et*.—8 *Hic quod sibi exp. ferri juss.* in C S χ desunt. Pro *ferri jussisset*, H habet *ferre tulisset*, et ψ *ferre jussisset*.—9 C *quo progredias*, et mox *accepti, expensi.* Dein Lamb. *proferet*.—10 Schutz. e Ms. Ursini edidit *secundum illas*, ut ad *tabulas* referatur: sic legend. censebat etiam Muretus.—11 *Profer* non est in χ.—12 *A M. Perpenna* χ ψ et al. cum Cam. Grut. Oliv. *M. Perpernæ* Franc. 1. Pall. tres Oxonn. Mss. unus Paris. Ursini Ms. edd. Rom. Brix. Med. Venet. 1483. Junt. Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. Hotom. conj. *Paulo ante, Marce Perperna, Cai Piso, argentarii tabulas posc.* Pantagath. scripsit, *Paulo ante a M. Perperna, P. Saturi, tabulas poscebamus tuas, nunc, C. Fanni Chærea.* In C H S ψ et Ms. Ursini *Saturi.* Pro *Chærea*, C H S habent *Chære*, et edd. nonn. *Chæreæ*.—13 Qui-

NOTÆ

erit adhibenda; nam tam turpe est non scribere quod quis debet, quam scribere aliquid falso deberi.

[e] *Qui verum*] Id est, qui non scripsit quod revera debebat.

[f] *Qui falsum*] Qui scripsit quod non debebatur.

[g] *In suam rem, suo arbitratu*] In quibus sestertium quinquaginta millia expensa Roscio scripsit.

[h] *Secundum illum*] Id est, in gratiam Fannii.

[i] *M. Pepernæ, P. Saturii* [*M. Perperna, C. Piso*] Licet judex sit Piso, et illius tantum assessor Perperna, tamen priorem illum Pisone compellat: hac fortasse de causa, quia vir consularis erat.

[k] [*Argentarii*] Argentarii cives erant Romani, qui tum Romæ, tum in

non profers? Non conficit[14] tabulas?[l] Immo diligentissime. Non refert[15] parva nomina[m] in codices? Immo omnes summas.[1] Leve et tenue hoc nomen? H-S CCCIↃↃↃ[16m] sunt. Quomodo tibi tanta pecunia extraordinaria[n] jacet?[n] quomodo H-S CCCIↃↃↃ[17] in codice accepti et expensi non sunt? Pro Dii immortales! essene quenquam tanta audacia præditum, qui, quod nomen referre in tabulas timeat,

[l] *Non refert in librum rationum?*
[m] *Parva debita.* [n] *Neglecta est.*

---

dam conjecerunt *sec. eas judicetur:* alii *lis decidatur.*—14 C *conficis:* ψ *confecit.*—15 C *refer.*—16 Interrogationis nota post *nomen* deest in quibusdam libris, et oratio continuatur. Pro *H-S CCCIↃↃↃ*, C H S habent *S-S CCCLIII.* et χ ψ *CCCLIII.* quam lectionem Menardus secutus est.—17 In

NOTÆ

provinciis rei nummariæ negotiationem exercebant. Ad eos autem duabus de causis pecuniæ deferebantur; aut enim deponebantur sine fœnore propter fidem publicam dumtaxat, ut tutiore essent loco quam in privatis ædibus, et in æde Castoris asservabantur; aut sub usuris ipsis pecuniæ credebantur; quas deinde fœnori collocabant.

[1] *Omnes summas*] Sive leves sint illæ, sive graves.

[m] *H-S CCCIↃↃↃ*] Id est, centum millia sestertiorum. Ad plenam sestertiorum cognitionem quædam annotanda sunt. 1. de pretio; nam sestertius apud Romanos nummus erat, qui duos asses et semissem valebat. 2. Observandum est quod sestertia in numero plurali neutro enuntiata millenos sestertios continebant: quod tamen ab omnibus auctoribus non admittitur. 3. Quod cum reperitur ista nota H-S, eam de nummis tantum sestertiis intelligi. 4. Quod, ut a nummis sestertiis ad sestertia transeundo numerus millies multiplicatur, ita cum ad eam locutionem ventum est, quæ per adverbia numeralia nuntiatur, crescunt sestertia singula conduplicata: v. g. si centum sestertia dicam, intelligi debere centena millia sestertium: sic ubi centies sestertium dicitur, intelligenda sunt centies centena sestertia, sive centies centena millia sestertium. Hæc annotavit Balduinus in Comm. Inst. de Success. Libert. et Cujacius lib. x. obs. 37. Plures auctores sestertios ad nostram monetam Gallicam revocare conati sunt; in primis Budæus, Abrahamus, Petavius, &c. quorum omnium una non est æstimatio, quia ab eorum temporibus argenti pretium auctum est. Omnium recentissimus Pater Harduinus societatis Jesu, sestertium ex pondere æstimavit; probatque in commentariis, quos eruditissimos in Plinium scripsit, duobus nostris Gallicis assibus æquivalere. Hunc consule in lib. XXXIII. cap. 3. Nos ejus supputationi acquiescimus.

[n] *Extraordinaria*] Pecunia extraordinaria illa dicebatur, quæ in tabulas relata non erat, sed relinquebatur in adversariis, et quæ per sordidum aliquod lucrum comparabatur, inquit Asconius.

id petere audeat? quod in codicem injuratus[18] referre noluit, id jurare in litem[o] non dubitet? Quod sibi probare[19] non possit, id persuadere alteri conetur? II. 5. Nimium cito, ait, me indignari de tabulis:[20] non habere se hoc nomen in codice accepti et expensi[1] relatum confitetur; sed in adversariis[p] patere contendit. Usque eone te diligis,[q] et magnifice circumspicis, ut pecuniam non[2] ex tuis tabulis, sed ex adversariis petas?[3] suum codicem testis loco recitare, arrogantiæ est: suarum perscriptionum et liturarum[r] adversaria proferre non amentia est? 6. Quodsi eandem vim, diligentiam, auctoritatemque[4] habent adversaria, quam tabulæ; quid attinet codicem instituere?[o] conscribere? ordinem conservare?[5] memoriæ tradere literarum vetustatem?[6s] Sed si, quod adversariis nihil credimus, idcirco codicem scribere instituimus;[7] [*p.* 46.] quod etiam apud omnes leve et infirmum est, id apud judicem grave et sanctum esse ducetur?[8] 7. Quid est, quod negligenter scribamus adversaria? quid est, quod diligenter conficiamus tabulas?[9] qua de causa? Quia hæc sunt menstrua,[p 10t]

[o] *Facere* vulgo *registrum.* [p] *Unius mensis.*

C H S χ *quomodo S-S CCCLIII.* et ψ *quomodo CCCLIII.*—18 H S χ ψ *in cod. juratus.*—19 C H S χ *quod si prob.*

Cap. II. 20 Pro *ait*, C H S χ habent *aut*; et pro *indignari* Ms. Ursini et edd. ante Ald. *indagare*. Tum H *de talibus.*—1 *In codicem* Mss. nonnulli Manut. et Lall. prob. Hotomanno. *Accepi et expensi* C H: *accepi et expensis* χ.—2 Muretus maluit *non modo.*—3 C H S χ *sed adversarii petas.*—4 C *auctoritatem.*—5 *Ord. servare* χ: *ordinare, conservare* margo Crat.—6 C *vetustate.*—7 ψ *constituimus.*—8 C H S χ *duceretur.*—9 C *tabula.*—10 C H S χ *quia hæ*

NOTÆ

[o] *Id jurare in litem*] Illud jusjurandum intelligit, cum quis aliquem in jus vocando, jurat se non dolo malo, neque falsa intentione litem intendere, sed quia bonam et legitimam se causam habere judicat.

[p] *In adversariis*] Vide superius § 4. not. [n]. Dicta sunt autem adversaria, quod memoriam et animum advertant.

[q] *Usque eone te diligis*] Apostrophe ironica ad Fannium translata a pavonibus, qui expansis ad solem plumis, se circumspectant.

[r] *Liturarum*] Lituræ sunt voces scriptæ, quæ transverso calamo deletæ sunt.

[s] *Literarum vetustatem*] Id est, conservare vetusta nomina, et efficere ut eorum memoria conservetur.

[t] *Hæc sunt menstrua*] Adversaria ad breve tempus scribebantur.

illæ sunt æternæ: hæc delentur statim, illæ servantur sancte: hæc parvi temporis[11] memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem[12] et religionem amplectuntur:[u] hæc sunt dejecta,[q] illæ in ordinem confectæ.[13] Itaque adversaria in judicium protulit nemo: codicem protulit,[14] tabulas recitavit. III. 8. Tu, C. Piso, tali fide, virtute, gravitate, auctoritate ornatus,[15] ex adversariis pecuniam petere non auderes. Ego, quæ clara sunt consuetudine, diutius dicere non debeo: illud vero, quod ad rem vehementer pertinet, quæro: quam pridem[r] hoc nomen, Fanni, in adversaria retulisti? Erubescit: quid respondeat, nescit: quid fingat extemplo,[16] non habet. Sunt duo menses jam, dices. Tamen in codicem acceptum et expensum referri[17] debuit. Amplius sunt sex menses. Cur tamdiu jacet[s] hoc nomen in adversariis? Quid si tandem amplius triennium est? quomodo, cum omnes,[18] qui tabulas conficiant,[19] menstruas pæne rationes[t] in tabulas transferant, tu hoc nomen triennium amplius in adversariis jacere pateris? 9. Utrum cetera nomina in codicem[20] accepti et expensi digesta[u1] habes, annon? Si non; quomodo tabulas conficis? si etiam;[x] quamobrem, cum cetera nomina in ordinem referebas, hoc

[q] *Perturbata.* [r] *Quantum temporis est quo, &c.* [s] *Negligitur.*
[t] *Accepta et expensa.* [u] *Descripta ordine.* [x] *Si habes.*

sunt menstrue. C H S ψ *illæ sunt alternæ:* et H *hæ del. statim.*—11 Pro *sancte,* quod in χ deest, *sanctæ* habent C H S ψ, et al. cum Junt. et Oliv. Tum *hæ parvi temp.* C H S χ.—12 ψ *finem.*—13 C χ *amplectitur.* C H S χ *hæ sunt dejectæ:* Ursini Ms. *hæc sunt conjecta:* Hotom. Lamb. et Garaton. malunt *hæc sunt conjecta.* Tum C H *illæ sunt in ord. conf.*—14 χ *judicem prot.*

CAP. III. 15 Gulielm. voluit *ornatus* deleri.—16 ψ *exemplo.*—17 Pro *Tamen,* C H S habent *Tum,* et χ ψ *Cum.* Dein *in codicem accepti et expensi ref.* e conjectura Hotomanni et Turnebi ediderunt Manut. et Lamb. probb. Lall. et Garaton. *in codice accepti et expensi ref.* Schutz. *in codicem acceptum et expensum esse ref.* Ven. 1483. Junt. *Referri* in H S χ et Pal. uno deest: pro eo in ed. veterr. *esse,* unde Gruter. conj. *in codicem acceptum et expensum isse deb.* Vulg. ut Ern. Verba *acceptum et expensum* spuria visa sunt Ernestio et Beckio.—18 χ *quomodocunque omnes.*—19 Oliv. et Schutz. *conficiunt.*—

NOTÆ

[u] *Fidem et religionem amplectuntur*] Ex iis tabulis uniuscujusque civis census æstimabatur: quare cum censores urbem lustrabant, de eorum fide patr. familias jusjurandum interponere solebant.

nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in adversariis relinquebas? Nolebas sciri, debere Roscium.[z] Cur scribebas? Rogatus eras, ne referres.[x] Cur in adversariis scriptum habebas?

Sed hæc quanquam firma esse video, tamen ipse mihi satisfacere non possum, nisi a C. Fannio ipso[3] testimonium sumo, hanc pecuniam ei non deberi. Magnum est, quod conor: difficile est, quod polliceor: nisi eundem et adversarium et testem habuerit Roscius, nolo vincat. IV. 10. Pecunia tibi debebatur[4] certa; quæ nunc petitur per judicem: in qua legitimæ partis sponsio[y] facta est. Hic[z] tu si amplius H-S[5] nummo[a] petisti, quam tibi debitum est, causam perdidisti; propterea quod aliud est judicium, aliud arbitrium.[6] Judicium est pecuniæ certæ; arbitrium incertæ. Ad judicium hoc modo venimus,[7] ut totam litem aut obtineamus,[b] aut amittamus:[8] ad arbitrium hoc animo adimus,[9] ut neque nihil, neque tantum,[c] quantum postulavimus,[10] consequamur. 11. Ejus rei ipsa verba formulæ[11]

---

20 Schutz. *in codice.*—1 H S χ ψ *et digesta.*—2 C H S ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *debere tibi Roscium* —3 *Ipso* non est in ψ.

CAP. IV. 4 C H S χ ψ *debeatur.*—5 Pro *H-S*, quod in ψ deest, *S-S* habent C H S χ. Notam *H-S* Ern. spuriam judicavit; et eam Schutz. delevit.—6 *Aliud est arbitrium* C H S χ, qui mox *certæ* omittunt.—7 χ *veniemus.*—8 *Aut* ante *obtineamus* non est in nonnullis libris antiquis. Pro *amittamus*, χ habet *omittamus.*—9 Græv. e Franc. 1. et pancis edd. recepit *hoc modo adimus.*—10 E Paris. Ms. et ψ *postulamus* dederunt Lall. Beck. et Schutz.—

NOTÆ

[x] *Ne referres*] Scilicet in tabulas.

[y] *Legitimæ partis sponsio*] Sponsio est promissio certæ pecuniæ, quam is qui litem intendit, daturum se, ni veram causam habeat, promittit. Hæc autem sponsio non litigatorum arbitratu, sed lege constituebatur, et definiebatur summa ex prætorum edictis, quæ videtur tertia pars fuisse, ut postea patebit ex ipso Cicerone: at alia pars, quæ secundum arbitros aliquando decima, aliquando quinta fuit, ut dictum est in oratione pro Quintio.

[z] *Hic*] Id est, in hoc judicio, ubi res secundum judicem agitur.

[a] *H-S nummo*] Id est, sestertio nummo. Sestertius autem et nummus in eadem significatione sumuntur.

[b] *Totam litem obtineamus*] Judices stricte et severe secundum leges judicare debebant.

[c] *Ut neque nihil, neque tantum*] Arbitri non tam stricte et severe judicabant, et penes eos erat aliquid concedere.

testimonio sunt. Quid est in judicio? directum, asperum, simplex.[d] 'Si paret H-S IↃↃↃ dari oportere.'[12] Hic, nisi planum facit, H-S IↃↃↃ[e] ad libellam[f] sibi deberi, causam perdit.[13 g] Quid est in arbitrio? mite, moderatum,[h] 'Quantum æquius melius, id dari.'[14] Ille tamen[i] confitetur plus se petere, quam debeatur: sed satis superque[y] habere dicit, quod sibi ab arbitro[15] tribuatur. 12. Itaque alter causæ confidit;[k] alter diffidit.[l] Quæ cum ita sint; quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipsis H-S IↃↃↃ,[16] de tuarum tabularum fide compromissum feceris,[m] arbitrum[17] sumseris, quantum æquius et melius sit, dari, repromittive,[n]

[y] *Satis et ultra.*

11 C *famulæ.*—12 Pro *Si paret*, C H S χ ψ, Pal. et edd. vett. habent *Si peteret*, unde Hotom. *Si pateret;* sed Lamb. restituit *Si paret*, quod vulgo legitur. Franc. 1. omittit *dari.* Tum C H S habent *H-S LIII.* et χ ψ *LIII.* Tum verbum *oportere* abest ab omnibus Mss. id de Hotomanni conjectura primus inseruit Lamb. quem Grut. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur; sed Beck. et Orell. uncis incluserunt.—13 In C H S legitur *H.S LIII.* et in χ *LIII.* Dein *ad libellum* C H S χ. Porro *causam perdidit* ψ.—14 *Quanto* C H S χ ψ, Pal. Franc. 1. et edd. vett. *Æquius et melius* Franc. 1. Pal. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Pro *id dari*, C H S χ, Franc. 1. Pal. Rom. Brix. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. habent *id clarius;* et Steph. de Hotomanni conjectura *sit dari.* Vulg. *id dari.* Ern. et Beck. judicabant verba *id dari* sparia esse: ea delevit Schutz.—15 *Ab arbitrio* C H S χ ψ, Ven. 1483. et Junt.—16 C H S χ *H-S LIII.*—17 C *arbitrium.*—

NOTÆ

[d] *Directum, asperum, simplex*] Formulæ verba sunt quæ pertinent ad judicium, et quæ a prætore præscripta sunt, et secundum quæ rigorose et sancte judex judicare debet.

[e] *H-S IↃↃↃ*] Id est, quinquaginta millia sestertium; nostræ vero monetæ librarum quinque millia.

[f] *Ad libellam*] Cum veteres minimam pecuniam significare volebant, hac voce 'libella' utebantur: erat autem nummulus argenteus decima pars denarii Romani, qui jam octo asses Gallicos valeret.

[g] *Causam perdit*] Qui plus minusve libella quam debeatur petit, causa cadit.

[h] *Mite, moderatum*] Formulæ verba, quæ ad judicia per arbitros pertinent; quæ ex fide bona dicuntur, quia arbitri tantum concedebant, quantum concedendum ex fide bona videbatur.

[i] *Ille tamen*] Id est, litigatorum alter.

[k] *Alter causæ confidit*] Qui plus apud arbitrum petit, quam sibi debeatur.

[l] *Alter diffidit*] Qui plus petit apud judicem.

[m] *Compromissum feceris*] Compromissum dicitur certa pecunia, ab utroque litigatore mutuo promissa, ni arbitri judicio pareant.

[n] *Repromitti*] Repromittere autem est ei, qui nobis stipulantibus antea

si pareret?[18] Quis in hanc rem fuit arbiter? Utinam is quidem Romæ esset! Romæ est. Utinam adesset[19] in judicio! Adest. Utinam sederet in consilio C. Pisonis! Ipse C. Piso est. Eundemne tu arbitrum et judicem sumebas? eidem[20] et infinitam largitionem[o] remittebas,[1] et eundem in angustissimam[p] formulam[2] sponsionis concludebas? Quis unquam ad[z] arbitrum, quantum petiit, tantum abstulit? nemo: quantum enim æquius esset sibi dari, petiit.[3] De quo nomine ad arbitrum adisti, de eo ad judicem[4] venisti. 13. [*p.* 47.] Ceteri cum ad judicem causam labefactari animadvertunt, ad arbitrum confugiunt: hic ab arbitro[5] ad judicem[q] venire est ausus. Qui cum de hac pecunia, de[6] tabularum fide[r] arbitrum sumsit, judicavit,[7] sibi pecuniam non deberi. Jam duæ partes causæ sunt

[z] *Apud.*

18 C H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. *quanto.* Post *æquius*, Græv. et Beck. deleverunt copulam, quam Orell. uncis includit. Tum C *diri:* et C S *repromittique ve*: H χ ψ *repromittique.* Denique pro *pareret*, C H S χ Franc. 1. et ed. vet. habent *pejeres:* ψ et Vict. *peteres.* Pantagathus conj. *dari repromittive tibi petieris.* In Bergeri Ms. sic legitur, *æquius et melius: hic dari H-S illa, tamen repromittive tibi petieris.*—19 *Jam utinam adesset* ψ et edd. vett. cum Oliv. *Nam utinam adesset* C H S χ, Pal. Pariss. et Ven. 1483. Alii habent nec *Jam* nec *Nam.*—20 C H S ψ *idem.*—1 Grævius suspic. *infin. potestatem permittebas.*—2 ψ *formam.*—3 Pro *dari*, H S habent *peti*, et χ ψ *pari.* Pro *petiit*, Schutz. conj. *accepit* legend.—4 H *ad judicium.*—5 C H S *ad arbitrium*, et paulo post *ab arbitrio.*—6 Præpositionem ante *tabularum* omittunt C H S

NOTÆ

promisit, nunc jam vicissim a nobis stipulanti promittere. Roscius Fannio stipulanti pecuniam certam spopondit pro opera et labore quem in communi judicio persequendo sumserat; sed vicissim Roscius stipulatus ab eo est dimidiam ejus quod exigeret partem. Promissor igitur fuit Roscius priore loco, repromissor Fannius posteriore; sicuti stipulator priore loco Fannius, restipulator posteriore Roscius.

[o] *Infinitam largitionem*] Largitio seu pecunia incerta vel infinita dicitur, quæ circumscripta non est. De ea judicabant arbitri; neque ulla lege, quam sua bona fide tenebantur litigatores.

[p] *Eundem in angustissimam*] Legis formula judices includuntur, quia nec detrahere aliquid, nec adjicere possunt.

[q] *Hic ab arbitro ad judicem*] Ostendit Fannii stoliditatem, qui in mala causa ab arbitro, apud quem longe melior est conditio, ad judicem venit, qui secundum legum severitatem judicare debet.

[r] *De tabularum fide*] Fidem dubiam habet, qui compromissum facit, et arbitrum sumit.

confectæ:[s] annumerasse[8] sese negat: expensum tulisse[9] non dicit,[t] cum tabulas non recitat. Reliquum est, ut stipulatum se esse dicat:[10] præterea enim, quemadmodum certam pecuniam petere possit, non reperio. V. Stipulatus es? ubi? quo die? quo tempore? quo præsente? quis spopondisse[u] me dicit? nemo. 14. Hic ego si finem faciam dicendi, satis fidei et diligentiæ meæ, satis causæ et controversiæ, satis formulæ et sponsioni, satis etiam judici fecisse videar,[11] cur secundum Roscium[a] judicari debeat. Pecunia petita est certa: cum tertia parte sponsio facta est.[x] Hæc pecunia necesse est, aut data, aut expensa lata,[y] aut stipulata sit. Datam non esse Fannius confitetur: expensam latam non esse, codices Fannii confirmant:[z] stipulatam non esse taciturnitas testium concedit. 15. Quid ergo est? quod et reus is est, cui et pecunia[12] levissima et existimatio sanctissima fuit semper: et[13] judex est is, quem nos non minus bene de nobis existimare, quam secundum nos judicare velimus: advocatio[14] ea est,[a] quam propter

[a] *Pro Roscio.*

χ ψ, Pal. et edd. vett.—7 Franc. 1. edd. vett. et Schutz. *indicavit.*—8 *Adulterasse* C H S χ ψ, Pal. Rom. Brix. Ven. 1483. Med. Ascens. Junt. Crat. Hervag. *adnotasse* conj. Ant. Augustin. et *adversaria scripsisse* Pantagath.—9 Pro *expensum tulisse*, C habet *expublico ex publico tulisse* cum asterisco et inductionis nota: H S *ex publico tulisse:* χ *ex p.* (sic) *tulisse.*—10 χ *esse dicit.*

Cap. v. 11 χ *videat.*—12 *Et res ejus est* χ, Pal. et edd. ante Manut. *et rei ejus est* C H S: *et reus is est* vulg. Dein *cui res et pecunia* C H S: *cujus et pec.* χ et edd. vett.—13 χ *sanct. fuit. Semper et.*—14 Ante *advocatio* copu-

NOTÆ

[s] *Jam duæ partes confectæ*] Tripartita fuit hæc Oratio, ut annuere hic Cicero videtur: vel quia si Fannio Roscius debet pecuniam, vel Fannius eam mutuo dedit; et hæc prima pars: vel societatis nomine Fannius expendit; secunda pars: vel Roscius promisit; tertia pars. Falsa duo priora Cicero ostendit; mox tertium falsum quoque comprobaturus est: ergo nihil Fannio Roscius debet.

[t] *Non dicit*] Non dicit videlicet, quod in tabulas nihil plane relatum est.

[u] *Spopondisse*] Id est, stipulanti et interroganti promisisse.

[x] *Cum tertia parte sponsio facta est*] Antea legitimam partem appellavit. Apud arbitros igitur non fiebant sponsiones dissidentium in petitione certæ pecuniæ, sed legibus erant definitæ.

[y] *Aut expensa lata*] Id est, aut in codicem relata fuit, quasi data.

[z] *Codices Fannii confirmant*] In Fannii codicibus nunquam scripta fuit.

[a] *Advocatio ea est*] Per advocatio-

eximium splendorem ut judicem unum[15] vereri debeamus: perinde[16] ac si in hanc formulam[b] omnia judicia legitima,[c] omnia arbitria honoraria,[17][d] omnia officia domestica conclusa et comprehensa sint, perinde[18] dicemus. Illa superior fuit oratio necessaria, hæc erit voluntaria: illa ad judicem, hæc ad C. Pisonem: illa pro reo, hæc pro Roscio: illa victoriæ,[e] hæc bonæ existimationis[f] causa, comparata.

VI. 16. Pecuniam petis, Fanni, a Roscio: quam? dic audacter et aperte. Utrum quæ[19] tibi ex societate debeatur? an, quæ ex liberalitate hujus promissa sit et ostentata?[20] quorum alterum est gravius[g] et odiosius; alterum levius et facilius. Quæ ex societate debeatur? Quid ais? Hoc jam neque[1] leviter ferendum est, neque negligenter defendendum. Si qua enim sunt privata judicia summæ existimationis, et pæne dicam capitis, tria hæc sunt, fiduciæ,[h] tutelæ,[i] societatis.[k] Æque enim perfidiosum et ne-

---

lam *et* addunt Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Oliv. prob. Beck.—15 Jannoctian. *ut judicis unum:* Junt. *splend. judicis vereri:* Schutz. *ut unum judicem* e conj. Ernestii, qui ita scribi vult, aut *ut judicem unicum:* Garat. suspic. *ut judicem ipsum:* Beckius uncis inclusit verba *ut judicem unum.*—16 Al. *proinde.*—17 χ *omnia leg., consilia, arbitria hon.*—18 In Bergeri Ms. adverbium *perinde* omittitur; et Pantagath. id delevit. Al. *proinde.*

CAP. VI. 19 *Quæ* non est in C H S χ.—20 ψ *ostentu.*—1 Ven. 1483. Junt.

NOTÆ

nem, multitudinem amicorum indicat, qui ad hoc judicium amicitiæ et honoris causa venerunt, ut reo faverent. Consuetum enim fuit apud Romanos ad judicium amicos advocare, ut eorum præsentia et auctoritate judices flecterentur.

[b] *In hanc formulam*] De formula judicii loquitur, quæ Pisoni judici constituta est a prætore, de qua perinde dicturum se Cicero pollicetur, ac si de omnibus judiciis, arbitriis, et rebus omnibus domesticis dicendum esset.

[c] *Legitima*] Legitima sunt quæ legibus constituta sunt.

[d] *Arbitria honoraria*] Arbitria honoraria appellantur, vel quia seligebantur arbitri quasi probatæ virtutis homines, vel quia ejusmodi judicia a prætoribus inventa sunt, qui honores gerebant.

[e] *Illa victoriæ*] Ad litem obtinendam.

[f] *Hæc bonæ existimationis*] Id est, ad Roscii famam et honorem conservandum, quæ tali accusatione violari posset.

[g] *Alterum est gravius*] Si ex societate hæc pecunia debeatur.

[h] *Fiduciæ*] Fiducia est contractus, quo quis fidem alicujus secutus, rem ei aliquam simulandi tantum causa mancipat: inde ducta appellatione, quod nulla alia re, quam fide ac probitate emtoris fretus, eam venditio-

farium est, fidem[2] frangere, quæ continet vitam; et pupillum fraudare, qui in tutelam pervenit; et socium fallere, qui se in negotio[3] conjunxit. 17. Quæ cum ita sint, qui sit,[4] qui socium fraudarit et fefellerit, consideremus: dabit enim nobis jam tacite vita acta in alterutram partem[5 l] firmum et grave testimonium. Q. Roscius? Quid ais? Nonne, ut ignis in aquam conjectus continuo restinguitur et refrigeratur; sic refervens[6 m] falsum crimen in purissimam et castissimam vitam collatum statim concidit et extinguitur? Roscius socium fraudavit? Potest hoc homini huic hærere peccatum? qui, medius fidius,[n] (audacter dico) plus fidei quam artis,[o] plus veritatis quam disciplinæ, possidet in se; quem populus Romanus meliorem virum quam histrionem esse arbitratur; qui ita dignissimus est[7] scena propter artificium, ut dignissimus sit curia propter abstinentiam.[p] 18. Sed quid ego ineptus de Roscio apud Pisonem dico? ignotum hominem scilicet pluri-

---

nec: Lamb. *non.* In C H S deest. Dein *leniter* H S χ.—2 χ *fiduciam.*—3 C χ *in negotium.*—4 Franc. 1. *quis sit:* C H S χ *quid sit.*—5 χ *in alteram partem.*—6 Idem Ms. *referens.* Lamb. *refervens* omisit.—7 C χ *dignissimum*

NOTÆ

nem interponit.

[i] *Tutelæ*] Ex Paulo Jurisconsulto, 'Tutela est jus et potestas in capite libero constituta, ad tuendum eum, qui per ætatem sua sponte se defendere nequit in re civili data ac permissa.' Si quis autem dolus malus in tutela intervenerat, lege XII. tabularum severe vindicabatur.

[k] *Societatis*] Tanta religione servabatur, ut, qui fefellisset socium, infamia notaretur. Vide Orat. pro Rosc. Amer.

[l] *In alterutram partem*] Id est, uter socium fraudavit Fannius, an Roscius.

[m] *Refervens* [*refervescens*] Refervescens, id est, maxime fervens: translatio ab igne in aquam dejecto.

[n] *Medius fidius*] Vel tres sunt voces, vel unica. Nam ut dicitur 'mehercule,' ita et 'mediusfidius:' atque hac utraque formula per Herculem juratur. Festus contendit ea voce significari Herculem, qui Jovis fuit filius, nam Jovem Δία Græci dicunt; 'fidium' autem pro filio poni, quia antiqui, sæpe pro litera *L*, *D* ponebant: quod ipse Varro lib. IV. confirmat. Porro 'me,' quod in 'medius fidius' primum locum obtinet, pronomen est, quasi diceretur, 'ita me Deus fidius amet:' cui Festus etiam consentit.

[o] *Quam artis*] Fuit Roscius sui temporis celeberrimus histrio, de quo jam in Orat. pro Quintio.

[p] *Propter abstinentiam*] Is dicitur abstinens qui purus est alienæ pecuniæ.

bus verbis commendo. Estne quisquam omnium mortalium, de quo melius existimes tu? estne quisquam, qui tibi purior, pudentior,[8] humanior, officiosior, liberaliorque videatur?[9] Quid tu, Saturi, qui contra hunc venis, existimas aliter? nonne quotiescumque in causa in nomen hujus incidisti, toties hunc et virum bonum esse dixisti, et honoris causa appellasti? quod nemo nisi aut honestissimo aut amicissimo facere consuevit.[10] 19. [*p.* 48.] Qua in re mihi ridicule es visus esse inconstans, qui eundem et læderes et laudares, et virum[11] optimum et hominem improbissimum esse diceres. Eundem tu et honoris causa appellabas, et virum primarium esse dicebas, et socium fraudasse arguebas. Sed, ut opinor, laudem veritati tribuebas, crimen gratiæ concedebas: de hoc, ut existimabas,[12] prædicabas: Chæreæ[13] arbitratu causam agebas. VII. Fraudavit Roscius. Est hoc quidem auribus animisque hominum[14] absurdum. Quid si tandem aliquem timidum, dementem, divitem, inertem[15] nactus esset, qui experiri[16] non posset?[b] tamen incredibile esset. 20. Verumtamen, quem fraudarit, videamus. C. Fannium Chæream Roscius fraudavit. Oro, atque obsecro vos, qui nostis,[17] vitam inter se utriusque conferte: qui non nostis, faciem utriusque considerate. Nonne ipsum caput, et supercilia illa penitus abrasa, olere[18] malitiam,[c] et clamitare calliditatem videntur? nonne ab imis unguibus[19 q] usque ad verticem summum (si

[b] *Vocare in judicium.* [c] *Fraudem.*

---

est: S *dignissimum esse.*—8 Lamb. *prudentior;* quod Brutus omisit.—9 Junt. et Lamb. *liberalior vid.* prob. Orell.—10 χ *consueverit.*—11 Lamb. *eundem et virum.*—12 C H S χ *ut existimabat.*—13 χ *Cheræ.*

CAP. VII. 14 *Hominum* post *animisque* omisit ed. Oxon. et e codd. χ ψ notatur illud additum legi.—15 *Aliquem divitem, timidum, dementem, inertem* e Franc. 1. ediderunt Græv. Beck. Schutz. et Orell. nisi quod Schutz. falsam Ms. Ursini lectionem *clementem* pro *dementem* recepit. Vulg. ut Ern.—16 C S χ *experire.*—17 *Utrumque* inter *qui* et *nostis* inseri jubet Hotom. Mox *conferre* C H S χ.—18 Pro *olere* χ habet *de re.*—19 H S *Non ab imis ung.*—

NOTÆ

[q] *Ab imis unguibus*] Id est, a pedibus usque ad summum capitis verticem.

quam conjecturam affert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur? [20] qui idcirco capite et superciliis semper est rasis,[1] ne ullum pilum[r] viri boni habere dicatur: cujus personam præclare Roscius in scena tractare consuevit: neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur. Nam Ballionem[2] illum improbissimum et perjurissimum lenonem cum agit, agit Chæream. Persona illa[s] lutulenta, impura, invisa, in hujus moribus, natura, vitaque est expressa.[3] Qui quamobrem Roscium similem sui in fraude et malitia existimarit, nihil videtur;[4] nisi forte, quod præclare hunc imitari se[t] in persona lenonis animadvertit. 21. Quamobrem etiam atque etiam considera, C. Piso, quis quem fraudasse dicatur. Roscius Fannium? Quid est hoc? probus improbum, pudens impudentem,[5] perjurum castus, callidum imperitus, liberalis avidum.[d] Incredibile est, quemadmodum, si Fannius Roscium fraudasse diceretur, utrumque[6] ex utriusque persona verisimile videretur, et Fannium per malitiam fecisse, et Roscium per imprudentiam deceptum esse: sic cum Roscius Fannium fraudasse arguatur, utrumque incredibile est, et Roscium quicquam per avaritiam appetisse, et Fannium quicquam per se bonitate amisisse.[7] VIII. 22. Principia sunt hujusmodi: spectemus reliqua. H-S IↃↃↃ[8] [u] Q. Roscius fraudavit Fannium. Qua de cau-

[d] *Avarum.*

---

20 C H S χ *videretur.*—1 Ern. conj. *rasus* legend.—2 χ *Babillonem.*—3 χ *oppressa.*—4 C H S χ ψ, Pal. et quædam edd. vett. *mihi videtur:* Franc. 1. *non vid.* Junt. *non mihi vid.* ut volebat Turnebus. Vid. Nott. Varr.—5 χ *prudens imprudentem.*—6 C H S χ *utrum.*—7 Lamb. de Hotomanni conj. *per suam bonitatem,* prob. Passeratio. Tum *admisisse* C et H.

NOTÆ

[r] *Ne ullum pilum*] Id est, nihil omnino, et ne pilum quidem.

[s] *Persona illa*] Ballionem intelligit, qui fuit leno notissimus ex Pseudolo Plauti.

[t] *Hunc imitari se*] Id est, quia Fannius videt, quod se Roscius egregie in lenonis persona imitatus est, credit etiam eum suos mores imitari.

[u] *H-S IↃↃↃ*] Id est, quinquaginta millia sestertiorum, nostræ monetæ quinque millia librarum.

sa? Subridet Saturius, veterator,[x] ut sibi videtur. Ait propter ipsa[y] H-S ɪɔɔɔ. Video: sed tamen[9] cur ipsa H-S ɪɔɔɔ[10] tam vehementer concupierit, quæro: nam tibi, M. Perperna, C. Piso,[11] certe tanti non fuissent,[12 z] ut socium fraudaretis. Roscio cur tanti fuerint, causam requiro.[13] Egebat? Immo locuples erat. Debebat?[14] Immo in suis nummis[15] versabatur.[a] Avarus erat? Immo etiam, antequam locuples,[b] semper liberalissimus munificentissimusque fuit. 23. Pro Deum hominumque fidem! qui H-S ccccɪɔɔɔ ccccɪɔɔɔ ccccɪɔɔɔ[16 c] quæstus facere noluit (nam certe H-S ccccɪɔɔɔ ccccɪɔɔɔ ccccɪɔɔɔ[17] merere[e] et potuit et debuit, si potest Dionysia[d] H-S ccccɪɔɔɔ ccccɪɔɔɔ[18] merere) is per summam fraudem,[e] et malitiam, et perfidiam H-S ɪɔɔɔ[19] appetiit? Et illa fuit[f] pecunia imma-

[e] *Lucrari.*

Cap. viii. 8 Pro *HS IↃↃↃ* χ habet *HS LIII.* et H *LIII.*—9 Franc. 1. *subridet Saturius. Veterator, ut sibi videtur, ait pr.* Tum C S χ *HS LIII. video sed tamen:* H *LIII. Video: sed tamen.*—10 C S *HS LIII.* H *LIII.* χ *HS,* omisso *LIII.*—11 Schutz. conj. legend. *C. Piso, M. Perperna.*—12 C H S, Pal. Jannoctian. et al. *tanti non fuisset:* χ *tanti non fuit.* Mox H S χ, Pal. Jannoctian. et al. *tanti fuerit.*—13 H *causa,* et C *require.*—14 S *Debebatur.*—15 Al. *summis,* ‘ vitiose,’ ait Hotom.—16 C H et al. *HS CCCLIII CCCLIII CCCLIII,* S *HS CCCLIII.* Schutz. suspic. *HS IↃↃↃ CCCIↃↃↃ* i. e. sexcenta millia.—17 C χ ψ *HS CCCLIII CCCLIII CCCLIII.* S *HS CCCLIII.*—18 C H S χ ψ *HS CCCLIII CLIII.* Bergeri Ms. *HS CCCIↃↃↃ.*—19 C

NOTÆ

[x] *Veterator*] Veterator, quasi vetus et exercitatus in fraudibus faciendis dicitur.

[y] *Propter ipsa*] Tantum propter quæstum et lucrum, quod ex illa summa percipiebat.

[z] *Tanti non fuissent*] Id est, non tantum hoc lucrum æstimassetis, o Perperna et Piso!

[a] *In suis nummis versabatur*] Id est, multam habebat pecuniam, neque in ære alieno erat.

[b] *Antequam locuples*] Tanta gratia valuit apud populum ille Roscius, ut, Macrobio referente lib. III. Saturnal. mille denarios acceperit, id est, nummos argenteos Gallicos, seu scutatos, centum viginti.

[c] *Qui H-S CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ CCCIↃↃↃ*] Id est, qui noluit lucrari trecenta millia sestertiorum, quæ librarum triginta millia efficiunt.

[d] *Si potest Dionysia*] Dionysia saltatrix fuit, quæ ducenta millia sestertiorum meruit, nempe viginti librarum millia.

[e] *Is per summam fraudem*] Nempe Roscius fraudabit, ut quinquaginta millia lucretur, id est, quinque millia librarum. Id autem ironice dicit.

[f] *Illa fuit*] Id est, maxima fuit illa pecunia, quam merere potuit.

nis,[20] hæc[g] parvula; illa honesta, hæc sordida; illa jucunda, hæc acerba; illa propria, hæc in causa et in judicio collocata.[h] Decem his annis proximis H-S sexagies[1][i] honestissime consequi potuit: noluit. Laborem quæstus recepit?[k] quæstum[2] laboris rejecit.[l] Populo Romano adhuc servire non destitit;[m] sibi servire jampridem destitit.[3] 24. Hoc tu unquam, Fanni, faceres? et si hos quæstus recipere[4] posses, non eodem tempore et gestum et animam ageres?[f] [*p.* 49.] Dic nunc te ab Roscio H-S IↃↃↃ[5] circumscriptum[g] esse, qui tantas et tam infinitas pecunias[6] non propter inertiam[h] laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit. Quid ego[7] nunc illa dicam, quæ vobis[8] in mentem venire certo scio? Fraudabat te in societate Roscius. Sunt jura, sunt formulæ[n] de omnibus rebus constitutæ, ne quis aut in genere injuriæ, aut ratione[9] actionis[o] errare possit: expressæ[i] sunt enim ex uniuscujusque[10] damno, dolore, incommodo, calamitate, injuria, publicæ a prætore[11] formulæ,[p] ad quas privata lis accommodetur.[12]

[f] *Et ageres comœdias, et morereris.*
[g] *Deceptum.* [h] *Fugam.* [i] *Descriptæ.*

H S χ *HS LIII.*—20 Bergeri Ms. *immunis.*—1 χ *sexagesies.*—2 C H S χ *quæstus.*—3 χ *jampridem restitit.*—4 H χ ψ, Pal. et edd., vett. *sed si hos.* Dein Lamb. *quæstus reficere.*—5 C H S χ, Pal. et ed. vet. *HS LIII.*—6 χ *qui tametsi inf. pec.*—7 Idem Ms. *Quid ergo.*—8 C H S χ *nobis.*—9 Lamb. et Schutz. *aut in ratione.*—10 C *etiam ex un.* χ *enim et un.*—11 C H S *publica he a præt.* χ ψ *publica hæ a præt.*—12 *Accommodetur* dedit Hotom. auctoritate duorum codd. et recepit Ern. *accommodatur* al. edd. et Mss.

NOTÆ

[g] *Hæc*] Nempe, quam per fraudem sibi dicis quæsivisse, litium et rixarum causa fuit.

[h] *Collocata*] De qua agitur in hoc judicio, an uni soli sit propria, an duobus communis.

[i] *H-S sexagies*] Id est, centena millia, quæ faciunt ducenta millia nummorum.

[k] *Laborem quæstus recepit*] Id est, ex labore tantum quæstum et tantam pecuniam colligere potuit.

[l] *Quæstum laboris rejecit*] Id est, sed tantum quæstum et tantam pecuniam colligere noluit.

[m] *Servire non destitit*] In theatro.

[n] *Sunt formulæ*] Formulæ sunt quædam agendi rationes, quas ad arbitrium suum mutare cives non poterant, sed quæ sunt certæ et solennes, secundum quas agere in causis quibuslibet et actionibus tenebantur.

[o] *Actionis*] Actio nihil est aliud quam jus persequendi in judicio,

IX. 25. Quæ cum ita sint, cur non arbitrum[13] pro socio[q] adegeris[k] Q. Roscium, quæro. Formulam non noras?[14] Notissima erat. Judicio gravi[r] experiri nolebas? Quid ita? Propter familiaritatem veterem? cur ergo lædis? Propter integritatem hominis? cur igitur insimulas?[l] Propter magnitudinem criminis?[15] Itane vero? quem per arbitrum circumvenire non posses,[s] cujus de ea re proprium erat[16] judicium, hunc per judicem condemnabis, cujus de ea re nullum est arbitrium? Quin tu hoc crimen aut objice, ubi licet agere;[t] aut jacere[m][17] noli, ubi non oportet.[u] Tametsi jam hoc tuo testimonio crimen sublatum est. Nam, quo tu tempore illa formula uti noluisti,[18][x] nihil hunc in societatem[19] fraudis fecisse ostendisti. Fecit pactionem.[y] Num tabulas[20] habet,[z] annon? Si non ha-

[k] *Persecutus sis.* [l] *Accusas.* [m] *Objicere.*

CAP. IX. 13 Ursini Ms. Pal. et quædam edd. *ad arbitrum:* al. *ad arbitrium.* —14 H *notas.*—15 *Propter ægritudinem criminis* H S χ ψ et edd. vett. *propter ægritudinem corporis* Franc. 1. *propter ægritudinem ærumnis* C: *propter acritudinem criminis* conj. Grut. *propter ægritudinem*, omisso *criminis*, suspic. Beck. *propter magnitudinem criminis* e Turnebi conj. dederunt Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—16 *Proprium non erat* C H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Dein iidem Mss. *nunc per jud.* et mox *de re*, omisso *ea.*—17 Iidem Mss. *tacere.*—18 χ *voluisti.*—19 Beck. e quinque Oxonn. Mss. et Franc. 1. edidit *in societate.*—20 H *fraudis fecisse judi-fecisse juriditionem casti jurisdictionem. Num tab.* S *fraudis fecisse nidi ditionem. Num tab.* χ *fraudis fecisse venditionem. Num tab.* cum spatio post *fecisse:* ψ *fraudis fecisse inditionem. Num tab.* Pal. *fraudis fecisse in diditionem tab.* Edd. ant. *fraudis fecisse vidi ditionem tab.* Victor. ed. *fruudis fecisse ostendisti* * *in ditionem, num tab.* Pro *num tabulas,* Lamb. legi mavult *in tabulis.* Menardus suspic. *Num tabulas habes . . . si non*

NOTÆ

quod sibi debetur.

[p] *A prætore formulæ*] Actiones aliæ civiles sunt, quæ a legibus constituuntur, aliæ prætoriæ, quas ipsi prætores certis limitibus præscribunt.

[q] *Arbitrum pro socio*] Hanc fuisse actionis formulam significat, qua in jus vocantur ii qui socium fraudarunt.

[r] *Judicio gravi*] Fallere socium turpissimum est, ideoque grave judicium.

[s] *Per arbitrum circumvenire non posses*] Id est, quem contra jus omne condemnare per arbitrum non posses.

[t] *Licet agere*] Nempe in judicio.

[u] *Non oportet*] Apud arbitrum.

[x] *Illa formula uti noluisti*] Id est, inchoatam litem ad arbitrum persequi noluisti, nec judicium de societate quod inceperas.

[y] *Fecit pactionem*] Nempe Roscius, sic enim loquitur Fannius de Roscio.

[z] *Num tabulas habet*] Respondet Cicero, Quis habet tabulas? quia pactiones omnes, stipulationes, &c. referebantur in tabulas, ut de iis certo constaret.

bet, quemadmodum pactio est? si habet, cur non nominas? 26. Dic nunc Roscium abs te petisse, ut familiarem suum sumeres arbitrum:[1] non petiit.[a] Dic pactionem fecisse, ut absolveretur: non pepigit.[b] Quære, quare sit absolutus? quod erat summa innocentia et integritate. Quid enim factum est? venisti domum ultro Roscii: satisfecisti: quod temere commisisses,[2 c] in judicium ut denuntiaret, rogasti, ut ignosceret; te affuturum negasti: debere[3] tibi ex societate nihil, clamitasti: judici[4] hic denuntiavit: absolutus est. Tamen fraudis ac furti mentionem facere audes? Perstat in impudentia:[5] pactionem enim, inquit, mecum fecerat. Idcirco videlicet ne condemnaretur. Quid erat causæ, cur metueret, ne condemnaretur? Res erat manifesta; furtum erat apertum.

27. Cujus rei furtum factum erat? Exorditur magna cum expectatione veteris[n] histrionis[d] exponere societatem. X. Panurgus, inquit, fuit Fannii: is fuit ei cum Roscio communis. Hic primum questus est non leviter Saturius, communem factum esse gratis[e] cum Roscio, qui pretio proprius fuisset Fannii. Largitus est scilicet homo libe-

[n] *Periti.*

---

habes . . . si habes. Vulg. ut Ern.—1 C *arbitrium.*—2 ψ *quod ultro temere comm.* In H S χ ψ, Franc. 1. et ed. Naug. *commisisti.* Tum Lamb. *judicium ut denuntiares,* omisso *in:* Hotom. quoque *denuntiares* scribi vult. Garaton. conj. h. l. ita legend. *quod tem. comm., id judicium ut denunciares, rogasti ut ignosc.* Schutz. de conj. Ern. edidit, *satisfecisti, quod temere commisisses; in judicium ut denuntiaret, rogasti,* omissis verbis *ut ignosceret.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—3 Al. *deberi.*—4 χ *clamasti judici.*—5 Idem Ms. *Perstat imp.*

NOTÆ

[a] *Non petiit*] Quia Piso sumtus est, quo familiariter non utebatur Roscius.

[b] *Non pepigit*] Si pactionem fecisset, tabulæ apparerent.

[c] *Quod temere commisisses* [*commisisti*] Id est, arguit eum imprudenter fecisse; nam postquam ab arbitro Roscius absolutus est, eum Fannius ad judicem vocavit.

[d] *Veteris histrionis*] Panurgus vetus fuit ille histrio, quem Roscius et Fannius contraxerant. Ironice autem veterem appellat.

[e] *Communem factum esse gratis*] Male conqueritur Fannius, quod gratis communis factus sit; nam etsi unus pecuniam contulerit, et alter non contulerit, tamen lucrum commune esse debuit, quia sæpe unius opera alterius pecuniam valet.

ralis, et dissolutus,[o] et bonitate[6] affluens Fannius Roscio? Sic puto. 28. Quoniam ille hic[f] constitit paulisper, mihi quoque necesse est paulum commorari. Panurgum tu, Saturi, proprium Fannii dicis fuisse. At ego totum Roscii fuisse contendo. Quid erat[7] enim Fannii? corpus.[g] Quid Roscii? disciplina. Facies non erat, ars[h] erat pretiosa. Ex qua parte erat Fannii, non erat H-S IↃↃↃ:[8][i] ex qua parte erat Roscii,[k] amplius erat H-S CCCIↃↃↃ.[9] Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat.[10] Nam illa membra[11] merere per se non amplius poterant duodecim æris:[l] disciplina, quæ[12] erat ab hoc tradita, locabat se non minus H-S CCCIↃↃↃ.[13] 29. O societatem captiosam et indignam![14] ubi alter H-S IↃↃↃ, alter CCCIↃↃↃ[15] quod sit,[p] in societatem affert: nisi idcirco moleste pateris, quod H-S IↃↃↃ[16] tu ex arca proferebas, H-S CCCIↃↃↃ[17] ex disciplina et artificio Roscius[18] promebat. Quam enim rem[19] et expectationem, quod studium, et quem favorem secum in scenam attulit Panurgus? Quod[20] Roscii fuit discipulus. Qui diligebant hunc, illi favebant; qui admirabantur hunc, illum probabant; [*p.* 50.] qui denique hujus nomen audierant, illum eruditum et per-

[o] *Largus.* [p] *Quod æstimetur.*

Cap. x. 6 ψ *bonitatem.*—7 C H S *Quod erat.* Paulo post C H S ψ *Quod Roscii est.*—8 C H S *H-S LIII. eo:* ψ *LIII.* 8.—9 χ ψ *H-S CCCLIII CCCL.*—10 C *extimabat.*—11 *Membra* non est in χ.—12 H *quo.*—13 C H S χ *H-S CCCLIII.*—14 Lamb. conj. *iniquam.*—15 C S χ ψ *H-S LII. eo alter LIII.*—16 C H S *H-S LIII. eo:* ψ *H-S LIII.* 8.—17 C S χ ψ *H-S CCCLIII LIII.* H *L'CCCLIII LIII.*—18 *Roscius* non est in χ.—19 E conj. Boëmoræi *spem*

NOTÆ

[f] *Ille hic*] Saturius illo in loco paulisper commoratus est.

[g] *Corpus*] Nempe Panurgi, Roscius enim emerat Panurgum.

[h] *Ars*] Histrionica.

[i] *Non erat H-S IↃↃↃ*] Id est, non vendi potuit, si facies sine arte esset, quinquaginta mille sestertiis, id est, libris quinque millibus.

[k] *Ex qua parte erat Roscii, &c.*] Id est, sed quia histrionicam a Roscio didicerat, potuit amplius centum millibus sestertiis locari, nostris libris decem millibus.

[l] *Duodecim æris*] Supple nummos, qui duodecim asses valebant: æs autem quatuor denariolos Gallicos, teste Budæo: æreum autem istud monetæ genus usitatum fuit apud Romanos: inde autem ærarium dictum.

fectum[1] existimabant. Sic est vulgus:[m] ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat.[2] 30. Quid sciret ille, perpauci animadvertebant: ubi didicisset, omnes quærebant. Nihil ab hoc pravum[3] et perversum produci posse arbitrabantur. Si veniret ab Statilio;[4 n] tametsi artificio Roscium superaret, aspicere nemo posset:[5] nemo enim, sicut ex improbo patre probum filium nasci, sic ex pessimo histrione bonum comœdum fieri posse existimaret. Quia veniebat a Roscio, plus etiam scire, quam sciebat, videbatur. XI. Quod item nuper in Erote comœdo[6 o] usu venit; qui, posteaquam e scena non modo sibilis, sed etiam convicio explodebatur; sicut in aram,[p] confugit in hujus domum, disciplinam, patrocinium, nomen. Itaque perbrevi tempore, qui ne in novissimis[q] quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comœdos.[q] 31. Quæ res extulit eum? Una commendatio hujus; qui tamen Panurgum illum, non solum ut Roscii discipulus fuisse diceretur, domum recepit, sed etiam summo cum labore, stomacho, miseriaque erudiit. Nam,[7] quo quisque est solertior et ingeniosior, hoc docet[8] iracundius[r] et laboriosius: quod enim ipse celeriter arripuit, id cum tarde percipi[9] videt, discruciatur.

[q] *In ultimis.*

edidit Schutz. probb. Græv. et Ern.—20 χ ψ *attulit Panurgus quod.*—1 χ *perspectum.*—2 Idem Ms. *existimat.*—3 C S *parvum.*—4 Alii libri *Satilio,* unde Passerat. voluit *Satirio* s. *Saturio.*—5 χ *possit.*

CAP. XI. 6 χ ψ *nuper errore commodo.*—7 C H S χ *Jam.*—8 χ *decet.*—9

NOTÆ

[m] *Sic est vulgus*] Nempe comparatum a natura.

[n] *Si veniret ab Statilio*] Id est, si esset institutus a Statilio: pessimus autem erat ille apud Romanos histrio.

[o] *In Erote comœdo*] Erotes tam imperitus comœdus fuit quam Statilius.

[p] *Sicut in aram*] Id est, sicut ad asylum confugit.

[q] *Ad primos pervenit comœdos*] Licet Erotes ille histrio esset imperitus, institutus tamen a Roscio, statim inter primos comœdos numeratus est.

[r] *Docet iracundius*] Cic. de Orat. l. I. sic ait de Roscii disciplina: ‘Sæpe soleo audire Roscium, cum ita dicit, se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem: non quo non essent quidam probabiles; sed quia, si aliquid modo esset vitii, id ferre ipse non posset.’

Paulo longius oratio mea provecta[10] est hac de causa, ut conditionem societatis diligenter cognosceretis. 32. Quæ deinde sunt consecuta?[11] Panurgum, inquit, hunc, servum communem, Q. Flavius Tarquiniensis[12 s] quidam interfecit. In hanc rem, inquit, me cognitorem[t] dedisti: lite contestata,[u] judicio damni injuria[13 x] constituto, tu sine me cum Flavio decidisti.[r] Utrum pro dimidia parte, an pro tota societate?[14] planius dicam, utrum pro me, an pro me[15] et pro te? Pro me potui: exemplo multorum licitum est: jure fecerunt multi:[16] nihil in ea re tibi injuriæ feci. Pete tu tuum, exige, et aufer, quod debetur. Suam quisque partem juris possideat[17] et persequatur. At enim tuum negotium[18] gessisti bene. Gere et tu tuum bene. Magno tuam dimidiam partem decidisti. Magno[s] et tu tuam[19] partem decide. H-S CCCIↃↃↃ abstulisti.[20] Si fit hoc vero,[t 1] H-S CCCIↃↃↃ tu quoque aufer. XII. 33. Sed hanc decisionem Roscii, oratione et opinione augere[2]

[r] *Pactus es.* [s] *Magna pecunia.* [t] *Si hoc sit verum.*

Idem Ms. *preci.*—10 C S χ *projecta.*—11 *Quæ deinde sunt cons.* C H S χ, Franc. 1. edd. vett. cum Græv. Beck. Schutz. et Orell. Alii omittunt *sunt.*—12 χ *Tarquinensis.*—13 ψ *in injuria:* al. *injuriæ.* Ern. *injuria* pro gloss. habuit.—14 *Societate* abest a C H S χ ψ.—15 C H S, Ven. 1483. Junt. Beck. Schutz. et Orell. *an et pro me.* Alii omittunt copulam *et.*—16 Boëmoræus h. l. sic distinxit, *pro me? potui exemplo multorum: licitum est jure: fecerunt multi:* cui Lambinus assentitur. Paris. unus et quidam Mss. teste Turnebo, cum Lall. Beck. et Orell. *pro me? potui exemplo multorum: licitum est: jure fecerunt multi;* nisi quod Lall. et Beck. habent *multorum exemplo.* Schutz. *pro me potui exemplo multorum; licitum est jure;* [*fecerunt multi;*] *nihil.*—17 *In* χ desunt verba *juris possideat.*—18 *At enim tu tuum neg.* C H S χ ψ, Jannoctian. Franc. 1. et edd. pr. cum Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—19 *Magno tu tuam* Nang. Græv. Beck. Schutz. et Orell. Alii omittunt *tu.*—20 Vulg. *tu abst.* Ern. *tu* delevit.—1 Hotom. e conj. *si sit hoc verum;* et ita Ursini Ms. et Schutz. Hæc verba Beckio et Orellio spuria videbantur; quocirca ea Orell. uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.

NOTÆ

[s] *Tarquiniensis*] Tarquinium oppidum fuit in Hetruria.

[t] *Cognitorem*] Cognitor is dicitur, qui præsentis negotium tractat, sicut procurator, qui absentis.

[u] *Lite contestata*] Lis contestata dicitur, cum prætor judicium dedit, et reus et actor pronuntiant testibus præsentibus, 'Testes estote.'

[x] *Damni injuria*] Id est, illati damni injuria formula sit a prætore data, sub qua injuriæ culpa intelligatur.

licet ; re[u] et veritate mediocrem et tenuem esse invenietis. Accepit enim agrum temporibus iis, cum jacerent[3] pretia[y] prædiorum ; qui ager neque villam habuit, neque ex ulla parte fuit cultus ; qui nunc multo pluris est, quam tunc fuit. Neque id est mirum. Tum enim, propter reipublicæ calamitates, omnium possessiones erant incertæ ;[z] nunc, Deum immortalium benignitate, omnium fortunæ sunt[4] certæ : tum erat[5] ager incultus sine tecto ; nunc est cultissimus cum optima villa. 34. Verumtamen, quoniam natura tam malevolus es, nunquam ista te molestia et cura[a] liberabo.[6] Præclare suum negotium gessit Roscius : fundum fructuosissimum abstulit : quid ad te ?[7] tuam partem dimidiam, quemadmodum vis, decide. Vertit hic rationem,[x] et id, quod probare non potest,[8] fingere conatur. De tota re, inquit, decidisti.

Ergo huc universa causa deducitur, utrum Roscius cum Flavio de sua parte, an de tota societate fecerit pactionem. 35. Nam ego Roscium, si quid communi nomine tetigit,[9] confiteor præstare[y] debere[10] societati. Societatis, non suas lites redemit,[b] cum fundum a Flavio accepit. Quid ita satis[11] non dedit,[z c] amplius a se neminem[12] petitu-

[u] *Revera.* [x] *Objicit rationem aliam.*
[y] *Satisfacere.* [z] *Non dedit fidejussorem.*

Cap. xii. 2 H S χ *et augere.*—3 χ *jaceret.*—4 *Sunt* non est in H.—5 Ed. Oxon. omisit *erat*, et notavit illud in χ addi.—6 *Liberalis* χ: *liberabis* C H S, Ven. 1483. Rom. Brix. Med.—7 χ *a te.*—8 Franc. 1. *orationem, et id quod approbare non potest.*—9 Vir doctus in marg. Lamb. ed. 1566. ascripsit, ' Fortasse *pepigit.*'—10 χ *deberi.*—11 Edd. pr. *Quid ita? satis*, et mox, *Quid ita? Flavio.*—12 ' Boëmoræus conj. *amplius esse nem.* Lamb. *ampl. ab eo nem.*

NOTÆ.

[y] *Cum jacerent pretia*] Prædia majori pretio ante Syllæ tumultus emebantur ; tum vilissimo data sunt, quia nemo emere volebat, ne inter proscriptos referretur.

[z] *Erant incertæ*] Erant incertæ possessiones idcirco, quia si quis haberet villam aut domum, quæ Syllanis placeret, statim proscribebatur, et bona ejus publicabantur.

[a] *Molestia et cura*] Id est, ista invidentia liberabo, quam ex Roscii felicitate concepisti : liberarem enimvero, si res de qua agitur, a me extenuaretur.

[b] *Societatis, non suas lites redemit*] Objicit Fannius, cum Roscius accepit fundum, Flavium non suis litibus, sed societatem totam liberasse.

[c] *Satis non dedit*] Respondet Ci-

rum? Qui de sua parte[13] decidit, reliquis integram relinquit[14] actionem: qui pro sociis transigit, satisdat, neminem eorum postea petiturum. [*p.* 51.] Quid ita Flavio sibi cavere non venit in mentem?[15] [d] Nesciebat videlicet Panurgum fuisse in societate? Sciebat. Nesciebat, Fannium Roscio[16] esse socium? Præclare: nam iste cum eo litem contestatam[b] habebat. 36. Cur igitur decidit, et non restipulatur,[e] neminem amplius petiturum? cur de fundo decidit,[17] et judicio non absolvitur?[c] cur tam imperite facit, ut nec Roscium[18] stipulatione alliget,[d] neque a Fannio judicio se absolvat? 37. Est hoc primum et ex conditione juris,[f] et ex consuetudine cautionis,[g] gravissimum et firmissimum argumentum; quod ego pluribus verbis amplecterer, si non alia certiora et clariora testimonia in causa haberem. XIII. Et, ne forte me hoc frustra pollicitum esse prædices; te, te, inquam, Fanni, ab tuis subselliis[h] contra te testem suscitabo.[19] Criminatio tua quæ est? Roscium cum Flavio pro societate decidisse. Quo tempore? Abhinc annis IV.[20] Defensio mea quæ est? Ros-

[b] *Constitutam.* [c] *Liberatur.* [d] *Obliget.*

Alterutrum probat Garaton. aut verba *a se* adsuta esse ab aliena manu censet. Recte.' *Beck.* Schutz. de Garatonii conj. *ampl. nem.* omisso *a se.*—13 S *qui si sua parte.*—14 H S χ *reliquit.*—15 χ *in mente.*—16 ψ *Fannio Roscium.*—17 Passerat. conj. *de fundo decedit;* et sic habent C S, Venet. 1483. et Junt. Verba *cur de fundo ... absolvitur* Schutzio suspecta sunt.—18 C H S χ *ut ne Rosc.*

CAP. XIII. 19 Ms. Ursini *excitabo.*—20 *Annis IV.* de Hotomanni conj.

NOTÆ

cero, Cur non dedit fidejussorem Flavio, quod nullum ab eo deinceps quicquam de Panurgi cæde peteret?

[d] *Cavere non venit in mentem*] Id est, debuit ille cautionem accipere ad majorem securitatem.

[e] *Restipulatur*] Restipulari est ab eo cui, quid ante a nobis stipulanti promisimus, vicissim aliquid stipulari. Loquitur autem de Flavio, a quo Roscius transactionis nomine fundum stipulatus erat. Quærit igitur, si totius societatis nomine fundum Roscius stipulatus est, quid ita Flavius restipulatus non est, amplius eo nomine neminem petiturum.

[f] *Ex conditione juris*] Quia jus est solidum solventi, hanc stipulationem interponere. Ita Hotomann.

[g] *Ex consuetudine cautionis*] Quia hæc satisdatio et cautio in ejusmodi solutionibus exigi consuevit. Ex eodem Hotom.

[h] *Ab tuis subselliis*] Actores, rei,

cium pro sua parte[1] cum Flavio transegisse. Repromittis[e] tu abhinc triennium[2] Roscio. Quid? recita istam restipulationem[3] clarius.[f] Attende, quæso, Piso. Fannium invitum, et huc atque illuc tergiversantem,[i] testimonium contra se dicere cogo.[4] Quid enim restipulatio clamat? 'Quod a Flavio abstulero, partem dimidiam inde Roscio me soluturum spondeo.' Tua vox est, Fanni. 38. Quid tu auferre[5] potes[k] a Flavio, si Flavius nihil debet? Quid hic porro nunc[l] restipulatur, quod jampridem ipse exegit? quid vero Flavius tibi daturus est,[6] qui Roscio omne, quod debuit, dissolvit? cur in re tam veteri, in negotio tam confecto,[7] in societate dissoluta,[m] nova hæc restipulatio[8] interponitur? Quis est hujus restipulationis scriptor? testis? arbiter? quis?[9] tu, Piso. Tu enim Q. Roscium pro opera, pro labore,[10 n] quod cognitor fuisset, quod vadimonia obisset,[11 o] rogasti, ut Fannio daret H-S CCCIↃↃↃ,[12 p] hac conditione, ut, si quid ille exegisset a Fla-

[e] *Spondes.* [f] *Altius.*

---

ediderunt Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *annis XV.* Mss. et edd. ante Hotom.—1 H *de sua parte.*—2 C *triennio.*—3 C H S χ *stipulationem;* iidemque mox *stipulatio.*—4 Schutz. de Boëmoræi conj. edidit *test. contra se cogo dicere:* Lamb. malit *test. dicere contra se cogo.*—5 χ *Quid tua auf.* et mox *Quid hoc porro.* Tum H *nunc restipulatus.*—6 χ *ipsi exigit? Quid vero Fl. ipse dat. est.*—7 Gulielm. Passerat. et Lamb. malunt *jam conf.*—8 C H S χ *stipulatio,* et mox *stipulationis.*—9 Iidem Mss. *quæ.*—10 C H S χ et Schutz. *labore* sine præpositione.—11 H *obesset:* S *obessent.*—12 *CCCLIII.* C H χ ψ: *CCIↃↃIↃↃ* Lamb. et Schutz. *CCIↃↃ* Manut.

NOTÆ

testes, et judices subsellia sua habebant.

[i] *Tergiversantem*] Id est, dicta mutantem, et quasi vertentem terga.

[k] *Quid tu auferre potes*] Si Roscius decidit cum Flavio pro societate, Flavius nihil debet. Si nihil debet, ab eo Fannius nihil anferre potest: sed cum in restipulatione dicat, quod a Flavio abstulero; significat Roscium pro societate pactum non fecisse.

[l] *Nunc*] Tempus ante triennium intelligit.

[m] *In societate dissoluta*] Cum restipulatio a Fannio facta sit, probat hanc societatem dissolutam esse.

[n] *Pro opera, pro labore*] Nempe Fannii, qui in hac causa cognitor fuit.

[o] *Quod vadimonia obisset*] Obire vadimonium est ire ad vadimonium, et die data secundum sponsionem se in jure sistere.

[p] *Daret H-S CCCIↃↃↃ*] Centum millia sestertium. Conveniunt omnes mendosum hunc locum esse. Neque

vio, partem ejus dimidiam Roscio dissolveret. Satisne ista restipulatio[13] dicere tibi videtur aperte, Roscium pro se decidisse? 39. At enim forsitan hoc tibi veniat[14] in mentem, repromisisse[q] Fannium Roscio,[15] si quid a Flavio exegisset, ejus partem dimidiam: sed omnino[16] exegisse nihil. Quid? tu non exitum exactionis,[r] sed initium repromissionis spectare debes? neque, si ille[s] persequi noluit, non, quod in se fuit, judicavit, Roscium suas, non societatis lites redemisse?[17] Quid si tandem planum facio, post decisionem veterem[t] Roscii, post repromissionem[18 u] recentem hanc Fannii, H-S ↀↀↀIↃↃↃ[19] Fannium a Q. Flavio,[20] Panurgi nomine abstulisse? tamen diutius[1] illudere viri optimi existimationi,[g] Q. Roscii, audebit?

XIV. 40. Paulo ante quærebam, id quod vehementer ad rem pertinebat, qua de causa Flavius, cum de tota lite faceret pactionem, neque satis acciperet a Roscio, neque ju-

[g] *Tollere famam viri optimi.*

Mavult Ern. *IↃↃↃ;* et ita Lall. dedit.—13 *Ista stipulatio* C H S χ ψ: *ipsa stipulatio* Franc. 1.—14 *Et enim* C H S χ ψ; et *veniet* H.—15 C H S χ ψ *Roscium.*—16 C H *se domino.*—17 Lamb. et Lall. *Quid tum? non exitum exactionis.* Hotom. conj. *actionis.* Post *debes* et *redemisse* plerique (exceptis Naug. Lamb. Beck. Schutz. et Orell.) interrogationis signa habent. Pro *Neque si ille,* Pantagath. malnit *Namque si ille,* sic etiam Bergeri Ms. et pro *persequi noluit* Bergeri Ms. habet *persequi voluit,* et C H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. *persequendum,* omisso *noluit.*—18 Post *repromissionem,* C habet *veterem,* et S *entem.*—19 C H S *CCCLIII.* In χ deest.—20 C H S χ habent *C. Flavio.*—1 Lamb. et Schutz. *tamenne diutius.* Mox iidem deleverunt verba *Q. Roscii.*

NOTÆ

enim probabile est integram suam summam Roscium Fannio pro opera et labore suo dedisse. Quare Manutius censet reponendum esse, *CCIↃↃ.* id est, decem millia sestertium, quæ mille libras Gallicas efficiunt.

[q] *Repromisisse*] Repromittere est promittenti aliquid vicissim promittere.

[r] *Exitum exactionis*] Id est, nonne debes spectare quid promissum sit, non quid exactum sit?

[s] *Neque, si ille*] Id est, Chærea spectare debuit Roscium redemisse lites suas non societatis, si credidit judicio persequendum esse; quod in se non fuit, id est, partem quæ ad Fannium pertinebat.

[t] *Post decisionem veterem*] Quam fecit Roscius cum Flavio.

[u] *Post repromissionem*] Qua triennio ante Fannius Roscio vicissim promisit.

dicio absolveretur a Fannio: nunc vero (id[2] quod mirum et incredibile est) requiro, quamobrem, cum de tota re decidisset cum Roscio, H-S CCCIↃↃↃ separatim[3] Fannio dissolvit? Hoc loco, Saturi, quid pares respondere, scire cupio: utrum omnino Fannium a Flavio H-S CCCIↃↃↃ non abstulisse? an alio nomine et alia de causa abstulisse?[4] 41. Si alia de causa; quæ ratio tibi cum eo intercesserat?[h] nulla. Addictus erat tibi?[x] non. Frustra tempus contero.[5] Omnino, inquit, H-S CCCIↃↃↃ a Flavio[6] non abstulit, neque Panurgi nomine, neque cujusquam. Si planum facio, post hanc recentem stipulationem Roscii, H-S CCCIↃↃↃ[7] a Flavio te abstulisse; numquid causæ est,[8] quin ab judicio abeas turpissime victus? 42. Quo teste igitur hoc planum faciam?[9] [*p.* 52.] Venerat, ut opinor, hæc res in judicium. Certe. Quis erat petitor? Fannius. Quis reus? Flavius. Quis judex?[10] Cluvius. Ex his unus mihi testis est producendus, qui pecuniam datam dicat. Quis est ex his gravissimus?[11] Sine controversia, qui omnium judicio comprobatus est judex. Quem igitur ex his tribus a me testem spectabis?[12] Petitorem? Fannius est: contra se nunquam testimonium dicet. Reum? Flavius est. Is jampridem[13] est mortuus. Si viveret, verba ejus audiretis. Judicem? Cluvius est. Quid is dicit? H-S CCCIↃↃↃ[14] Panurgi nomine Flavium Fannio

[h] *Quod negotium fuerat tibi cum eo?*

CAP. XIV. 2 *Id* non est in χ.—3 *H-S CCCLIII. separatum* C H S.—4 χ omittit *omnino.* In C H S *Fannium Fabio H-S CCCLIII. non abstulisset:* in χ ψ quoque *abstulisset;* et mox C H S χ *abstulisset.* Franc. 1. *Fannius a Flavio Sext. CCCLIII. non abstulisset? an alio nomine abstulisset,* non improb. Græv.—5 *Adductus erat tibi? Non frustra temp. cont.* al.—6 C H S habent *H-S CCCLIII.* In χ desunt *H-S CCCIↃↃↃ a Flavio.*—7 C H S χ *CCCLIII.*—8 *Causare* Mss. plerique cum Ven. 1483. Junt. Crat. *causæ est* Franc. 1. Lamb. Grut. Oliv. Lall. Beck. Schutz. Orell. et sic legend. conjecerat Turnebus Advers. XXIX. 36.—9 χ *hoc palam faciam;* et sic ψ in marg.—10 H et S *Qui judex.*—11 C S *gravissimis.*—12 *Expectabis* de Hotomanni conj. habent Lamb. Oliv. Lall. et Beck. sic etiam in C H S ψ. *Expectas* de Manutii conj. edidit Schutz.—13 C H S χ *Flavius testis jampr.*—14 C H S χ

NOTÆ

[x] *Addictus erat tibi*] Qui debitam pecuniam creditori solvere non poterat, jure prætorio ejus servituti addicebatur.

dissolvisse: quem tu si ex censu spectas,[15][y] eques Romanus est; si ex vita, homo clarissimus[16] est; si ex te, judicem sumsisti; si ex veritate, id, quod scire potuit et debuit, dixit. 43. Nega, nega nunc,[17] equiti Romano, homini honesto, judici tuo, credi oportere. Circumspicit, æstuat: negat nos Cluvii testimonium recitaturos. Recitabimus. Erras: inani et tenui spe te consolaris.[18] Recita testimonium T. Manilii et C. Luscii Ocreæ,[19] duorum senatorum, hominum ornatissimorum,[20] qui ex Cluvio audierunt.[1] (*Testimonium T. Manilii, et C. Luscii Ocreæ.*) Utrum dicis? Luscio et Manilio, an et Cluvio non esse credendum? Planius atque apertius dicam. XV. Utrum Luscius et Manilius nihil de H-S ↀↀↀIↃↃↃ ex Cluvio audierunt? an Cluvius falsum Luscio et Manilio dixit? Hoc ego loco, soluto et quieto sum animo; et, quorsum recidat[2] responsum tuum, non magnopere laboro. Firmissimis[3] enim et sanctissimis testimoniis virorum optimorum causa Roscii communita[4] est. 44. Si jam tibi deliberatum est, quibus abroges fidem jurisjurandi, responde. Manilio et Luscio negas esse credendum?[5] dic, aude: est tuæ contumaciæ, arrogantiæ, vitæque universæ vox. Quid expectas,[6] quam mox ego Luscium et Manilium dicam, ordine, esse senatores; ætate, grandes natu; natura, sanctos et religiosos;[7] copiis rei familiaris, locupletes et pecuniosos? non faciam: nihil mihi detraham,[z] cum illis exactæ

CCCLIII.—15 χ *spectes.*—16 Lamb. maluit *homo castissimus.*—17 χ *hunc.*—18 C *consularis.*—19 Al. *Manlii.* Pro *Ocreæ*, Augustin. maluit *Ocric.* i. e. *Ocriculani*, consentiente Ursino.—20 *Hom. honestissimorum* C H χ, Ven. 1483. Junt.—1 χ *audierat.* Verba *Testimonium ... Ocreæ* in antiquioribus editionibus non reperiuntur, sed in recentiores ex Hotomanni conjectura sunt recepta.

Cap. XV. 2 C H S χ *tendat.*—3 H *Firmissimus.*—4 χ *commutata.*—5 C S χ et quædam edd. vett. *jusjurandi.* Lamb. *responde Manilio et Luscio neg. esse cred.*—6 Al. *Quid? expectas.*—7 C S χ *religiosi.* Ante *copiis* Lamb. inseruit

NOTÆ

[y] *Ex censu spectas*] Non viles personæ pro testibus proferebantur, ne facile pecunia corrumperentur; unde divites testes idonei dicebantur. Census autem equestris quadringentis saltem millibus sestertium æstimabatur, id est, quadraginta mille libris.

[z] *Nihil mihi detraham*] Id est, nihil

ætatis severissime fructum, quem meruerunt, retribuam. Magis mea adolescentia indiget illorum bona existimatione, quam illorum severissima senectus desiderat meam laudem. 45. Tibi vero, Piso, diu deliberandum et concoquendum[8] est,[i] utrum potius Chæreæ injurato in sua lite, an Manilio et Luscio juratis[9][a] in alieno judicio[b] credas. Reliquum est,[10] ut Cluvium falsum dixisse Luscio et Manilio contendat: quod si facit, (qua impudentia est)[11] eumne testem improbabit, quem judicem probarit? ei negabit credi oportere, cui ipse crediderit? ejus testis ad judicem fidem infirmabit,[k] cujus propter fidem et religionem[l] judicis, testes comparabat? quem ego si ferrem[m] jŭdicem, refugere non deberet; cum testem producam, reprehendere audebit? Dixit[12] enim, inquit, injuratus Luscio et Manilio. 46. Si diceret juratus,[13] crederes? XVI. At quid interest inter perjurum et mendacem?[c] Qui mentiri solet, pejerare consuevit.[14] Quem ego, ut mentiatur, inducere possum; ut pejeret, exorare facile potero. Nam, qui semel a veritate deflexit, hic non majore[15] religione[d] ad perjurium,[16] quam ad mendacium perduci consuevit. Quis enim deprecatione Deorum,[e] non conscientiæ fide commovetur? Propterea[17]

[i] *Digerendum animo.*
[k] *Debilitabit apud judicem.*
[l] *Et jusjurandum.*
[m] *Sumerem.*

---

fortuna et.—8 χ *conquerendum.* Græv. malit *coquendum.* Vid. Clav. in 'Concoquo.'—9 χ *juratus.*—10 C H S χ ψ *Relictum est.*—11 Post *impudentia est* in edd. antiquis nota interrogandi posita fuit.—12 C H S χ *Dicit.*—13 Ursini Ms. *Si dixisset.* Pro *juratus* C H S habent *injuratus*, et χ *injuriatus.*

CAP. XVI. 14 Verba *Qui ment. solet, pej. cons.* Schutz. uncis inclusit.—15 C H S χ ψ *minore.*—16 Ed. Oxon. habet *ad perjuriam*, et in var. lect. vulgatum ex uno cod. χ notatur.—17 Schutz. inclusit uncis verba *Quis enim dep.*

NOTÆ

volens et lubens diminuam de mea existimatione. Quod facerem, si tantum mihi sumerem, ut de illorum exacta severissime ætate, adolescens nullius auctoritatis judicium meum interponerem.

[a] *Juratis*] Testes jurabant dicturi testimonium.

[b] *In alieno judicio*] Id est, in eo judicio quod ad se prorsus non pertineat.

[c] *Perjurum et mendacem*] Uterque quidem mentitur, sed gravius perjurus, quia juratus mentitur.

[d] *Hic non majore religione*] Id est, non majori metu conscientiæ tenebitur ad pejerandum, quam ad mentiendum; cum utrumque religio vetet.

[e] *Deprecatione Deorum*] Deprecatio Deorum in jurejurando adhibebatur,

quæ pœna ab Diis immortalibus perjuro, hæc eadem mendaci constituta est. Non enim ex pactione[18] verborum, quibus jusjurandum comprehenditur, sed ex perfidia et malitia, per quam insidiæ tenduntur alicui, Dii immortales hominibus irasci et succensere consuerunt. 47. At ego hoc ex contrario contendo. Levior esset auctoritas Cluvii, si diceret juratus, quam nunc est, cum dicit injuratus. Tum enim forsitan improbis[19] nimis cupidus[f] videretur, qui, qua de re judex fuisset, testis esset: [*p.* 53.] nunc omnibus inimicis necesse est castissimus[g] et constantissimus esse videatur, qui id, quod scit, familiaribus suis dicit. 48. Dic nunc, si potes, si res,[20] si causa patitur, Cluvium esse mentitum. Mentitus est Cluvius? Ipsa mihi veritas manum injecit, et paulisper consistere et commorari cogit.[1] Unde hoc totum ductum et conflatum mendacium est? Roscius est videlicet homo callidus et versutus. Hoc initio,[2] cogitare cœpit: quoniam Fannius a me petit H-S ɪɔɔɔ,[3] petam a C. Cluvio, equite Romano, ornatissimo homine, ut mea causa mentiatur: dicat, decisionem[h] factam esse, quæ facta non[4] est; H-S ccccɪɔɔɔ[5] a Flavio data esse Fannio, quæ data non sunt. Est hoc principium improbi animi, miseri ingenii, nullius consilii.[6] 49. Quid deinde? Posteaquam se præclare confirmavit,[n] venit ad Cluvium. Quem homi-

[n] *Proposuit facere quod cogitavit.*

...*commovetur*. Tum Turnebus conj. legend. *Præterea quæ pœna*.—18 Ursini Ms. *ex peractione*.—19 χ *improbus*.—20 Verba *si res* in H desunt.—1 Pro *injecit* Ern. putabat legend. *injicit* ob sequens *cogit;* quam lectionem Schutz. recepit. Nizolius in v. 'Injicio' habet *injecit*...*coëgit*.—2 Al. habent nullam distinctionem post *initio*.—3 C H S χ *LIII*.—4 χ omittit *non*.—5 C H S *CCCLIII*.—6 *Nulli consilii* χ, Pal. Paris. et edd. vett. usque ad Junt. cum Grut. Græv. Lall. Beck. et Orell. *nullius consilii* C H S ψ, et edd. vett. nonnullæ cum Oliv. et Schutz. Sed totum non placet Ernestio, et glossema

NOTÆ

quo testes illi invocarentur.

[f] *Nimis cupidus*] Fere illud verbum 'cupidus' in malam partem sumitur. Hic autem pro eo sumitur, qui alterius causa cupit: quæ voluntas abesse a testibus debet.

[g] *Castissimus*] Castissimus dicitur, qui maxime alienus est ab omni mendacio.

[h] *Decisionem*] Decisio est determinatio, seu diremtio litium quæ mutuo consensu fit.

nem? levem? immo gravissimum: mobilem?[o] immo constantissimum: familiarem? immo alienissimum. Hunc posteaquam salutavit, rogare cœpit, blande et concinne,[p] [7] scilicet: Mentire[8] mea causa, viris optimis, tuis familiaribus præsentibus; dic, Flavium cum Fannio de Panurgo decidisse, qui nihil transegit; dic, H-S CCCIↃↃↃ[9] dedisse, qui assem nullum dedit. Quid ille respondit?[10] Ego vero cupide et libenter mentiar[11] tua causa; et, si quando me vis pejerare,[12] ut paululum tu compendii[q] facias, paratum fore scito: non fuit causa, cur tantum laborem caperes, et ad me venires: per nuntium hoc, quod erat tam leve,[13] transigere potuisti. XVII. 50. Pro Deum hominumque fidem! hoc aut Roscius unquam a Cluvio petisset, si H-S millies[i] in judicium haberet?[k] aut Cluvius Roscio petenti concessisset, si universæ prædæ particeps[14] esset? Vix, mediusfidius, tu, Fanni, a Ballione[15] [l] aut aliquo ejus simili hoc expostulare[16] auderes, et impetrare posses, quod cum est veritate falsum, tum ratione quoque est incredibile. Obliviscor enim, Roscium et Cluvium[17] viros esse primarios: improbos temporis causa esse fingo. 51. Falsum subornavit[m] testem Roscius Cluvium. Cur tam sero? cur, cum altera[18] pensio[n] solvenda esset, non tum, cum prima? nam

[o] *Mutabilem.* [p] *Composite.* [q] *Quæstus.*

---

miseri ingenii esse videtur, nisi Cicero scripserit *stulti consilii.*—7 H S χ *blande et concinne.*—8 C H S *mentiri.*—9 H S *CCCLIII.* χ *LIII.*—10 Junt. Manut. Lamb. et Schutz. omittunt *respondit:* Orell. uncis inclusit.—11 Lamb. et Schutz. *libenter, inquit, mentiar.*—12 *Vis* abest a C H S χ. Pro *vis pejerare*, Franc. 1. habet *pejerare oportuerit.* Tum C H S χ *tui compendii.*—13 Schutz. e Franc. 1. edidit *hoc quidem tam leve.*

CAP. XVII. 14 χ *petenti concepisset*, et Ms. ap. Græv. *si universe particeps.*—15 χ *Babillone.*—16 Pro *simili* C habet *famuli;* et pro *expostulare* Jannoctian. Naug. et Lamb. *postulare.* Garaton. conj. *et postulare.*—17 χ *cum ra-*

NOTÆ

[i] *Si H-S millies*] Sunt duo milliones cum quingentis millibus.

[k] *In judicium haberet*] Id est, in controversia haberet apud judicem.

[l] *A Ballione*] Ballio leno infamis fuit.

[m] *Subornavit*] Subornare est corrumpere, ut quis falsum testimonium ferat.

[n] *Pensio*] Pensio seu solutio a pendendo dicta est, quod olim ære gravi penso, non numerato, debita Romani penderent.

jam antea[19] H-S ɪɔɔɔ dissolverat. Deinde, si jam persuasum erat Cluvio, ut mentiretur; cur potius H-S ccciɔɔɔ, quam cccɪɔɔɔ cccɪɔɔɔ cccɪɔɔɔ[20] data dixit[1] Fannio a[2] Flavio, cum ex restipulatione pars ejus dimidia Roscii esset? Jam intelligis,[3] C. Piso, sibi soli, societati nihil Roscium petisse. Hoc cum sentit Saturius esse apertum, resistere et repugnare contra veritatem non audet: aliud fraudis et insidiarum in eodem vestigio[r] diverticulum reperit.

52. Petisse, inquit,[4] suam partem Roscium a Flavio confiteor: vacuam et integram reliquisse Fannii concedo: sed, quod sibi exegit, id[5] commune societatis factum esse contendo. Quo nihil captiosius neque indignius[6] potest dici. Quæro enim, potueritne Roscius ex societate suam partem petere, necne? Si non potuit, quemadmodum abstulit? si potuit, quemadmodum non sibi exegit? Nam quod sibi petitur, certe alteri non exigitur. 53. An ita est? si, quod universæ[7] societatis fuisset, petisset; quod tum redactum[8] esset, æqualiter omnes partirentur: nunc, cum petierit,[9] quod suæ partis esset; non, quod abstulit, soli sibi exegit? XVIII. Quid interest inter eum, qui per se litigat,[10] et qui cognitor est datus? qui per se litem contestatur,[o] sibi soli petit: alteri nemo potest, nisi qui cognitor est factus.[11] Itane vero? cognitor si fu-

[r] *Statim.*

---

tione quoque est incredibilis. Obl., Rosc. et Cluv.—18 H *cur non altera.*—19 χ *cum primum? nam antea.* Dein C H S χ *CCCLIII.* In ψ deest.—20 C H S *H-S CCCLIII. quam CCCLIII CCCLIII CCCLIII.* In χ *H-S CCCLIII. quam CCCLIII.* Berg. Ms. *H-S CCCIↃↃↃ quam CCCCIↃↃↃↃ CCCCCIↃↃↃↃↃ CCCCCCIↃↃↃↃↃↃ.*—1 H *dicat.*—2 Præpositionem ante *Flavio* omittunt C H S χ. Dein χ *ex stipulatione.*—3 χ *intelliges.*—4 Idem Ms. *Petissem, inquam.*—5 *Id* non est in χ.—6 Marg. ed. Lamb. *iniquius.*—7 C H S χ *si quid univ.*—8 C *petisse.* C H S χ, Ven. 1483. *quod cum red.* Schutz. e conj. Pantagathi *id cum red.* et ita in Bergeri Ms. Al. *exactum.*—9 Bergeri Ms. *numquid petiit:* C H S χ ψ et ed. Vict. *numquid petierit.* Mox *numquid cum abstulit* C H S χ ψ, Pal. et edd. vett.

CAP. XVIII. 10 Lamb. conj. *pro se litigat*, et mox *pro se litem.* In C H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. *et qui cognitorem dat? qui.*—11 C S *nisi qui cognitorem*

NOTÆ

[o] *Litem contestatur*] Contestari litem dicuntur duo aut plures adversarii, quod ordinato judicio utraque pars dicere solet, 'Testes estote.'

isset tuus, quod vicisset judicio, ferres[s] tuum: suo nomine[12] petiit: quod abstulit, sibi, non tibi exegit.[13] 54. Quodsi quisquam petere potest alteri, qui cognitor non est factus; [*p.* 54.] quæro, quid ita, cum Panurgus esset interfectus, et lis contestata cum Flavio damni injuria[p] esset, tu in eam litem cognitor Roscii sis factus; cum præsertim ex tua oratione, quodcumque tibi peteres, huic peteres:[14] quodcumque tibi exigeres, id in societatem recideret. Quodsi ad Roscium nihil perveniret, quod tu a Flavio abstulisses, nisi te in suam litem dedisset cognitorem;[15] ad te pervenire nihil debet, quod Roscius pro sua parte[16] exegit; quoniam tuus cognitor non est factus. 55. Quid enim huic rei respondere poteris, Fanni? cum de sua parte Roscius transegit cum Flavio, actionem tibi tuam[17] reliquit, annon? Si non reliquit, quemadmodum H-S CCCIↃↃↃ[18] ab eo postea exegisti? si reliquit, quid ab hoc petis, quod per te persequi et petere debes? Simillima enim et maxime gemina[q] societas hæreditatis est. Quemadmodum socius[19] in societate habet partem; sic hæres in hæreditate habet partem: ut hæres sibi soli, non cohæredibus[20] petit; sic socius sibi soli, non sociis petit: et quemadmodum uterque[r] pro sua parte petit, sic pro sua parte dissolvit;[s] hæres ex sua parte, qua hæreditatem adiit;[t] socius ex ea, qua societatem coiit. 56. Quemadmodum suam partem Roscius suo nomine condonare[r] potuit Flavio, ut eam tu

[s] *Acciperes.*

factus.—12 Lamb. *Cum suo nom.*—13 Lamb. e conj. Hotomanni *tibi non sibi exegit.* In χ *exigit.*—14 *Huic peteres* in χ desunt.—15 χ *cognitorem est.*—16 Idem Ms. omittit *parte.*—17 H *tuamne.*—18 C H S *H-S CCCLIII.* χ *H-S* numero omisso. Tum C *exigisti.*—19 C *socium.*—20 Idem Ms. *cohere-*

NOTÆ

[p] *Damni injuria*] Formulæ verba sunt, quibus judicium datum est a prætore.

[q] *Et maxime gemina*] Id est, similis. Sic Virg. Æn. I. 'geminique minantur In cœlum scopuli.'

[r] *Uterque*] Qui hæres est, et socius.

[s] *Dissolvit*] Nempe, quod debet.

[t] *Hæreditatem adiit*] Is hæreditatem adit, qui vel jure prætoris, vel propria voluntate in hæreditatem ingreditur.

non peteres; sic, cum exegit suam partem, et tibi integram petitionem reliquit, tecum partiri non debet; nisi forte tu, perverso more, quod hujus est, ab alio extorquere[2] non potes, huic eripere potes. Perstat in sententia Saturius, quodcumque sibi petat socius, id societatis[3] fieri. Quod si ita est; qua (malum) stultitia fuit Roscius,[4] qui ex jurisperitorum consilio et auctoritate restipularetur a Fannio diligenter, ut, quod is exegisset[5] a Flavio, dimidiam partem sibi dissolveret: siquidem, sine cautione et repromissione, nihilominus id Fannius societati, hoc est, Roscio debebat?

Desiderantur non pauca.[6]

dili.—1 ψ *condemnare.*—2 Schutz. conj. *si tuum ab alio ext.*—3 C *societali.*—4 *Quæ, malum, stult. fuit Roscius* C H S χ: *quæ, malum, stult. fuit? Roscius* multi alii, teste Grævio; et sic Venet. 1483. Junt. Crat. Cam. *quæ, malum, fuit stult. Roscii* Lamb. Tum *quin ex jurisp.* Bergeri Ms. Pro *jurisperitorum* C habet *juris petiturum.*—5 C H *quod ejus exeg.* χ *quod ejus egisset.* Mox C H S χ *dissolvere.*—6 Cf. Fragmm.

M. TULLII CICERONIS

IN Q. CÆCILIUM

ORATIO

DE

ACCUSATORE IN C. VERREM CONSTITUENDO,

QUÆ

DIVINATIO

DICITUR.[1]

ORATIO IV.

ARGUMENTUM ASCONII.

Cn. Pompeio primum et M. Crasso coss. C. Verres, perfunctus quæstura, legatione, et prætura urbana, vivo patre C. Verre, et prætextato filio, ac filia nupta, uxorem habens, cum successisset in Sicilia C. Sacerdoti prætori, eamque, non sibi succedente Arrio, per triennium tenuisset, atque in ea fuisset libidinose, avare, crudeliterque versatus, succedente tandem in eadem provincia L. Metello, repetundarum reus ab Siculis postulatus est:[2] qui omnes, præter Syracusanos et Mamertinos, M. Tullium, illo tempore florentem defensionibus amicorum, ad accusandum descendere compulerunt, jam pridem illis necessitudine copulatum, quod quæstor in Sicilia fuisset prætore Sex. Peducæo, et quod, cum decederet, in illa oratione, quam Lilybæi habuit, multa iis benigne promisisset. Accessit his, non ignobilis futura de Verre victoria, quia a Metellis, Scipionibus, et multis aliis nobilibus viris, et præcipue ab Hortensio ipso defenderetur, facile et principe in senatu propter nobilitatem, et in foro ob eloquentiam rege causarum, et eodem consule designato cum Q. Metello fratre Metellorum, alterius prætoris Siculi, alterius prætoris urbani. His ita constitutis, extitit Q. Cæcilius Niger, domo Siculus,[3] et quæstor Verris, et ejusdem, ut

---

ARG.—1 In ψ hæc Oratio sic inscribitur, *In Caium Verrem Oratio prima:* Ald. et Ven. 1565. *Divinatio in C. Verrem, sive de constituendo accusatore.*—2 In Manutianis et aliis vulgatis, teste Fabricio, *appellatus est.*—3 Hotomann.

et ipse dicebat, inimicus, qui se potius accusatorem contenderet constitui oportere, has afferens causas: unam, quod ab eo læsus, et ob hoc jure illi sit inimicus, quare prævaricator esse non possit: alteram, quod, cum quæstor ei tum fuerit, etiam ipse in quæstione[4] (F. *etiam sine inquisitione*) crimina noverit Verris: tertiam, quod Siculus pro Siculis agat. Hujuscemodi propositionibus Cicero designatus ædilis his sex[5] capitibus respondet: accusatorem eum esse oportere, qui invitus cogitur religione officii, rogatus ab omnibus Siculis; qui pro republica agat; quem volunt, qui accusant; quem metuit, qui accusatur; qui idoneus est facundia et innocentia; qui hoc facit imitatione majorum. Divisio principalis una de se ipso, altera de contentione sui et Cæcilii. Divinatio dicitur hæc oratio, quia non de facto quæritur et conjectura,[6] sed de futuro, quæ est divinatio, (F. *non de facto quæritur, sed de futuro, quæ est divinatio et conjectura,*) uter debeat accusare. Alii ideo putant divinationem dici, quod injurati judices in hac causa sedeant, ut, quod velint, præsentire de utroque possint; alii, quod res agatur sine testibus, et sine tabulis, et his remotis, argumenta sola sequantur judices, et quasi divinent. Agitur autemcausa, senatoriis judiciis in invidia apud populum constitutis corruptione multorum; vexatis provinciis omnibus, ac sociis populi Romani fessis toto orbe terrarum, libidine et iniquitate Romanorum magistratuum;[7] accusatoribus prævaricatione infamibus; flagitante plebe judicia equestris ordinis, quæ ferme ante annos x. victor Sylla sustulerat; cognoscente de pecuniis repetundis M. Glabrione[8] prætore, et amplissimis quibusque senatorii ordinis judicantibus, summa expectatione cunctorum. Genus causæ, honestum. Status, qualitas negotialis comparativa de constituendo accusatore, qui potissimum de duobus, aut qui solus accuset: dicit enim Cæcilius, aut a se accusandum esse Verrem, aut a se quoque.

[*Ed. Ald. p.* 55.] I. 1. Si quis vestrum, judices, aut eorum qui adsunt,[a] forte miratur,[9] me, qui tot annos in causis judiciisque publicis[b] ita sim versatus, ut defenderim mul-

et Harles. *homo Siculus.*—4 Hotom. Græv. et Harles. *quæstura.*—5 *Sex* addidit Hotom. abest ed. Manut.—6 Ad oram exempli Harles. a docta manu ascripta est suspicio *quær. hac conj.*—7 'Verba *libidine et iniq. Rom. mag.* exulant ab ed. Manut. supplevit vero Hotom. ex orat. v. in Verr. et vir doctus ascripsit ad oram mei exemplaris.' *Harles.*—8 '*Repetundis M' Glabrione* bene correxit vir doctus in meo exemplo.' *Harles.*

Cap. I. 9 *Mirantur* Pompeius in libro De Posituris Ms. ap. Heusinger.

NOTÆ

[a] *Eorum qui adsunt*] Aderant aut assessores, aut auditores ex senatorio ordine sine potestate; quia ad magistratus non pertinebat judicare, sed tantum judices constituere.

[b] *In causis judiciisque publicis*] Cau-

tos, læserim neminem, subito nunc mutata voluntate, ad accusandum descendere;[10 c] is, si mei consilii[11] causam rationemque cognoverit, una et id,[d] quod facio, probabit, et in hac causa profecto neminem præponendum esse mihi actorem[a] putabit.[12] 2. Cum quæstor[e] in Sicilia fuissem, judices, itaque ex ea provincia decessissem, ut Siculis omnibus jucundam diuturnamque memoriam quæsturæ nominisque mei relinquerem; factum est, uti cum summum in veteribus patronis[f] multis, tum nonnullum etiam in me præsidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur. Qui nunc populati atque vexati,[g] cuncti ad me publice[b h] sæpe venerunt, ut suarum fortunarum omnium causam defensionemque susciperem: me sæpe esse pollicitum, sæpe[13] ostendisse dicebant, si quod tempus accidisset,[14] quo tem-

[a] *Accusatorem.* [b] *Publico consilio.*

ad Cic. Off. I. 41. § 10. prob. Heusing. improb. Beck.—10 ψ, Pal. 2. Ascon. Lamb. Beck. et Orell. *descenderim.* Vid. Nott. Varr.—11 Leid. omittit *consilii.* —12 ψ *etiam in hanc causam:* Mein. *et in hanc causam prof. nem. mihi esse proponendum accusatorem putabit:* Huyd. *nem. mihi esse præp. accusatorem probabit.* Addidit Cl. Facius, 'Librarius compendiis scribendi assuetus *actorem* compendium *τοῦ accusatorem* esse opinatus, *actorem* per *accusatorem* exscripsit.'

NOTÆ

sæ aliæ fuerunt privatæ, quæ de controversiis, et quæ privatas tantum personas attingebant; aliæ publicæ, quæ de criminibus, et ad totam rempub. pertinebant. Unde Cic. pro Cæcina: 'Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt.'

[c] *Ad accusandum descendere*] Excusat se quod illud accusandi munus suscipiat, quod erat tantum adolescentum. Certe illam ætatem sine ulla accusatione transegerat.

[d] *Una et id*] Id est, ille simul cum omnibus.

[e] *Cum quæstor*] Quæstor fuit Cicero ante annos abhinc quatuor, prætore Sexto Peducæo, qui successorem habuit C. Sacerdotem, et ille Verrem. Duo autem fuerunt in Sicilia quæstores; Lilybætanus alter, alter Syracusanus. Cicero Lilybætanus fuit.

[f] *In veteribus patronis*] Siculi veteres patronos habebant Marcellum, qui a primo illo Marcello natus est qui Syracusas cepit: Scipiones, propter Scipionem Africanum, qui, excisa Carthagine, rapta quondam a Pœnis Siciliæ sua ornamenta retulit: Metellos, qui Lepidum quæstorem in illa provincia accusarunt.

[g] *Populati atque vexati*] Avaritia Verris et crudelitate non mediocriter Siculi vexati sunt, ut patebit ex hac et sequentibus Orationibus.

[h] *Ad me publice*] Oratorie omnes venisse dicit: nam neque Mamertini venerant, neque Syracusani.

pore aliquid a me requirerent, commodis eorum me non defuturum. 3. Venisse tempus aiebant, non jam ut commoda sua, sed ut vitam salutemque totius provinciæ defenderem: sese[15] jam ne Deos quidem[i] in suis urbibus, ad quos confugerent, habere; quod eorum simulacra sanctissima C. Verres ex delubris[k] religiosissimis sustulisset. Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis, avaritia in rapinis, superbia in contumeliis efficere potuisset, eas omnes[16] sese hoc uno prætore per triennium pertulisse:[l] rogare et orare,[m] ne illos supplices aspernarer, quos, me incolumi, nemini[n] supplices esse oporteret.[17] II. 4. Tuli graviter et acerbe,[o] judices, in eum me locum adductum,[18] ut aut eos homines spes falleret, qui opem a me atque auxilium petissent;[19] aut ego, qui me ad defendendos homines ab ineunte adolescentia dedissem, tempore atque officio coactus ad accusandum traducerer. Dicebam, habere eos[p] actorem Q. Cæcilium, qui præsertim quæstor in eadem provincia[20] post me[q] quæstorem fuisset. Quo ego adju-

—13 *Sæpe* non est in ψ.—14 ‘ Usitatius fuisset, *incidisset.*’ Ern.—15 ψ *ex se.*—16 Lamb. conj. *eas res omnes.*—17 *Supplices isse* Steph. et Lamb. *Oportet* ψ.

Cap. II. 18 *Adduci* ψ, Leid. Huyd. Mein. Franc. 1. Guelf. et edd. ante Ald. cum Græv. Beck. Schutz. et Orell. *adductum* Pall. Nang. Crat. Grut. Oliv. Lall. et Harles.—19 Lamb. Manut. Fabric. *aux. expectassent.*—20 Leid.

NOTÆ

[i] *Ne Deos quidem*] Per oxymoron odium in Verrem excitat, qui ita omnia depolutatus est, ut, vel ipsa Deorum simulacra abstulerit.

[k] *Ex delubris*] Inter delubra et templa Asconius id ponit discriminis, quod ‘ templa sunt singulorum Diis attributorum locorum; delubra multarum ædium sub uno tecto, a diluvio pluviæ munitarum.’

[l] *Per triennium pertulisse*] Per tres annos Siculi Arrium quendam Verri successorem expectabant. Nota autem prætorias provincias annuas quidem fuisse, sed si neque primo neque secundo anno revocarentur prætores, triennium eas administrasse.

[m] *Rogare et orare*] ‘ Rogantur homines, orantur Dii,’ inquit Pedianus.

[n] *Nemini*] Omisit ‘ alteri,’ ne hæc laus sibi usurpata superbissima videretur.

[o] *Graviter et acerbe*] Graviter tulit Cicero, quod præter consuetudinem suam accusare cogeretur: acerbe, quod Siculorum calamitas eum moveret, qui pessime a Verre tractabantur.

[p] *Habere eos*] Indicat, quod munus accusandi Verrem a se rejecerit.

[q] *Post me*] Non proxime, nam Sext. Peducæo prætore, quæstor tantum fuit Cicero, at Cæcilius Verre. Inter Peducæum autem et Verrem,

mento[c] sperabam hanc a me molestiam posse demoveri,[1] id mihi erat adversarium[d] maxime. Nam illi multo mihi hoc facilius remisissent,[e] si istum non nossent,[f] aut si iste apud eos quæstor non fuisset. 5. Adductus sum, judices, officio,[s] fide,[t] misericordia,[u] multorum bonorum exemplo,[x] veteri consuetudine,[y] institutoque majorum,[z] ut onus hoc laboris atque officii, non ex meo, sed[z] ex meorum necessariorum[a] tempore, mihi suscipiendum putarem. Quo in negotio tamen illa me res, judices, consolatur, quod hæc, quæ[3] videtur esse accusatio mea, non potius accusatio, quam defensio est existimanda. Defendo enim multos mortales, multas civitates, provinciam Siciliam totam. Quamobrem, si mihi unus[4 b] est accusandus, propemodum manere in instituto meo[c] videor,[5] et non omnino a defendendis hominibus sublevandisque discedere. 6. Quodsi

[c] *Excusatione.* [d] *Contrarium.* [e] *Concessissent.*

et Lamb. *in sua prov.* non improb. Orell.—1 Leid. *amoveri*, omisso *posse*.—2 Anonymus Scholiastes legit *vet. cons., more institutoque maj.*—3 Leid. Steph. *quod res quæ*.—4 Venet. 1483. Junt. *si unus mihi:* Guelf. Steph. *quia mihi unus.* Ern. putabat legend. *si mihi hic unus*, vel *si mihi Verres*.—5 Steph. et

NOTÆ

prætor in ea fuit Sacerdos.

[r] *Non nossent*] Noverant Siculi Cæcilium, cum genere Siculus esset; et quia noverant eum ignarum et improbum, ei causam suam confidere ausi non sunt.

[s] *Officio*] Cum quæstor in Sicilia fuisset Cicero, petentibus Siculis officium denegare non debuit.

[t] *Fide*] Cum promisisset se commodis eorum non defuturum, fidem præstare debuit.

[u] *Misericordia*] Cum crudeliter Siculi vexarentur, debuit eos sublevare.

[x] *Exemplo*] Pub. Sulpicius C. Norbanum civem seditiosum in jus vocavit. L. Fusius Manilium accusavit. Vide de Off. l. II.

[y] *Consuetudine*] Non adolescentes, ut tunc temporis, sed ipsi viri graves accusare consueverant, cum de repub. et patrocinio agebatur; nunc autem agitur de patrocinio Siculorum.

[z] *Non ex meo, sed, &c.*] Hotomannus docet hic tempus pro ratione negotiorum poni, id est, commodo vel incommodo recenti, cui ex tempore prospiciendum est.

[a] *Necessariorum*] Cum Siculis amicitiam junxerat Cicero, in quos præter ceteros necessaria officia conferre debuit.

[b] *Si mihi unus*] Is sensus est; Etsi unum accusem, tamen hæc actio non est dicenda accusatio, sed defensio, quia Siculos cum eorum civitatibus contra unum Verrem defendo.

[c] *In instituto meo*] Gloriatur Cicero sæpe multos defeudisse, neminem accusasse, vel paucos.

hanc causam tam idoneam,[d] tam illustrem,[e] tam gravem[f] non haberem; [*p.* 56.] si aut hoc a me Siculi non petissent, aut mihi cum Siculis causa tantæ necessitudinis non intercederet, et hoc, quod facio, me[6] reipublicæ causa[g] facere profiterer, ut homo singulari cupiditate, audacia, scelere præditus, cujus furta atque flagitia non in Sicilia solum, sed in Achaia, Asia,[h] Cilicia,[i] Pamphylia,[k] Romæ[l] denique ante oculos omnium[7] maxima turpissimaque nossemus,[8] me agente[f] in judicium vocaretur; quis tandem esset,[9] qui meum factum aut consilium[10] posset reprehendere? III. 7. Quid est, pro Deum hominumque fidem![11] in quo ego reipublicæ plus hoc tempore prodesse possim? Quid est, quod aut[12] populo Romano gratius esse debeat, aut sociis[m] exterisque nationibus[13] optatius esse possit, aut saluti fortunisque omnium magis accommodatum sit? Populatæ, vexatæ, funditus eversæ provinciæ: socii, stipendiariique[n] populi Romani afflicti, miseri, jam non sa-

[f] *Accusante.*

Lamb. *video me:* Leid. *vide et me.*—6 In Huyd. deest *me* ante *reipublicæ.*—7 Huyd. *ante oculos omnis.*—8 Huyd. *noscemus:* Leid. *agnoscemus.*—9 Hotom. conj. *quis tamen esset.*—10 *Consilium aut factum* Franc. 1. Pariss. Græv. Lall. Beck. et Schutz. *factum aut cons.* vulg.

Cap. III. 11 Franc. 1. *pro Deum atque hom. fidem.*—12 Huyd. et Franc.

NOTÆ

[d] *Causam tam idoneam*] Oratori, idonea est causa, unde sibi multam laudem comparare potest.

[e] *Tam illustrem*] Illustris est propter quæstoris munus quod in ea gessit.

[f] *Tam gravem*] Propter res momenti quas continet, gravis est.

[g] *Reipublicæ causa*] Cicero, 'Nullis inimicitiis, nullis injuriis, nullo præmio, nulla denique alia re, quam utilitate communi adductus,' Verrem in judicium vocat. Nec quenquam alium advocasse ait Verr. v.

[h] *Achaia, Asia*] Dolabellæ legatus Verres, et proquæstor, multa in his provinciis flagitia commisit. Achaia vero regio est Græciæ undique mari septa, præterquam a septemtrione, cujus metropolis Corinthus. Plin. IV. 4.

[i] *Cilicia*] Regio Minoris Asiæ, Syriæ proxima. Vide Plin. v. 26. Hanc postea regendam Cicero sortitus est.

[k] *Pamphylia*] Pamphylia, Asiæ Minoris regio, ad mare Mediterraneum sita.

[l] *Romæ*] Romæ prætor urbanus fuit Verres.

[m] *Aut sociis*] Tria erant sociorum genera: alii victi bello, quibus leges imponebantur; alii qui bello pares æquo fœdere in amicitiam venerant; alii, qui nunquam hostes fuerant, sed sociali fœdere amicitiam junxerant.

[n] *Stipendiarii*] Stipendiarii illi po-

lutis spem, sed exitii solatium quærunt.[14] 8. Qui judicia[o] manere apud ordinem senatorium volunt,[15] queruntur, accusatores se idoneos[p] non habere: qui accusare possunt, judiciorum severitatem[q] desiderant. Populus Romanus interea, tametsi multis incommodis difficultatibusque[r] affectus est, tamen nihil æque in republica atque illam veterem judiciorum vim[s] gravitatemque requirit.[16] Judiciorum desiderio tribunicia potestas[t] efflagitata est: judiciorum levitate[ε] ordo quoque alius[u] ad res judicandas[17] postulatur: judicum culpa atque dedecore etiam censorium[18] nomen,[x] quod asperius antea[19] populo videri sole-

ε *Improbitate.*

1. omittunt *aut.*—13 ψ *aut sociis ceterisque nat.*—14 Leid. *sed solatium exitu super morte quær.*—15 ψ *senatorum nolunt.*—16 Leid. *difficultatibus aff. est, tamen in hoc atque in re pub. atque illam veterum jud.* omissis verbis *vim gravitatemque req.*—17 ψ *vindicandas.*—18 Franc. 1. et Asconii Ms. *censorum.*—19

NOTÆ

puli dicebantur, qui certum vectigal Pop. Rom. aut in pecunia aut in frumento pendebant.

o *Qui judicia*] Ab equitibus ad senatores judicia Sylla transtulit, quod Cinnam contra se adjuvissent. Sed cum infamia judicarunt; nam apud omnes invaluit hæc de iis opinio, hominem divitem, quantumvis sit nocens, damnari non posse.

p *Accusatores idoneos*] Idonei non erant accusatores, aut quia rudes erant propter juniorem ætatem, aut quia pecunia corrupti. Unde metu accusationis audacia improborum civium non continebatur.

q *Judiciorum severitatem*] Severitas judiciorum patet maxime in damnandis improbis et bonis vindicandis.

r *Multis incommodis difficultatibusque*] Incommoda sunt rerum præteritarum, quæ maxima reipub. Sylla intulit, quia ab ipso populus Rom. agris suis et jure civitatis spoliatus est: difficultates vero sunt rerum præsentium; nulla autem jam integra judicia sunt.

s *Judiciorum vim*] Equester ordo judicavit annos fere quinquaginta sine ulla, ne tenuissima quidem, acceptæ pecuniæ suspicione; sed postea non minore infamia, quam senatores, judicia exercuit.

t *Tribunicia potestas*] Ante Syllæ dictaturam potestatem habebant tribuni vocandi ad populi judicium quemlibet, non modo senatorem, sed etiam magistratum, qui pecuniam ob rem judicandam accepisset. Vide Orat. pro Cluentio. Hanc autem potestatem paucis post mensibus coss. Pompeius et Crassus restituerunt, quam Sylla abstulerat.

u *Ordo alius*] Equester nempe.

x *Censorium nomen*] Censores quinto quoque anno creabantur; illi porro corrigendis civium moribus invigilabant. Si senatorem notassent, e senatu ejiciebatur; si equitem, equum amittebat; si plebeium, in Cæritum tabulas referebatur, ut esset tantum capite census, neque esset in albo centuriæ suæ.

bat, id nunc poscitur,[y] id jam populare atque plausibile factum est. 9. In hac libidine hominum nocentissimorum, in populi Romani quotidiana querimonia, judiciorum infamia, totius ordinis[z] offensione, cum hoc unum his tot incommodis[20] remedium esse arbitrarer, ut homines idonei[a] atque integri[1 b] causam reipublicæ legumque susciperent; fateor, me, salutis omnium causa, ad eam partem accessisse reipublicæ sublevandæ,[2] quæ maxime laboraret. 10. Nunc, quoniam, quibus rebus adductus ad causam accesserim, demonstravi, dicendum necessario est de contentione nostra,[3 c] ut in constituendo accusatore, quid sequi[4] possitis, habeatis.

Ego sic intelligo, judices: cum de pecuniis repetundis[d] nomen cujuspiam deferatur,[e] si certamen inter aliquos sit, cui potissimum delatio[h] detur, hæc duo in primis spectari oportere: quem maxime velint actorem esse ii, quibus fac-

[h] *Accusatio.*

Huyd. *ante.* In ψ deest.—20 Huyd. *tot. ord. defensione:* et Steph. *cum hoc unum jus tot inc.*—1 Leid. *arbitrabar:* et Huyd. *ut hom. boni atque int.*—2 Ursin. et Garaton. malebant *sublevandam.* In Franc. 1. *sublevandæ causa.* Mox *laborat* Huyd. *laboret* Franc. 1. prob. Græv.—3 ψ *de cont. mea.*—4 Al. *quod*

NOTÆ

[y] *Id nunc poscitur*] Petitur ut illa censoria dignitas, quæ tam odiosa populo erat, restituatur. Enimvero restituta fuit illo tempore: nam Gellius et Lentulus facti censores quatuor et sexaginta a senatu removerunt.

[z] *Ordinis*] Senatorius ordo graviter offensus est, quod nihil propius esset, quam ut Aurelius Cotta legem ferret, ut iterum equites cum senatoribus, et tribunis ærariis una judicarent: quam revera tulit aliquot post mensibus. Unde Verr. VII. 'Itaque cum primo agere cœpimus, lex non erat promulgata.'

[a] *Idonei*] Idonei sunt qui et auctoritate et gravitate præstant adolescentibus.

[b] *Integri*] Integri sunt qui pecunia non corrumpuntur, et possunt iis opponere se, quorum vitio judicia perdita sunt.

[c] *De contentione nostra*] Contendit Cicero cum Cæcilio uter eligi debeat accusator.

[d] *De pecuniis repetundis*] De repetundis, seu repetundarum, judicium inde dictum est, quod eo judicio socii pecunias sibi contra leges ereptas repetebant.

[e] *Nomen cujuspiam deferatur*] Deferre nomen non est tam accusare, quam apud magistratum vel judicem aliquem alicujus criminis reum denuntiare. Facta autem hac nominis delatione, sequebatur accusatio.

tæ esse dicantur injuriæ, et quem minime velit[5] is, qui eas injurias fecisse arguatur. IV. 11. In hac causa, judices, tametsi utrumque esse arbitror perspicuum, tamen de utroque dicam, et de eo prius, quod apud vos plurimum debet valere, hoc est, de voluntate eorum, quibus injuriæ factæ sunt; quorum causa judicium de pecuniis repetundis est constitutum.[6] Siciliam provinciam C. Verres per triennium depopulatus esse,[7] Siculorum civitates vastasse, domos exinanisse, fana spoliasse[f] dicitur.[8] Adsunt, queruntur Siculi universi: ad meam fidem, quam habent spectatam[g] jam, et diu[9] cognitam, confugiunt; auxilium sibi per me a vobis atque a populi Romani[10] legibus petunt: me defensorem calamitatum suarum, me ultorem injuriarum, me cognitorem[h] juris sui, me actorem causæ totius esse voluerunt.[11] 12. Utrum, Q. Cæcili, hoc dices,[12] me non Siculorum rogatu ad causam accedere, an optimorum fidelissimorumque sociorum voluntatem apud hos gravem esse non oportere? Si id audebis dicere, quod C. Verres, cui te inimicum esse simulas, maxime existimari vult, Siculos hoc[13] a me non petisse; primum causam inimici tui sublevabis,[i] de quo non præjudicium,[i] sed plane judicium

[i] *Defendes.*

sequi.—5 Leid. Ms. Cujac. et alii ap. Lamb. *maxime velit:* unde Lamb. conj. *maxime nolit.*

CAP. IV. 6 Leid. *institutum.*—7 ψ, Huyd. Pall. et edd. vett. *Verrem ... depopulatum esse:* nonnulli ap. Lamb. *Verres .... depeculatus esse.*—8 Ven. 1483. Junt. *dicunt.*—9 Leid. Steph. et Lamb. omittunt *diu.* Garaton. conj. *jam diu et.*—10 Antea legebatur *populo Romano.*—11 Leid. *volunt.*—12 Leid.

NOTÆ

[f] *Fana spoliasse*] Alii fanum dictum putant a Faunis; alii a fando, quia divina oracula ibi edere solebant; alii a Fauno, qui, Probo auctore, primus illorum locorum conditor fuit.

[g] *Fidem spectatam*] Fides, quæ publica cognita est, spectata dicitur.

[h] *Me cognitorem*] 'Cognitor' olim erat, inquit Brissonius, 'qui præsentis alterius causam tuebatur ut suam.' Nunc vero, inquit idem, sumitur 'pro eo judice qui de negotio causave disceptat, eamque cognoscit.'

[i] *Non præjudicium*] Præjudicium dicitur res, quæ cum statuta fuerit, affert judicaturis exemplum, quod sequantur; judicium autem res, quæ causam litemque determinet. Ita Asconius.

jam factum putatur, quod ita percrebuit,[14] Siculos omnes actorem[15] suæ causæ contra illius injurias quæsisse. [*p.* 57.] 13. Hoc si tu, inimicus ejus, factum negabis, quod ipse, cui maxime hæc res obstat, negare non audet; videto, ne nimium familiariter[k] inimicitias exercere videare. Deinde sunt testes,[l] viri clarissimi nostræ civitatis,[16] quos omnes[17] a me nominari non est necesse: eos, qui adsunt, appellabo; quos, si mentirer, testes esse impudentiæ[18] meæ minime vellem. Scit is,[19] qui est in consilio,[k] C. Marcellus;[m] scit is, quem adesse video, Cn. Lentulus Marcellinus;[n] quorum fide atque præsidio Siculi maxime nituntur, quod omnino[20] Marcellorum nomini[1°] tota illa provincia adjuncta est.[2] 14. Hi sciunt, hoc non modo a me petitum esse, sed ita sæpe et ita vehementer esse petitum, ut aut[3] causa mihi suscipienda fuerit, aut officium necessitudinis[p] repudiandum. Sed quid ego his testibus utor, quasi res dubia aut obscura sit?[4] Adsunt homines ex tota provincia nobilissimi, qui præsentes vos orant atque obsecrant, judices, ut[5] in actore causæ suæ deligendo vestrum judicium ab suo judicio ne discrepet. Omnium

[k] *In cœtu.*

Steph. *dicis.*—13 *Hoc* non est in Huyd.—14 ψ *qui ita percr.* Al. *percrebruit.*—15 E conj. Menardi Schutz. et Orell. addiderunt *me* post *actorem.*—16 ψ *viri centumquinquaginta nostræ civ.*—17 Leid. Steph. et Lamb. *homines.*—18 Mein. *imprudentiæ.*—19 ψ *Satis.*—20 ψ, Leid. Huyd. Mein. Cujac. Pall. et edd. vett. *maxime utuntur.* In Mein. quoque *omnino quod.*—1 Huyd. et Mein. *nomine.*—2 'Quidam criticorum sæc. XVI. *addicta* vel *advincta* temere legunt. Grut. malit *clienta est.*' Beck.—3 Steph. omittit *aut.*—4 Alii (in marg. Lamb. ed. 1584.) et Schutz. *Sed quid ego test. utor.* Tum Steph. et Lamb.

NOTÆ

[k] *Ne nimium familiariter, &c.*] Ironia: id est, videto ne te inimicum fingas, ut possis prævaricari.

[l] *Sunt testes*] Sunt testes, quorum testimoniis probatur Ciceronem a Siculis esse delectum accusatorem.

[m] *C. Marcellus*] Judex sedebat ille Marcellus.

[n] *Lentulus Marcellinus*] L. Marcellinus aderat advocatus, et Marcelli gentilis: de quo ita loquitur in lib. de Clar. Orat. 'Lent. Marcellinus nec unquam indisertus, et in consulatu pereloquens visus est,' &c.

[o] *Marcellorum nomini*] Propter Marcellum, qui Syracusas cepit et conservavit, tota Marcellorum familia Siculis addicta fuit.

[p] *Officium necessitudinis*] Officium necessitudinis non solum sanguine et affinitate, sed etiam beneficiis et benevolentia æstimatur.

civitatum totius Siciliæ legationes adsunt, præter duas civitates;[q] quarum duarum,[6] si adessent, duo crimina vel maxima[7] minuerentur, quæ cum his civitatibus C. Verri communicata sunt. 15. At enim[8] cur a me potissimum hoc præsidium petiverunt? Si esset dubium, petissent a me præsidium,[9] necne; dicerem, cur petissent. Nunc vero, cum id[10] ita perspicuum sit, ut oculis judicare possitis; nescio cur hoc mihi detrimento esse debeat, si id mihi objiciatur, me potissimum[11] esse delectum. 16. Verum id mihi non sumo, judices, et hoc non modo in oratione mea non pono, sed ne in opinione quidem cujusquam relinquo, me omnibus patronis esse præpositum. Non ita[r] est: sed uniuscujusque[12] temporis,[s] valetudinis, facultatis ad agendum, ducta[l] ratio est. Mea fuit semper hæc[13] in hac re voluntas et sententia, quemvis ut hoc mallem[14] de iis, qui essent idonei, suscipere, quam me; me ut mallem,[15] quam neminem.[t] v. 17. Reliquum est[m] jam, ut illud quæramus, cum hoc constet, Siculos a me petisse, ecquid hanc rem apud vos animosque vestros valere oporteat; ecquid auctoritatis apud vos in suo jure repetundo socii populi Romani, supplices vestri,[u] habere debeant. De quo quid ego plura commemorem? quasi vero dubium sit, quin tota lex

[l] *Habita.* [m] *Restat.*

quasi res dubia sit aut obscura.—5 Huyd. non habet *ut.*—6 Al. *quæ duæ.*—7 Huyd. *maxime.*—8 Leid. *Aut enim.*—9 Leid. Steph. et Lamb. carent verbis *a me præsidium.*—10 *Id* non est in Leid.—11 Huyd. *ne pot.*—12 ψ *si uniusc.*—13 Steph. et Lamb. non agnoscunt *hæc.*—14 *Hi mallent* ψ, Ven. 1483. Junt. *hoc mallent* Naug. et al. *quamvis ut hoc mallent* alii.—15 ψ, Ven. 1483. et Junt. *mallent.*

NOTÆ

[q] *Præter duas civitates*] Syracusæ et Mamertum; Verrem non accusabant, quia Mamertum erat illius furtorum receptaculum, Syracusæ libidinis domicilium.

[r] *Non ita*] Removet causam a se, et rejicit in circumstantias temporis, valetudinis, et facultatis.

[s] *Temporis*] Affert rationes quare ad Marcellos non hæc sit delata accusatio. 1. Quia Marcellus judicabat. 2. Quia Marcellinus infirma erat valetudine. 3. Quia Marcellus alter non tam eloquens erat, quam juris civilis peritus.

[t] *Quam neminem*] Maluerunt Siculi Ciceronem actorem habere, quam Cæcilium.

[u] *Supplices vestri*] Id est, Siculi, qui vobis supplices sunt.

de pecuniis repetundis[x] sociorum causa constituta sit. 18. Nam civibus[y] cum sunt ereptæ pecuniæ, civili fere actione[z] et privato jure repetuntur: hæc lex socialis[a] est: hoc jus nationum exterarum est: hanc habent arcem, minus aliquanto nunc quidem munitam,[16] quam antea; verumtamen, si qua reliqua spes est, quæ sociorum animos consolari possit, ea tota in hac lege posita est; cujus legis non modo a populo Romano, sed etiam ab ultimis nationibus jampridem severi custodes[17 b] requiruntur. 19. Quis igitur est, qui neget oportere eorum arbitratu lege agi,[18 c] quorum causa lex sit constituta? Sicilia tota, si una voce loqueretur, hoc diceret: Quod[19] auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, sedibus, delubris fuit;[20] quod in unaquaque re, beneficio senati[d] populique Romani,[1] juris habui, id mihi tu,[2] C. Verres, eripuisti atque abstulisti; quo nomine abs te sestertium millies[e] ex lege repeto. Si universa, ut dixi, provincia loqui posset, hac voce uteretur:

Cap. v. 16 Huyd. Ven. 1483. et Junt. *munitam nunc quidem*: Steph. *quidem nunc munitam*.—17 Huyd. *jam quidem sev. custode*.—18 ψ, Mein. Guelf. *legem agi*. Ern. censebat *lege* omitti posse.—19 Ter pro *quod*, in Huyd. est *quid*.—20 Pro *sedibus* Manut. conjecit *ædibus*. Dein *fuit* omittunt Leid. Steph. et Lamb.—1 Al. *senatus*: et Huyd. *populoque Romano*.—2 *Tu* non est

NOTÆ

[x] *Lex de pecuniis repetundis*] Lex illa a L. Pisone tribuno plebis, qui Frugi dictus est, ut Cic. lib. de Clar. Orat. ait, lata est primum, L. Martio et Manilio coss. anno 604.

[y] *Nam civibus*] Discrimen ponit inter legem civium et socialem: hæc erat nempe publica, illa privata.

[z] *Civili actione*] Actio civilis seu forensis civium est propria, qua præcipue cives utuntur. Jus autem privatum illud est, cui urbis prætor præerat, qui inter privatos jus dicebat.

[a] *Socialis*] Instituta est ad tutandas sociorum fortunas lex de repetundis pecuniis, contra eos qui exteras nationes opprimebant. Qui enim in provinciis magistratus populi Rom. eorumve comites pecunias contra leges cepissent, earum provinciarum homines, judicio Romæ constituto, suas pecunias repetebant.

[b] *Severi custodes*] Severi custodes dicuntur judices, quia leges vindicant et tutantur.

[c] *Lege agi*] Agere lege, est judicio secundum legem contendere; id lege autem repetundarum Siculi agere volebant contra Verrem.

[d] *Beneficio senati*] Devictis nationibus, vel novæ leges imponebantur a victoribus, vel antiquæ permittebantur. Senatus autem permiserat Siculis ut suis uterentur.

[e] *Sestertium millies*] Concisum genus orationis, inquit Hotomannus, 'quo veteres millies centena millia significabant,' id est, duos milliones et quinquaginta sestertios, qui effici-

quoniam id [3] non poterat, harum rerum actorem, quem idoneum esse arbitrata est, ipsa delegit.[4] 20. In hujusmodi [5] re quisquam tam impudens reperietur, qui ad alienam causam, invitis iis, quorum negotium est, accedere aut aspirare [f] audeat? VI. Si tibi, Q. Cæcili, hoc Siculi dicerent: Te non novimus: nescimus qui sis:[6] [*p.* 58.] nunquam te antea vidimus: sine nos per eum nostras fortunas defendere, cujus fides est nobis cognita; nonne id dicerent, quod cuivis probare deberent? Nunc hoc dicunt: utrumque se nosse:[7] alterum se cupere defensorem esse fortunarum suarum, alterum plane nolle. 21. Cur nolint, etiamsi tacent,[8] satis dicunt. Verum non tacent: tamen his invitissimis te offeres?[9] Tamen in aliena causa loquere? tamen eos defendes,[10] qui se ab omnibus desertos potius, quam abs te defensos esse malunt? tamen his operam tuam[11] pollicebere, qui te neque velle suam causam,[12] [g] nec, si cupias, posse arbitrantur? Cur eorum spem exiguam reliquarum fortunarum, quam habent in legis et judicii severitate positam, vi[13] extorquere conaris? cur te interponis, invitissimis his, quibus maxime lex consultum esse vult? cur de quibus in provincia non optime es meritus, eos nunc plane fortunis omnibus conaris evertere? cur his[14] non modo persequendi[15] juris sui, sed etiam

in Huyd.—3 Mein. caret *id.*—4 Harles. *elegit.*—5 Al. *ejusmodi.*

Cap. VI. 6 Leid. *quis sis.*—7 Huyd. *nolle.*—8 *Tacerent* ψ, Franc. 1. Mein. et plerique alii, edd. vett. usque ad Naug. cum Junt. Crat. Lamb. 1566. Græv. et Orell. *taceant* Guelf. Leid. Lamb. 1584. Oliv. et Lall. *tacent* edidit Asconius, quem Ern. Harles. et Beck. sequuntur.—9 ψ, Leid. Ven. 1483. Junt. Steph. *offers.*—10 Leid. *defendis;* idemque cum ed. Steph. omittit *se* ante *ab omn.*—11 Mein. non habet *tuam.* Tum Leid. *pollicere.*—12 ψ *velle suam causam defendere;* et sic legend. Ern. putabat. *qui neque suam causam velle tueri* Franc. 1. unde Schutz. edidit *velle suam causam tueri.* Grævius malebat *nolle causam tueri.* Mss. quidam cum Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. Beck. Orell. *velle sua causa,* et sic dedit Jul. Rufinian. de Fig. Sentent. p. 217. ed. Ruhnken.—13 *Vi* non est in Huyd.—14 Al. *cur iis.*—15 Huyd. *prose-*

NOTÆ

unt 250,000. libras Gallicas. Vide plura de sestertiis in Orat. pro Rosc. Com. § 4. not. [m].

[f] *Accedere aut aspirare*] Aspirare ad rem dicitur, qui tam prope accedit, ut halitum in eam immittere possit.

[g] *Velle suam causam* [*sua causa*] In plerisque codicibus legitur *causam suam*, subaudiendo, inquiunt interpretes nonnulli, 'defendere.' Sed nihil mutandum videtur. 'Velle enim sua causa' perinde est ac, alteri stu-

deplorandæ calamitatis adimis potestatem? 22. Num,[16] te actore, quem eorum affuturum putas, quos intelligis, non ut per te alium, sed ut per aliquem teipsum,[17] ulciscantur, laborare?

VII. At enim solum[18] id est, ut me Siculi maxime velint: alterum illud, credo, obscurum est, a quo Verres minime se accusari velit. Ecquis unquam tam palam de honore, tam vehementer de salute sua contendit, quam ille, atque illius amici, ut[19] ne hæc mihi delatio[n] detur? Sunt multa, quæ Verres in me esse arbitratur,[20] quæ scit in te, Q. Cæcili, non esse; quæ cujusmodi in utroque nostrum sint, paulo post[1] commemorabo. 23. Nunc tantum id dicam, quod tacitus tu mihi assentiare: nullam rem in me esse, quam ille contemnat; nullam in te,[2] quam pertimescat. Itaque magnus ille defensor[h] et amicus ejus tibi Hortensius[3] suffragatur, me oppugnat; aperte ab judicibus petit, ut tu mihi anteponare; et ait, hoc se honeste, sine ulla invidia, ac sine ulla offensione contendere.[o] Non enim, inquit, illud peto,[4][i] quod soleo, cum vehementius contendi,[5] impetrare; reus ut absolvatur, non peto; sed ut ab hoc potius,[6] quam ab illo accusetur, id peto. Da

[n] *Accusatio.* [o] *Infamia postulare.*

---

quendi: Leid. *persequendo.* Pro *juris* Leid. habet *viros.*—16 *Nam* Naug. Crat. Lamb. Grut. Oliv. Lall. et Schutz. prob. Garaton. *Nunc* Huyd. et quædam edd. vett. *Neque* Mein. *Num* ψ, Franc. 1. Græv. Harles. Beck. et Orell.—17 Steph. et Lamb. e Ms. Cujac. ediderunt *sed ut per alium aliquem te ipsum.* Verba *sed ut per* absunt a Leid. et *te ipsum* ab Huyd.

CAP. VII. 18 Mss. aliqui cum Junt. Crat. Vict. Schutz. et Orell. *solidum;* et sic Lamb. in contextu; at in notis locum ita emendandum censet, *At enim solum id persp. est, cur me, &c.* aut *At enim solum id persp. est, Siculos me max. velle, et cur me Sic. max. vel.: alterum, &c.* Plerique Mss. et vulg. *solum.*—19 Leid. non habet *ut.*—20 Huyd. *arbitrantur.*—1 In Huyd. *post* omittitur. Dein idem Ms. *Non tantum id dicam.*—2 Huyd. *nullam in re.*—3 *Hortensius* non agnoscunt Guelf. Ms. Cujacii, Mss. ap. Lamb. idque deleverunt Steph. Lamb. Græv. Schutz. et Orell. prob. Beck. qui uncis inclusit.—4 Leid. et Steph. *Non illud peto:* unde Lamb. *Non illud, inquit, peto.*—5 Leid. *contendero.*

NOTÆ

dere, vel favere. Sic ipse Cic. Epist. I. ad Lent. 'Regis causa si qui sint, qui velint,' &c.

[h] *Magnus defensor*] Hortensius magnus defensor a Cicerone appellatur; non quia multos defendit, sed quia nunc præcipue Verrem omni opera defendere conatur.

[i] *Non enim, inquit, illud peto*] Ethopœia Hortensii, ad illius improbitatem in judiciis corrumpendis ostendendam.

mihi[k] hoc:[7] concede, quod facile est, quod honestum,[8] quod non invidiosum; quod cum dederis, sine ullo tuo periculo, sine infamia illud dederis, ut is[9] absolvatur, cujus ego causa laboro. 24. Et ait idem, ut aliquis metus adjunctus sit[l] ad gratiam, certos esse in consilio, quibus ostendi tabellas velit:[m] id esse perfacile: non enim singulos ferre sententias, sed universos constituere: ceratam unicuique tabellam dari cera legitima,[n] non illa infami[o] ac nefaria. Atque is non tam propter Verrem laborat, quam quod eum minime res tota[10] delectat. Videt enim, si a pueris nobilibus,[p] quos adhuc elusit; si a quadruplatoribus,[q] quos non sine causa contemsit semper, ac pro nihilo putavit, accusandi voluntas[11] ad viros fortes, spectatosque[r] ho-

—6 Leid. et Lamb. *potius ab hoc.*—7 Huyd. *Da mihi hæc.*—8 Leid. *hon. est.* —9 Leid. et Steph. omittunt *is.*—10 *Tota* non est in Huyd.—11 Mein. *volup-*

NOTÆ

[k] *Da mihi*] Fingit Cicero Hortensium id dicere, corruptis pecunia judicibus.

[l] *Metus adjunctus sit*] Id agit corruptor, ut gratiosus judex non solum velit servare fidem suo corruptori, verum etiam aliquid habeat, cur vel invitus cogatur ad custodiendam pactionem promissæ a se gratiæ.

[m] *Ostendi tabellas velit*] Hortensius volnit ut illi judices corrupti tabulas prius ostenderent, quam in urnas mitterent. Erat autem duplex ratio ferendæ sententiæ. Quando parva erat causa, ex tabulis suum judicium pronuntiabant: v. g. Si absolverent, inprimebant ceræ literam *A*; si damnarent, *C*; si ampliabant, *N. L.* nempe quod parum liqueret, et iterum agi causam optarent. Si vero magna esset causa et invidiosa, scribebant suas sententias, et cumulatim præconi dabant, qui in urnam eas conjiciebat.

[n] *Cera legitima*] Cera legitima erat, in qua *A*, litera absolutionis, scripta erat, et quæ erat unius coloris.

[o] *Non illa infami*] Per infamem, discolorem intelligit, in qua litera *C* scripta erat; alludit autem ad judicium quod contra Varronem constitutum est, qui ab Hortensio defensus est, qui tabulas infames, varii nempe coloris, protulit, cum judicum metueret corruptionem.

[p] *A pueris nobilibus*] Appium Claudium et Cæsarem adhuc adolescentes significat, quorum alter Terentium Varronem, alter Dolabellam accusavit: at Hortensii fraude, qui discoloribus ceris usus est, liberati sunt.

[q] *A quadruplatoribus*] Quadruplatores delatores erant criminum publicorum; in qua re quartam partem bonorum ex sua delatione referebant.

[r] *Spectatos*] Pungit Hortensium, cui dicit, non ei rem esse cum pueris et quadruplatoribus, sed cum viris generosis, qui virtutem amant.

mines translata sit, se in judiciis dominari [12] non posse.[s] VIII. 25. Huic ego homini jam ante denuntio, si a me causam hanc vos agi volueritis, rationem [13] illi defendendi totam esse mutandam;[t] et ita tamen mutandam,[14] ut meliore et honestiore conditione sit,[15 u] quam qua ipse esse vult; ut[16] imitetur homines eos, quos ipse vidit [17 x] amplissimos, L. Crassum et M. Antonium, qui nihil se arbitrabantur [18] ad judicia causasque amicorum, præter fidem et ingenium, afferre oportere. Nihil erit, quod, me agente,[p] arbitretur, judicium [19] sine magno multorum periculo posse corrumpi. 26. Ego in hoc judicio mihi Siculorum causam receptam,[y] populi Romani susceptam esse arbitror; [*p.* 59.] ut mihi non unus homo improbus opprimendus sit, id quod Siculi petiverunt, sed omnino improbitas,[20] id quod populus Romanus jamdiu flagitat, extinguenda atque delenda sit. In quo ego [1] quid eniti,[q] aut quid efficere possim, malo in aliorum spe[r] relinquere, quam in oratione mea ponere.

27. Tu vero, Cæcili, quid potes? quo tempore, aut qua in

[p] *Me accusante.* [q] *Suscipere.* [r] *Cogitatione.*

tas.—12 Lamb. et Schutz. e Ms. Cujacii ediderunt *in jud. diutius dom.*

CAP. VIII. 13 Huyd. *ratione.*—14 Leid. *totam esse mutatam*, omissis verbis *et ita tamen mutandam.* Pro *tamen* ψ habet *causam.*—15 ψ, Huyd. Ven. 1483. et Steph. non agnoscunt *sit.*—16 Leid. et Steph. *ipse vult*, omisso *esse.* In ψ *ut* deest.—17 Mein. *videt.*—18 Ed. Oxon. *arbitrantur.*—19 Franc. 1. *judicia.* —20 *Omnino omnis improb.* Jannoctian. Lamb. Lall. Schutz. et Orell. Vox *omnis* abest a ψ, Guelf. Mein. Franc. 1. Asconii Mss. edd. pr. et eam deleverunt Græv. et Beck. Eam Harles. uncis inclusit. Asconius edidit *omnis improb.* prob. Hotom. et Beck.—1 Leid. Steph. et Lamb. omittunt *ego.* Dein

NOTÆ

[s] *Dominari non posse*] Hortensius rex fori dicebatur, iisque judiciis dominari, per judices quos corrumpebat.

[t] *Totam esse mutandam*] Acriter pungit Hortensium: ait enim ita corruptam ejus esse defendendi rationem, ut tota ei mutanda sit.

[u] *Meliore et honestiore conditione sit*] Optat ut melior sit Hortensius, cum possit et debeat honeste agere, quod facilius est quam judices corrumpere.

[x] *Ipse vidit*] Superior erat ætate Tullio Hortensius, ideo vidit Crassum et M. Antonium, qui soli oratores Romani a Cicerone laudati sunt, quosque ipse in lib. de Orat. introduxit: et quos majores Hortensio videtur indicare.

[y] *Causam receptam*] Suscipimus nostra sponte, recipimus rogati.

re,[1] non modo specimen ceteris aliquod[2] dedisti, sed tute tui periculum fecisti?[z] In mentem tibi non venit, quid negotii sit causam publicam sustinere? vitam alterius totam explicare?[a] atque eam non modo in animis judicum, sed etiam in oculis conspectuque omnium exponere? sociorum salutem, commoda provinciarum, vim legum, gravitatem judiciorum defendere? IX. Cognosce ex me, quoniam hoc primum[3] tempus discendi nactus es, quam multa esse oporteat in eo, qui alterum accuset:[4] ex quibus si unum aliquod[5] in te cognoveris; ego jam tibi ipse istuc,[6 b] quod expetis, mea voluntate concedam. Primum integritatem atque innocentiam singularem. Nihil est enim, quod minus ferendum sit, quam rationem ab altero vitæ reposcere eum, qui non possit suæ reddere. 28. Hic ego de te plura non dicam: unum illud credo omnes animadvertere, te adhuc ab nullis, nisi a Siculis,[c] potuisse cognosci: Siculos hoc dicere, cum eidem sint irati, cui tu te inimicum esse dicis, sese tamen, te actore, ad judicium non affuturos. Quare negent, ex me non audies: hos patere id suspicari, quod necesse est. Illi quidem, ut est hominum genus nimis acutum[d] et suspiciosum, non te ex Sicilia literas in Verrem[e] deportare velle arbitrantur,[7] sed, cum iisdem

[1] *Causa.*

Mein. *eniti atque efficere.*—2 Huyd. *aliquid.*

CAP. IX. 3 In Mein. deest *quoniam*; et *primum* non est in Huyd.—4 Huyd. *quem multa.* Mox idem Ms. *accusat.*—5 *Aliquod* abest a Leid. Steph. et Lamb.—6 Leid. et Schutz. *istud.*—7 Huyd. *arbitrabantur.* Tum Mein. Ven. 1483. Junt. Steph. Lamb. Schutz. et Orell. *sed quod iisdem:* sic etiam Serv.

NOTÆ

[z] *Periculum fecisti*] Id est, tute ipse tentasti, quando te exercuisti, secreto, et remotus ab arbitris.

[a] *Totam explicare*] Est accusatoris totam illius, quem accusat, vitam explicare; at Verris crimina, quorum Cæcilius socius est, non aperiet.

[b] *Ipse istuc*] Istuc pro istud ponitur, nam sæpe Romani *d* in *c* mutabant.

[c] *A Siculis*] Nulli certius Siculis norunt Cæcilium, quia Siculus est, et Verris quæstor in Sicilia.

[d] *Acutum*] Acuto ingenio Siculos extitisse, Cicero ait in Bruto; idque ipsius Aristotelis testimonio.

[e] *Literas in Verrem*] Per literas intelligit testimonia quæ in Verrem conscripta sunt.

literis illius prætura et tua quæstura consignata sit, asportare [8] [f] te velle ex Sicilia literas suspicantur. 29. Deinde accusatorem firmum verumque [t] esse oportet. Eum ego [g] si te putem cupere esse, facile intelligo, esse non posse. Nec ea dico, quæ, si dicam,[9] tamen infirmare [u] non possis: te, antequam de Sicilia decesseris,[10] in gratiam redisse cum Verre: Potamonem, scribam [h] et familiarem tuum, retentum esse a Verre in provincia, cum tu decederes: M. Cæcilium, fratrem tuum,[i] lectissimum atque ornatissimum adolescentem, non modo non adesse, neque tecum tuas injurias persequi; sed esse cum Verre; cum illo familiarissime [11] atque amicissime vivere. Sunt hæc et [12] alia in te falsi accusatoris signa permulta; quibus ego nunc non utor: hoc dico, te, si maxime [13] cupias, tamen verum accusatorem esse non posse. 30. Video enim permulta [k] esse crimina, quorum tibi societas cum Verre ejusmodi est, ut ea in accusando attingere non audeas. X. Queritur Sicilia tota, C. Verrem ab aratoribus,[l] cum frumentum sibi in cellam [m]

[t] *Constantem et liberum.* [u] *Negare.*

ad Æn. II. 778. *Sed cum iisdem* vulg.—8 Leid. *has portare.*—9 Huyd. *si non dicam.*—10 Leid. *recesseris.*—11 ψ *sed etiam cum Verre.* Steph. Lamb. *et cum illo fam.*—12 Steph. et Lamb. *Sunt et hæc.*—13 ψ et Huyd. *hoc dico, si te max.*

NOTÆ

[f] *Asportare*] Cum quis accusator erat constitutus, huic a prætore potestas dabatur omnia obsignandi, et deportandi Romam, quæ ad accusationem pertinebant: cum autem furtorum Verris Cæcilius conscius sit et particeps, non asportabit e Sicilia testimonia, quæ Verri nocere possunt.

[g] *Eum ego*] Probat Cic. Cæcilium furem et prævaricatorem esse a multis signis. Inprimis, rediit in gratiam cum Verre, antequam discederet ex Sicilia.

[h] *Potamonem, scribam*] Secundum signum, quia quasi communis amicus remansit in Sicilia, ubi non remansisset, si revera cognovisset intercedere Cæcilium inter et Verrem simultates; nam decedente quæstore, discedebat etiam ejus scriba.

[i] *Fratrem tuum*] Tertium signum, quod frater lectissimus propter judicium hominum, et ornatissimus propter dignitatem rei familiaris, remaneat cum Verre.

[k] *Video permulta*] Quartum signum, quod, cum sit conjunctus cum reo affinitate criminum, non potest defendere socios a quibus accusatur.

[l] *Ab aratoribus*] Aratores erant, qui pop. Rom. agros conduxerant ad arandum.

[m] *Cellam*] Cella vocatur quodlibet receptaculum rei domesticæ: hic

imperavisset, et cum esset tritici modius H-S II, pro frumento,[14] in modios singulos, duodenos sestertios exegisse. Magnum crimen, ingens pecunia, furtum impudens, injuria non ferenda. Ego hoc uno crimine illum condemnem, necesse est: tu, Cæcili, quid facies? 31. Utrum hoc tantum crimen prætermittes, an objicies? Si objicies,[15] idne alteri crimini dabis, quod eodem tempore, in eadem provincia, tu ipse fecisti? Audebis ita[16] accusare alterum, ut, quo minus tute condemnere, recusare non possis?[17] Sin prætermittes; qualis erit ista tua accusatio, quæ, domestici periculi metu, certissimi et maximi criminis non modo suspicionem, verum etiam mentionem ipsam pertimescat? 32. Emtum est[n] ex S. C. frumentum ab Siculis, prætore Verre: pro quo frumento pecunia omnis soluta non est. Grave est hoc crimen in Verrem; grave, me agente; te accusante, nullum.[o] [*p.* 60.] Eras enim tu quæstor: pecuniam publicam tu tractabas: ex qua, etiamsi cuperet[18] prætor, tamen ne qua deductio fieret,[p] magna ex parte tua potestas erat. Hujus quoque igitur criminis, te[19] accusante, mentio nulla fiet. Silebitur toto judicio de maximis et notissimis illius furtis et injuriis. Mihi crede, Cæcili, non potest in accusando socios vere defendere[20] is, qui cum reo criminum societate conjunctus est. 33. Man-

---

Cap. x. 14 *H-S V.* Ven. 1483. Junt. Crat. 'In Franc. 1. legitur *sextertios XI.* male.' *Græv.* Schutz. e conj. Ern. delevit verba *pro frumento.*—15 In Huyd. desunt *Si objicies.* Tum Mein. *alterius crimini;* et sic in marg. Leid. —16 Franc. 1. omisit *ita.*—17 Verba *Audebis ... non possis* a ψ absunt. Dein Huyd. et Franc. 1. legunt *Si prætерm.*—18 ψ *caperet.*—19 Leid. non ha-

NOTÆ

vero intelligit annonam prætoris, quæ in frumenti certo numero præbebatur a Siculis, a quibus Verres, et pecuniam pro frumento exegit, et eo pretio, ut pro duobus sestertiis duodenos per singulos modios exigeret, sexies plusquam merebatur. De sestertiis dictum est orat. pro Rosc. Com. § 4. not. [m].

[n] *Emtum est*] Sicilia dabat decumanum fructum, quod ab aratoribus exigebatur sine pretio: præter id emebatur aliud a Siculis, pro quo ex senatusconsulto pecunia solvebatur.

[o] *Nullum*] Illius criminis nullam mentionem fecisset, si accusator constitutus fuisset Cæcilius.

[p] *Deductio fieret*] Deductio est debitæ pecuniæ compensatio, cum pro re aliqua aliud compensatur et detrahitur.

cipes[1] [q] a civitatibus pro frumento pecuniam exegerunt. Quid? hoc, Verre prætore factum est solum? non: sed etiam quæstore Cæcilio.[2] Quid igitur? daturus es huic crimini,[x] quod et potuisti prohibere, ne fieret, et debuisti? an totum id relinques? Ergo id omnino Verres in judicio suo non audiet, quod cum faciebat, quemadmodum defensurus esset, non reperiebat.[3] XI. Atque ego hæc, quæ in medio posita sunt,[y] commemoro. Sunt alia magis occulta furta; quæ ille, ut istius, credo, animos atque impetus retardaret, cum quæstore suo benignissime[4] communicavit.[r] 34. Hæc tu scis ad me[5] esse delata: quæ si velim proferre, facile omnes intelligent, vobis inter vos non modo voluntatem fuisse conjunctam, sed ne prædam quidem adhuc esse divisam. Quapropter si tibi indicium[6] postulas dari, quod tecum una fecerit, concedo, si id lege permittitur. Sin autem de accusatione dicimus; concedas oportet iis, qui nullo suo peccato impediuntur, quo minus alterius peccata demonstrare possint. 35. Ac vide,[7] quantum interfuturum sit inter meam atque tuam accusationem. Ego etiam quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum, quod te non prohibuerit,[8] cum summam ipse haberet potestatem: tu contra ne quæ ille quidem fecit objicies,[9] ne qua ex parte conjunctus cum eo reperiare.

Quid illa, Cæcili? contemnendane tibi videntur esse, sine quibus causa sustineri, præsertim tanta, nullo modo

[x] *Objicies crimen huic Verri.* [y] *Quæ omnes sciunt.*

bet *te*.—20 ψ, Huyd. Mein. *socios Verris def.*—1 Huyd. *Municipes*.—2 Huyd. *Quid est hoc? Verre præt. factum est non solum; sed etiam quæst. Cæc.* Franc. 1. et Ven. 1483. *Quid? Hoc Verre præt. factum est non solum, sed etiam quæst. Cæc.*—3 Post *reperiebat*, ψ habet interrogandi notam.

CAP. XI. 4 Ascon. Steph. et Lamb. *benignissime cum quæst. suo:* Huyd. *cum quæst. suo benignissimo*.—5 ψ et Leid. *a me*.—6 Mein. et edd. nonnullæ vett. *judicium*.—7 Mein. *At vide*. Mox Lamb. *meam tuamque accus.* Leid. *meam atque tuamque criminationem*.—8 Nonnullæ edd. vett. *quod non te proh.*

NOTÆ

[q] *Mancipes*] Mancipes erant publicanorum principes, qui vectigalia a populo redimebant.

[r] *Benignissime communicavit*] Cæcilium et Verrem fures esse designat, quasi tota ista quæstura ad societatem furtorum non ad accusationem valeret.

potest? aliqua facultas agendi? aliqua dicendi consuetudo? aliqua in foro, judiciis, legibus aut ratio, aut exercitatio? 36. Intelligo, quam scopuloso[z s] difficilique in loco[10] verser: nam cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiæ multo molestissima. Quamobrem nihil dico de meo ingenio; neque est, quod possim dicere; neque, si esset, dicerem. Aut enim id mihi satis est, quod est de me opinionis, quicquid est; aut, si id parum est, ego majus[11] id commemorando facere non possum. XII. 37. De te, Cæcili, jam mehercule hoc,[12] extra hanc contentionem certamenque nostrum, familiariter tecum loquar. Tu ipse quemadmodum existimes, vide etiam atque etiam: et tu te collige;[t] et qui sis, et quid facere possis, considera. Putasne,[13] te posse de maximis acerbissimisque rebus,[14] cum causam sociorum, fortunasque provinciæ, jus populi Romani, gravitatem[15] judicii legumque susceperis, tot res, tam graves,[16] tam varias, voce, memoria, consilio, ingenio, sustinere? 38. Putasne, te posse, quæ C. Verres in quæstura,[u] quæ in legatione,[x] quæ in prætura, quæ Romæ,[y] quæ in Italia,[17 z] quæ in

[z] *Periculoso.*

—9 Huyd. *quidem fecerit obj.* et mox *convictus cum eo rep.*—10 Franc. 1. *quam scopuloso, quam difficili loco.* Græv. legi jubet *quam scopuloso, quam difficili in loco.*—11 Leid. *magis.*

CAP. XII. 12 Jul. Rufinian. de Figg. p. 203. Ruhnken. *Decedente jam mehercules extra*, omisso pronomine *hoc*, quod, uti voluerat Beck., delevit Schutz. Pro *hoc*, Leid. habet *hæc.* Dein post *nostrum*, e Franc. 1. Græv. inseruit *est*, improb. Ern. Porro '*De te, Cæcili, (jam . . . loquar) tu ipse* recte distinguit Madvig.' *Orell.*—13 Asconius et alii censebant *Putabasne* legend.—14 Post *rebus*, J. F. Herel. putabat *acturum* vel *dicturum* excidisse. Dein Huyd. *cum causas soc.*—15 Lamb. *gravitatemque.*—16 Quædam edd. vett. non habent verba *tam graves.*—17 Pro *quæ in Italia*, Lipsius conj. legend. *quæ in*

NOTÆ

[s] *Scopuloso*] Metaphora sumta a navigantibus, cum naufragium timent.

[t] *Tu te collige*] Id est, ad te redi, et tanquam dispersum animum revoca, ut rectius cogites et fortius agas.

[u] *In quæstura*] Quæstor fuit Verres Carbonis in provincia consulari.

[x] *In legatione*] Idem legatus fuit Cn. Dolabellæ in Asia.

[y] *Quæ Romæ*] Prætor urbanus Romæ.

[z] *In Italia*] Præturam exercuit Verres in Italia et Romæ.

Achaia,[a] Asia, Pamphyliaque patrarit,[18] ea, quemadmodum locis temporibusque divisa sint, sic criminibus et oratione distinguere? Putasne[19] posse, id quod in ejusmodi reo maxime necessarium est, facere, ut, quæ ille libidinose, quæ nefarie,[20] quæ crudeliter fecerit, ea æque[1] acerba et indigna videantur esse iis, qui audient, atque illis visa sunt, qui senserunt? 39. Magna sunt ea quæ dico, mihi crede: noli hæc contemnere. Dicenda, demonstranda, explicanda sunt omnia:[2] causa non solum exponenda, sed etiam graviter copioseque agenda est. Perficiendum est, si quid agere aut perficere[3] vis, ut homines te non solum audiant, verum etiam libenter studioseque audiant. [*p.* 61.] In quo si te multum natura adjuvaret;[4] si optimis a pueritia disciplinis atque artibus studuisses, et in his elaborasses; si literas Græcas Athenis,[b] non Lilybæi,[5 c] Latinas Romæ, non in Sicilia,[d] didicisses; tamen esset magnum, tantam causam, tam expectatam, et diligentia consequi, et memoria complecti, et oratione exponere,[6] et voce et viribus sustinere. 40. Fortasse dices, Quid? ergo hæc in te[7] sunt omnia? utinam quidem essent! verumtamen ut esse possent, magno studio mihi a pueritia est elaboratum. Quodsi ego hæc, propter magnitudinem rerum ac difficultatem, assequi non potui, qui in omni vita nihil aliud egi; quam longe tu te ab his rebus abesse[8] arbitrare,

---

Sicilia. Ea verba delenda esse censet Schutz.—18 ψ, Guelf. Franc. 1. Cujac. Pall. Steph. Lamb. Græv. Beck. *peccarit.*—19 Post *Putasne* e duobus Mss. Hotomann. addidit *te;* quod Mein. et Græv. quoque habent. Tum Ms. Cujac. *id quod in ejusm.*—20 Edd. quædam omittunt *quæ nefarie.*—1 Pro *ea æque* Leid. exhibet *atque.*—2 *Dicenda* non est in Leid. qui habet quoque *sunt omnia explicanda.* In Mein. *atque expl. sunt omnia.*—3 *Proficere* ψ, Cujac. Steph. Lamb. Grut. Oliv. Lall. probb. Garaton. et Wolff.—4 Mein. *adjuvasset.*—5 Leid. *Lilibæi.*—6 Leid. Steph. et Lamb. *expromere.* Tum Lamb. *et voce ac viribus.*—7 Mein. *ergo in te,* omisso *hæc.*—8 Pro *abesse* Huyd. habet

NOTÆ

[a] *In Achaia, &c.*] Ubi legatione functus est.

[b] *Athenis*] Athenis florebat sermonis puritas, et artium doctrina.

[c] *Non Lilybæi*] Lilybæus, ex tribus Siciliæ promontoriis unum, in Libyam spectans, ut ait Polybius de Bello Punico primo, l. 1.

[d] *Non in Sicilia*] Imperitiam Cæcilii ridet, qui literas tam Græcas quam Latinas in Sicilia didicit, ubi utraque lingua plane inculta erat.

quas non modo antea nunquam cogitasti, sed ne nunc quidem, cum in eas ingrederis,[a] quæ et quantæ sint,[9] suspicari potes? XIII. 41. Ego, qui, sicut omnes sciunt, in foro judiciisque ita verser,[10] ut ejusdem ætatis[e] aut nemo, aut pauci, plures causas defenderint; et qui omne tempus, quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his studiis laboribusque[b] consumam, quo paratior[11] ad usum forensem, promtiorque esse possim; tamen, ita Deos mihi[f] velim propitios,[12] ut, cum illius temporis[13] mihi venit in mentem, quo die,[14] citato reo,[g] mihi dicendum sit, non solum commoveor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. 42. Jam nunc mente et cogitatione prospicio, quæ tum studia hominum, qui concursus futuri sint; quantam expectationem magnitudo judicii sit allatura; quantam auditorum multitudinem C. Verris infamia concitatura; [15] quantam denique audientiam[h] orationi meæ improbitas illius factura.[16] Quæ cum cogito, jam[17] nunc timeo, quidnam pro offensione hominum, qui illi inimici infensique sunt, et expectatione omnium, et magnitudine rerum dignum[18] eloqui possim. 43. Tu horum nihil metuis, nihil cogitas, nihil laboras? et[19] si quid ex vetere aliqua oratione,[20] ‘Jo-

[a] *Accedis ad eas.* [b] *Defensionibus.*

esse.—9 Idem Ms. *ingredieris*, et Leid. *quæ et quanta sint.*

CAP. XIII. 10 Leid. Ven. 1483. et Junt. *versor.* Huyd. *in foro in judiciis versor ita.*—11 Leid. *quo potior.*—12 Huyd. addit *ita* ante *propitios.*——13 *Illius diei* ex Asconio margo Crat. Manut. Lamb. Grut. Oliv. Lall. *illius temporis* ψ, Cujac. Franc. 1. Pall. Mss. ap. Hotom. cum Ven. 1483. Junt. Crat. Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. et sic Priscian. ter, pp. 1202. 1203. 1210. ed. Putsch.—14 Leid. caret *die.*—15 J. F. Gronov. ad Liv. XXXVIII. 33. *concitura.*—16 Huyd. Ven. 1483. et Junt. *factura sit.*—17 *Cum* ante *cogito* delet Leid. Pro *jam* idem Ms. habet *nam.*—18 Huyd. *digne.*—19 ψ, Leid.

NOTÆ

[e] *Ejusdem ætatis*] Juvenis licet Cicero jam sibi dicendi gloriam in foro fecerat, ad quam nemo suæ ætatis pervenerat.

[f] *Ita Deos mihi*] Genus jurisjurandi, id est, tantum mihi faveat Deus, quantum verum est quod dico.

[g] *Citato reo*] Vocato reo in judicium, dicere incipiens timebat Cicero: ut de se confitetur in Cluentiana; semper cum metu incipio dicere.

[h] *Audientiam*] Audientia novum tum fuit vocabulum, et a Cicerone inventum, per quod attentionem significat.

vem ego optimum[i] maximum,'[1] aut, 'Vellem, si fieri potuisset, judices,' aut aliquid ejusmodi, ediscere potueris, præclare te paratum in judicium venturum arbitraris?

44. Ac, si tibi nemo responsurus esset, tamen ipsam causam, ut ego arbitror, demonstrare non posses. Nunc ne illud quidem cogitas, tibi cum homine disertissimo,[k] et ad dicendum paratissimo, futurum esse certamen; quicum[c] modo disserendum, modo omni ratione[2] pugnandum[l] certandumque sit?[3] Cujus ego ingenium[m] ita laudo, ut[4] non pertimescam; ita probo, ut me[5] ab eo delectari facilius, quam decipi putem posse. XIV. Nunquam ille me opprimet consilio; nunquam ullo artificio pervertet; nunquam[6] ingenio me suo labefactare atque infirmare conabitur. Novi omnes hominis petitiones[7] rationesque dicendi: sæpe in iisdem, sæpe in contrariis causis versati sumus. Ita contra me ille dicet, quamvis sit ingeniosus, ut nonnullum etiam de suo ingenio judicium fieri arbitretur. 45. Te vero, Cæcili, quemadmodum sit elusurus,[n] quam omni ratione[8] jactaturus, videre jam videor; quoties ille tibi potestatem optionemque facturus[o] sit, ut eligas utrum ve-

[c] *Cum quo.*

et Huyd. non habent copulam.—20 Leid. et Huyd. *ratione.*—1 Mein. *opt. vel max.*—2 Al. *oratione.*—3 Post *sit* ψ non interrogandi notam, sed punctum posuit. Tum *Ego* in Mein. omittitur.—4 In Huyd. *ut* deest.—5 Leid. et Steph. carent *me.*

CAP. XIV. 6 In Huyd. *perverterer.* Pro *nunquam* Schutz. conjecit *quanquam* legend.—7 ψ *partitiones,* quod Hotom. conjecerat.—8 Al. *oratione.*

NOTÆ

[i] *Jovem ego optimum*] Festive ridet Cæcilium, qui tam imperitus est orator, ut aliquod tritum et vulgare cansidicis sit allaturus exordium aut ab invocatione, aut a superioris temporis reprehensione.

[k] *Disertissimo*] Disertus est qui natura, arte, usu, atque exercitatione paratus est ad dicendum.

[l] *Modo disserendum, modo pugnandum*] Disserere est acute et subtiliter dicere et argumentari; pugnare vero, vim et copiam orationis exerere: hoc utrumque munus oratori convenit maxime.

[m] *Cujus ingenium*] Se parem hic Hortensio Cicero significat, cum quo sæpe vel in contrariis causis versatus est, vel in iisdem: cum uterque defendit et accusavit.

[n] *Elusurus*] Metaphora a gladiatoribus sumta, qui tela et ictus motu corporis evitant.

[o] *Optionem facturus*] Pergit in metaphora; nam qui prævalebant in prælio, quærebant ab adversariis, an supra vel infra, &c. feriri vellent.

lis; factum esse, necne; verum esse, an falsum; utrum dixeris, id contra te futurum. Qui tibi æstus,[d] qui error,[9] quæ tenebræ, Dii immortales! erunt, homini minime malo?[e] Quid? cum accusationis tuæ membra dividere cœperit, et in digitis[p] suis singulas partes causæ constituere? Quid? cum unumquodque transigere,[q] expedire,[r] absolvere?[s] Ipse profecto metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris.[f 10] 46. Quid? cum commiserari, conqueri, et ex illius invidia deonerare aliquid, et in te trajicere cœperit?[g] commemorare quæstoris cum prætore necessitudinem constitutam? morem majorum?[11 t] sortis religionem?[u] Poterisne ejus orationis subire[h] invidiam?[12] [*p.* 62.] Vide modo: etiam atque etiam considera. Mihi enim videtur periculum fore,[13] ne ille non modo verbis te obruat, sed gestu ipso ac motu[x] corporis præstringat[i 14] aciem ingenii tui, teque ab institutis tuis cogitationibusque abducat. 47. Atque hujusce rei[15] judicium jam continuo video futurum. Si enim mihi[16] hodie respondere ad hæc,

[d] *Quæ conturbatio.* [e] *Callido.*
[f] *Ne vocaveris innocentem in periculum capitis.*
[g] *Cœperit diminuere aliquid, et in te deducere.*
[h] *Sustinere.* [i] *Obtenebret.*

—9 Pro *error* in Franc. 1. *furor* legitur.—10 Post *facesseris* ψ posuit notam interrogationis. Priscian. lib. x. scribit, in quibusdam Mss. inveniri *facessieris;* quod Venet. 1480. quoque habet.—11 Pal. 2. omittit *constitutam.* In Mein. et Junt. *constitutam more majorum*, uti Jac. Gronov. legi jussit.—12 Asconius *orationis subire invidiæ,* probante Manut. sed Asconii Ms. *orationi subire,* omissa voce *invidiæ.* Sic etiam Nonius Merceri p. 404. haud male: sed Nonius Aldi *orationem.*—13 Pro *periculum* ψ habet *judicium.* Mein. non habet *fore.*—14 Lamb. *præstinguat.*—15 Leid.

NOTÆ

[p] *Et in digitis*] Ita insequitur Cæcilii imperitiam, ut rideat etiam Hortensium, qui orationis divisionem in digitos deductam habebat.

[q] *Transigere*] In principio orationis transigimus cum adversario distinguendo, et explicando ejus argumenta.

[r] *Expedire*] Expedimus in medio afferendo nostras argumentationes.

[s] *Absolvere*] Absolvimus in fine amplificando et concludendo orationem.

[t] *Morem majorum*] Majores vetabant a quæstore prætorem accusari.

[u] *Sortis religionem*] Religio sortis sanctissima esse debebat, quia sorte ducebantur magistratus.

[x] *Gestu ac motu*] Ita laudat Hortensium, ut pungat etiam: cujus gestus plus habebat artis, quam erat satis oratori.

quæ dico, potueris; si ab isto libro,[k y] quem tibi magister ludi,[z] nescio qui,[17] ex alienis orationibus compositum dedit, verbo uno discesseris; posse te et illi quoque judicio non deesse, et causæ atque officio tuo satisfacere arbitrabor: sin mecum, in hac prolusione,[18 a] nihil fueris; quem te in ipsa pugna, cum acerrimo adversario, fore putemus?

XV. Esto: ipse nihil est,[19] nihil potest: at venit paratus cum subscriptoribus[b] exercitatis et disertis. Est tamen hoc aliquid; tametsi non est satis. Omnibus enim rebus is,[20] qui princeps[c] in agendo est, ornatissimus et paratissimus esse debet. Verumtamen L. Apuleium[d] esse video proximum subscriptorem, hominem non ætate, sed usu forensi atque exercitatione tironem. 48. Deinde, ut opinor, habet Allienum,[1 e] hunc tamen a subselliis; qui, quid in dicendo posset,[2] nunquam satis attendi: in clamando[f] quidem video eum esse bene robustum atque exercitatum. In hoc spes tuæ sunt omnes: hic, si tu eris actor consti-

[k] *Ab ista oratione composita.*

caret *rei.*—16 Idem Ms. *Si hoc mihi.*—17 Al. *nescio quis.*—18 Quidam ap. Lamb. conjecit *in hac prælusione.* Dein Franc. 1. et Mein. *nihil feceris.*

CAP. XV. 19 Gulielm. maluit *nihili est.*—20 Ante *Omnibus* Asconius addidit præpositionem *in,* quod Hotom. placuit. Tum Leid. Steph. et Lamb. omittunt *is.* In Huyd. *iis.*—1 Al. *Alienum.*—2 *Ab subselliis* Ascon. et Orell. ut cap. 10. *ab Siculis* Ascon. et Lamb. Pro *qui quid* ψ habet *quicquid.* Dein

NOTÆ

[y] *Isto libro*] Continens posuit pro contento: liber enim continet quod scriptum est.

[z] *Magister ludi*] Ludi-magister dicitur, qui primas literas docet. Ergo libellum aliquem obsoletum significat attulisse Cæcilium, unde magister dictata pueris argumenta præbere solitus esset.

[a] *In hac prolusione*] Nempe de constituendo Verris accusatore.

[b] *Cum subscriptoribus*] Subscriptores erant, qui accusatori subscribebant. Nulli autem fas erat subscribere, nisi accepta a judicibus potestate.

[c] *Qui princeps*] Id est, qui primas egit, et qui accusator dictus est: quatuor autem fuere utplurimum.

[d] *Apuleium*] Apuleius secundo loco accusator est; senex ille quidem, sed imperitus orator.

[e] *Allienum*] Allienus minoribus tantum judiciis interfuit: nam, teste Nonio, subsellia sunt tribunorum, quæstorum, et minorum judicum, qui non in sellis curulibus, sed subselliis considebant.

[f] *In clamando*] Habebat ille quidem naturam, sed non facultatem, adeoque erat imperitus orator.

tutus, totum judicium sustinebit. At[3] ne is quidem tantum contendet in dicendo, quantum potest; sed consulet laudi et existimationi tuæ; et ex eo, quod ipse potest in dicendo, aliquantum remittet,[4 g] ut tu tamen aliquid esse videare. Ut in actoribus[h] Græcis[5] fieri videmus; sæpe illum, qui est secundarum[i] aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum submittere, ut ille princeps quam maxime excellat; sic faciet Allienus: tibi serviet, tibi lenocinabitur:[k] minus aliquanto contendet, quam potest. 49. Jam hoc considerate,[6] cujusmodi accusatores in tanto judicio simus habituri; cum et ipse Allienus ex ea facultate, si quam habet, aliquantum detracturus sit; et Cæcilius tum denique se aliquid futurum[7] putet, si Allienus minus vehemens fuerit, et sibi primas[8] in dicendo partes concesserit. Quartum quem sit habiturus, non video, nisi quem forte ex illo grege[l] moratorum,[9] qui subscriptionem sibi postularunt, cuicumque[10] vos delationem dedissetis.[l] 50. Ex quibus alienissimis[m] hominibus ita paratus venis, ut tibi[11] ho-

[l] *Quemcumque vos constituissetis accusatorem.*

possit Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Manut.—3 *Ac* ψ, Naug. Lamb. Grut. Oliv. et Lall.—4 Quædam edd. vett. *aliquantulum remittet.* Tum pro *tamen*, Huyd. et Ven. 1480. habent *tum:* alii *tantum.*—5 Pro *Græcis* Valckenarius conj. *tragicis*, et Lange *scænicis.*—6 Huyd. *Jam hæc cons.*—7 Idem Ms. *cum denique.* Pro *aliquid* nonnulli habent *aliquem*, et pro *futurum* Mss. plerique et edd. pr. omnes habent *facturum.*—8 Franc. 1. *et si primas:* Mss. et edd. vett. *et tibi primas:* e conj. Hotomanni Grut. Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. dederunt *et sibi primas.*—9 *Oratorum* ψ, Franc. 1. Huyd. Mein. Pall. *meatorum* Guelf. *meritorum, morcutorum*, et *mercatorum* alii. *Moratorum* conjecerat Cujacius, quem Lamb. et alii secuti sunt.—10 Mein. *cujuscumque.*—11 Lamb. conj. *ut si tibi.*

NOTÆ

g *Remittet*] Remittere est non agere ea diligentia et studio quo par est.

h *In actoribus*] Histrionibus nempe.

i *Secundarum*] In fabulis primarum partium persona erat, quæ sæpius prodibat in scenam; secundarum, quæ minus, &c.

k *Lenocinabitur*] Lenocinari est gratiam sibi conciliare: nam lenonum est conciliare gratiam inter amatores.

l *Ex illo grege*] Ad contemtum vocat gregem, nempe sordidum et abjectum genus causidicorum, qui adhibebantur ad moram faciendam, dum meliores reperirentur.

m *Ex quibus alienissimis*] Id est,

spes[m] aliquis sit recipiendus. Quibus ego non sum tantum honorem habiturus, ut ad ea quæ dixerint, certo loco, aut singulatim unicuique, respondeam. Sic breviter, quoniam non consulto, sed casu in eorum mentionem incidi, quasi præteriens satisfaciam universis. XVI. Tantane vobis inopia[n] videor esse amicorum, ut mihi non ex his quos mecum adduxerim, sed de populo subscriptor[o] addatur? vobis autem tanta inopia reorum[12] est, ut mihi causam præripere conemini potius, quam aliquos a columna Menia[13 p] vestri ordinis reos reperiatis? Custodem,[q] inquit, Tullio me apponite.[14] 51. Quid? mihi quam multis custodibus opus erit, si te semel ad meas capsas[r] admisero? qui non solum ne quid enunties,[s] sed etiam ne quid auferas, custodiendus sis. Sed de isto custode toto sic vobis brevissime respondebo: non esse hos[15] tales viros commissuros, ut ad causam tantam, a me susceptam, mihi creditam, quisquam

[m] *Ignotus.*

CAP. XVI. 12 Leid. et Hnyd. *rerum.*—13 Al. *Mænia.* ψ et Hnyd. *enea:* pauci alii *ænea:* Asconius, Mss. Ursini, Pariss. Lall. Beck. et Schutz. *ad columnam Mæniam.* Tum Leid. *nostri ordinis.*—14 Leid. *opponite.*—15 Hnyd. *de illo custode;* et mox Mein. *respondeo.* Tum *nunquam,* omisso *esse,* Ascen.

NOTÆ

oratores isti, (sic explicat Hotomannus) qui subscriptionem sibi postularunt, nihilo magis versati sunt in judiciis quam tu, aut Apuleius; adeoque a foro alieni sunt, et ignari disciplinæ consuetudinisque forensis, ut, cum tu te speres posse ab iis usum rationemque forensem addiscere, contra ipsi tibi docendi sunt tanquam hospites et peregrini, qui nunquam in forum venerunt.

[n] *Tantane vobis inopia*] Id est, ita destitutus gratia apud judices.

[o] *Sed de populo subscriptor*] Amarulente id dicit, quasi subscriptores ejusmodi in vulgo numerandi sint.

[p] *Columna Menia*] Columna Menia erat in foro, ad quam fures et servi nequam puniebantur a triumviris, et minoris notæ rei accusabantur; ad quam denique magnus vilissimorum hominum concursus fiebat. Porro cum Menius suam domum Catoni venderet, ut ibi Basilica ædificaretur, excepit jus sibi unius columnæ, ut inde ludos ipse et posteri spectarent.

[q] *Custodem*] Accusatoribus custodes apponebantur; ne ipsi corrumperentur. Reis etiam fas fuit accusatoribus apponere, qui cuncta nossent quæ accusator attentaret, ut nihil fraudis subesset in judicio.

[r] *Ad meas capsas*] Capsa a capiendo dicitur. In iis capsis literas et tabulas ait se repositurum, quæ ex Sicilia afferentur, si Verrem accuset.

[s] *Ne quid enunties*] Ex consiliis et secretis meis in Verrem.

subscriptor, me invito, aspirare[n] possit. Etenim fides mea custodem repudiat, diligentia speculatorem[t] reformidat.

52. Verum, ut ad te, Cæcili, redeam, quam multa te deficiant, vides: quam multa sint in te, quæ reus nocens in accusatore suo cupiat esse, profecto jam intelligis.[16] [*p.* 63.] Quid ad hæc dici potest? non enim quæro, quid tu dicturus sis: video mihi non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus[u] hic tenet; qui, si te[17] recte monere volet, suadebit tibi, ut hinc discedas, neque mihi verbum ullum respondeas. Quid enim dices? an id, quod dictitas, injuriam tibi fecisse Verrem? Arbitror: neque enim esset verisimile, cum omnibus Siculis faceret injurias, te illi unum eximium,[x] cui consuleret, fuisse. 53. Sed ceteri Siculi ultorem suarum injuriarum invenerunt: tu, dum tuas injurias per te,[18] id quod non potes, persequi conaris,[19] id agis, ut ceterorum quoque injuriæ sint impunitæ atque inultæ: et hoc te præterit, non id solum spectari solere, qui debeat, sed etiam illud,[20] qui possit ulcisci: in quo utrumque[y] sit, eum superiorem esse; in quo alterum,[1] in eo non, quid is velit, sed quid facere possit, quæri solere. 54. Quodsi ei potissimum censes permitti oportere accusandi potestatem, cui maximam C. Verres injuriam fecerit; utrum tandem censes hoc judices[2] gravius ferre oportere, te ab illo esse læsum, an provinciam Siciliam esse vexatam ac perditam? Opinor, concedis,[3] multo hoc et esse gravius, et ab omnibus[4] ferri gra-

[n] *Pervenire.*

nunquam esse Lamb. Pro *hos* Ven. 1483. habet *vos.*—16 Leid. *intellige.*—17 Leid. *quid si te recte.* In nonnullis edd. vett. *te* deest.—18 Mein. omittit *injurias,* prob. Facio. Verba *per te* non sunt in Leid.—19 Quædam edd. vett. *non potest;* et Leid. *assequi conaris.*—20 *Illud* abest a Mein.—1 Al. *alterutrum.*—2 Pro *hoc judices,* Leid. habet *nos inde.*—3 Lamb. *concedes.*—4 *Multo hoc gravius et ab omn.* Franc. 1. *multo hoc esse gravius, et ab omn.* Ven. 1483. et Naug.

NOTÆ

[t] *Speculatorem*] Id est, non opus habet speculatore, cum fides nunquam in me defuerit.

[u] *Monitor tuus*] Subscriptor tuus Allienus.

[x] *Eximium*] Eximius dicitur, qui a reliquis segregatus est, propter dignitatis excellentiam.

[y] *Utrumque*] Ut debeat et possit.

vius oportere. Concede igitur, ut tibi anteponatur in accusando provincia: nam provincia accusat, cum is agit causam, quem sibi illa defensorem sui juris, ultorem injuriarum, actorem causæ totius adoptavit. XVII. 55. At eam tibi C. Verres fecit injuriam, quæ ceterorum quoque animos posset alieno incommodo commovere. Minime: nam id quoque ad rem pertinere arbitror, qualis injuria dicatur; quæ causa inimicitiarum proferatur. Cognoscite ex me: nam iste eam profecto, nisi plane nihil sapit,[o] nunquam proferet. Agonis est quædam, Lilybætana, liberta[z] Veneris Erycinæ;[a] quæ mulier, ante hunc quæstorem, copiosa plane et locuples fuit. Ab hac præfectus Antonii[b] quidam symphoniacos servos[c] abducebat per injuriam, quibus se in classe[5] uti velle dicebat. Tum illa, ut mos in Sicilia est omnium Venereorum,[d] et eorum qui a Venere se liberaverunt, ut præfecto illi religionem Veneris nomenque objiceret,[6] dixit et se et omnia[7] sua Veneris esse. 56. Ubi hoc quæstori Cæcilio,[8] viro optimo[e] et homini æquissimo, nuntiatum est; vocari ad se Agonidem jubet: judicium dat statim,[f] si pareret,[9] eam, se

[o] *Nisi sit stultus.*

CAP. XVII. 5 ψ *qui se in classe.*—6 Stepb. *Ven. nomine obj.*—7 Leid. et al. omittunt *omnia.*—8 ψ *Ubi hæc quæst. Cæc.* Ant. Augustinus conj. *Ubi hoc Q. Cæcilio.*—9 Huyd. et edd. vett. nonnullæ *pateret:* ψ *probarent.* Garaton.

NOTÆ

[z] *Liberta*] Liberta dicitur quia defuncta erat sacerdotio Veneris, et se ejus religione liberaverat. 'Ut enim domini servos,' ita Dii homines religione sibi obstrictos habebant.

[a] *Veneris Erycinæ*] Eryx collis Siciliæ est excelsus; in quo Veneri sacrum est templum; ubi illius ministerio dicatæ sunt mulieres plurimæ. Vide Strab. l. VI.

[b] *Præfectus Antonii*] Hic Antonius curator fuerat oræ maritimæ ante piraticum bellum: sed bello Cretensibus indicto, re male gesta, infeliciter periit.

[c] *Symphoniacos servos*] Symphoniaci musici sunt, qui erant in classe, ut vel modulis remiges excitarent, vel ut pugnantibus classicum canerent, unde ipsi tubæ, classis est nomen positum Classicum. Vide Budæum in Annot. Pandect. Juris Civil.

[d] *Omnium Venereorum*] Qui quæve consecrati erant Veneri, ii Venerei et Venereæ dicebantur. Strabo enim scribit lib. VI. quod non tantum mulieres, sed etiam viri Veneri consecrati essent.

[e] *Viro optimo*] Ironice.

[f] *Judicium dat statim*] Prætores et quæstores in provinciis judices in

et sua Veneris esse, dixisse. Judicant recuperatores [g] id, quod necesse erat: neque enim erat cuiquam dubium, quin illa dixisset. Iste [10] in possessionem bonorum [h] mulieris mittit: ipsam Veneri in servitutem adjudicat: deinde bona vendit: pecuniam redigit. Ita, dum pauca mancipia,[i] Veneris nomine, Agonis,[11] ac religione, retinere vult, fortunas omnes libertatemque suam istius injuria perdidit. Lilybæum Verres venit postea: rem cognoscit: factum improbat: cogit quæstorem suum, pecuniam, quam ex Agonidis bonis redegisset, eam mulieri omnem annumerare et reddere. 57. Est adhuc, id quod vos omnes admirari video,[12] non Verres, sed Q. Mutius.[k] Quid enim facere potuit elegantius ad hominum existimationem? æquius ad levandam mulieris calamitatem? vehementius ad quæstoris libidinem coërcendam? Summe hæc omnia mihi videntur esse laudanda. Sed repente e vestigio,[l] ex homine, tanquam aliquo Circæo poculo,[13 m] factus est Verres.[n] Redit ad se

---

mavult *paret*.—10 Huyd. *Ista*.—11 Leid. *Agonidis*.—12 Jul. Rufinian. de Fig. c. 5. legit *quod admirari vos video*.—13 *E vestigio* agnoscit Priscian. p. 1212. ed. Putsch. Delevit Schutz. cum Rufiniano. Sed Manutio, Gulielmio, et Orell. *repente*, quod Priscian. non habet, glossa videtur. Dein Rufinian. de Fig. c. 5. legit *ex aliquo Circ. poculo*, auctore Hotom. qui ita in suis edd. legit; sed Ruhnken. pag. 198. edidit *sed repente tanquam epoto Circ., factus est Venes*. Pro *aliquo* Schutz. dedit *epoto*. Orell. conj. *tanquam epoto*

NOTÆ

privatis causis constituebant.

[g] *Judicant recuperatores*] Recuperatores judices erant ex equestri aut publicanorum ordine. Illi autem a recuperando recuperatores dicti sunt, quod per eos jus suum quisque recuperare posset.

[h] *In possessionem bonorum*] Id est, possessione bonorum mulierem privat, illius alteri data possessione.

[i] *Mancipia*] Pueros symphoniacos intelligit.

[k] *Non Verres, sed Q. Mutius*] Verres non provinciæ prædo, sed Mutius singularis vir probitatis et innocentiæ factus est. Novem menses ille consul Asiam tam sancte administravit, ut Asiani diem festum in ejus honorem instituerint, quem Mutia nominaverunt.

[l] *E vestigio*] Id est, brevissime, quantum tempus est in uno vestigio faciendo.

[m] *Circæo poculo*] Poculum pro potione ponitur. Nempe alludit ad illud poculum quod hospitibus suis Circe offerebat, quo hausto, virga percussi statim in sues mutabantur; et alio uncti medicamento ad pristinam formam redibant. Vide Homer. Od. K.

[n] *Factus est Verres*] Ludit in nomine, nam Verres porcum non sectum significat.

atque ad mores suos: nam ex illa pecunia magnam partem ad se vertit:[14] mulieri reddidit quantulum visum est. XVIII. 58. Hic tu, si læsum te a Verre esse dices; patiar et concedam: si injuriam tibi factam quereris; defendam et negabo. [*p.* 64.] Deinde[15] de injuria, quæ tibi facta sit, neminem nostrum graviorem vindicem[16] esse oportet, quam te ipsum, cui facta dicitur. Si tu cum illo postea in gratiam redisti; si domi illius aliquoties fuisti;[17] si ille apud te postea cœnavit; utrum te perfidiosum, an prævaricatorem[o] existimari mavis? Video esse necesse alterutrum: sed ego tecum in eo non pugnabo, quo minus, utrum velis, eligas. 59. Quid, si ne injuriæ[18] quidem, quæ tibi ab illo facta sit, causa remanet?[p] quid habes, quod possis dicere, quamobrem non modo mihi, sed cuiquam anteponare? nisi forte illud, quod dicturum te esse audio, quæstorem illius fuisse. Quæ causa gravis esset,[19] si certares mecum, uter nostrum illi amicior esse deberet: in contentione suscipiendarum inimicitiarum, ridiculum est putare, causam necessitudinis[p] ad inferendum periculum[q] justam videri oportere. 60. Etenim, si plurimas a tuo prætore injurias accepisses; tamen eas ferendo, majorem laudem, quam ulciscendo, mererere: cum vero nullum illius in vita rectius factum sit, quam id quod tu injuriam appellas; hi statuent, hanc causam, quam ne in alio qui-

[p] *Quid si ne ratio quidem remanet conquerendi?*
[q] *Ad accusandum.*

aliquo Circ. poc.—14 Edd. paucæ *avertit*, unde Lamb. conj. *averrit*, et Grut. *verrit.*

CAP. XVIII. 15 Quædam edd. vett. *Denique.*—16 Huyd. Mein. Ven. 1483. Junt. Stepb. *judicem.*—17 Grut. Verb. Oliv. et Lall. non habent *fuisti.* —18 Ursinus mavult *Quod si ne inj.* deleta post *remanet* interrogationis no-

NOTÆ

[o] *Perfidiosum, an prævaricatorem*] Perfidiosus est, qui amicum se simulat, cum sit inimicus. Si talis est Cæcilius, igitur non est ipsi credendum. Prævaricator est, qui se inimicum fingit, cum sit amicus. Si talis est Cæcilius, non est ei causa committenda.

[p] *Necessitudinis*] Per necessitudinem sortem intelligit; quia prætores ceterique magistratus, qui in provincias mittebantur, sorte eligebantur. Unde necessitudo illa sortis fuit, non sanguinis.

dem probarent, in te justam ad necessitudinem violandam videri? qui, si summam injuriam ab illo accepisti, tamen, quoniam quæstor ejus fuisti, non potes eum sine ulla vituperatione[20] accusare: si vero nulla tibi facta est injuria, sine scelere eum accusare non potes. Quare cum incertum[1] sit de injuria, quenquam esse horum putas, qui non malit, te sine vituperatione, quam cum scelere, discedere?

XIX. 61. At vide,[2] quid differat[r] inter meam opinionem ac tuam. Tu, cum omnibus rebus inferior sis, hac una in re[3] te mihi anteferri putas oportere, quod quæstor illius fueris: ego, si superior ceteris rebus[4] esses, hanc unam ob causam te accusatorem repudiari putarem oportere. Sic enim a majoribus nostris accepimus, prætorem quæstori suo parentis loco esse oportere; nullam neque justiorem, neque graviorem causam necessitudinis posse reperiri, quam conjunctionem[5] sortis, quam provinciæ, quam officii, quam publicam[6] muneris societatem. 62. Quamobrem si jure eum posses[7] accusare, tamen, cum is tibi parentis numero[s] fuisset, id pie facere non posses: cum vero neque injuriam acceperis, et prætori tuo periculum crees;[t] fatearis necesse est, te illi injustum impiumque bellum[q] inferre conari. Etenim ista quæstura ad eam rem valet, ut elaborandum tibi in ratione reddenda sit, quamobrem, qui

[r] *Distet.* [s] *Loco.* [t] *Accuses tuum prætorem.*

ta: quam lectionem Schutz. recepit.—19 Huyd. *gravis est.*—20 Mein. *sine nonnulla vitup.* Schutz. conjecit *sine vitup.*—1 ψ *inceptum*: Huyd. *ineptum.*

CAP. XIX. 2 *Ac vide* ψ, Pariss. Lamb. Lall. Beck. et Orell. prob. Ern. Dein Leid. *per meam criminationem.*—3 De Hotomanni conjectura Lamb. et Schutz. ediderunt *hac una re,* assentiente Ern. Tum Grut. omittit *te* ante *mihi antef.* quod habent ψ, Guelf. Franc. 1. Pariss. edd. Vict. Græv. Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell.—4 *Ergo* Leid. Dein *Si sup. omnibus rebus* Leid. et Steph. *si sup. ceteris omnibus rebus* Lamb.—5 Huyd. *conjunctione.*—6 *Publici* Leid. Hotom. Steph. Lamb. *publica* Huyd.—7 *Possis* Mss. plerique cum Ven. Junt. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *posses* Huyd. Mein.

NOTÆ

[q] *Injustum impiumque bellum*] Attingit hic veterum Rom. consuetudinem, qui bellum nullum inferebant, quin prius ab fecialium collegio justum declaratum esset.

quæstor ejus fueris,[8] accuses: non, ut ob eam ipsam causam postulandum sit, ut tibi potissimum accusatio detur. Neque fere unquam venit in contentionem de accusando, qui quæstor fuisset, quin repudiaretur. 63. Itaque neque[r] L. Philoni[9 s] in C. Servilium nominis deferendi potestas est data, neque M. Aurelio Scauro in L. Flaccum, neque Cn. Pompeio[t] in T. Albucium:[10 u] quorum nemo propter indignitatem repudiatus est; sed ne libido violandæ necessitudinis auctoritate judicum comprobaretur. Atque ille Cn. Pompeius[11] ita cum C. Julio[x] contendit, ut tu mecum. Quæstor enim Albucii fuerat, ut tu Verris. Julius hoc secum auctoritatis ad accusandum[12] afferebat, quod, ut hoc tempore nos ab Siculis, sic tum ille ab Sardis rogatus, ad causam accesserat. Semper hæc causa plurimum valuit: semper hæc ratio accusandi fuit[13] honestissima, pro sociis, pro salute provinciæ, pro exterarum nationum commodis inimicitias suscipere, ad periculum accedere, operam, studium, laborem interponere. XX. 64. Etenim[14] si probabilis est eorum causa, qui injurias suas persequi volunt; qua in re dolori suo, non reipublicæ commodis serviunt;[y] [*p.* 65.] quanto illa causa honestior,[15] quæ non solum probabilis videri, sed etiam grata esse debet, nulla

Guelf. Steph. Lamb. Harles. Beck. Schutz. et Orell.—8 Hotom. Lamb. et Schutz. receperunt, laudante Garatonio, lectionem Asconii *quamobrem eum, cui quæstor fueris:* Junt. et Orell. *quamobrem eum, quæstor cui fueris:* Mss. et vulg. *quamobrem, qui quæstor ejus fueris.*—9 Leid. *Pisoni:* Steph. *Pithoni.*—10 Ursinus conj. *Æbutium.*—11 Verba *Cn. Pompeius* pro glossemate habet Manut.—12 Pro *accusandum* in Leid. *judicium* legitur.—13 *Fuit* deest Hnyd. et Mein.

Cap. XX. 14 Hnyd. *Est enim.*—15 Leid. *quanta illa;* et Lamb. *causa*

NOTÆ

[r] *Itaque neque*] Exempla quæstorum affert, qui suos prætores non permissi sunt accusare.

[s] *Philoni*] Lucius Philo quæstor fuit, alter prætor.

[t] *Pompeio*] Strabo ille Pompeius Pompeii Magni parens fuit.

[u] *T. Albucium*] Albucius post præturam Sardiniæ præfuit: de quo in Pis. et lib. II. Offic.

[x] *Cum C. Julio*] Julium hunc lepore et facetiis excelluisse, de Offic. I. I. ait. Accusavit pro Sardis Albutium.

[y] *Dolori suo serviunt*] Dolorem suum mitigant, quia homo affectus injuria facile hominis inimici supplicio lenitur.

privatim accepta injuria, sociorum atque amicorum populi Romani dolore atque injuriis commoveri? Nuper cum in P. Gabinium[z] vir fortissimus et innocentissimus, L. Piso[a] delationem nominis postularet,[u] et contra Q. Cæcilius[b] peteret, isque se veteres inimicitias jam diu susceptas[16] persequi diceret; cum auctoritas et dignitas Pisonis valebat plurimum, tum illa erat causa justissima, quod eum sibi Achæi[c] patronum adoptarant.[17] 65. Etenim cum lex ipsa de pecuniis repetundis sociorum atque amicorum populi Romani patrona sit;[18] iniquum est, non eum legis judiciique actorem idoneum maxime putari, quem actorem[19] causæ suæ socii, defensoremque fortunarum suarum potissimum esse voluerunt. An, quod ad commemorandum est honestius, id ad probandum non multo[20] videri debet æquius? Utra igitur est splendidior; utra illustrior commemoratio? accusavi eum, cui quæstor fueram,[1] quicum me sors[d] consuetudoque majorum, quicum me Deorum hominumque judicium[e] conjunxerat?[2] an accusavi rogatu sociorum atque amicorum? delectus sum ab universa provincia, qui ejus jura fortunasque defenderem? Dubitare quisquam potest, quin honestius sit, eorum causa, apud quos quæstor fueris, quam eum, cujus quæstor fueris,[3]

[u] *Peteret accusationem ejus.*

---

hon. est: Steph. *hon. est causa.*—16 Huyd. *suscepta.*—17 Mein. *adoptaverunt.*—18 *Pop. Rom. causa parata sit* Junt. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *pop. Rom. causa patrata sit* Mein. et edd. pr. *pop. Rom. patrata sit* ψ: *pop. Rom. causa comparata sit* Manut. et Lamb. E Guelf. *pop. Rom. causa patrona sit* dedit Ern. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur. Grævius *rogata* aut *láta sit* legi jussit.—19 Post *actorem* Huyd. et Mein. addunt *idoneum.*—20 Leid. *hon., et ad prob.* Pro *multo* ψ habet *merito.*—1 *Quicum quæst. fueram* Naug. Crat. Manut. Steph. *cui cum quæst. fueram* Ms. Ursini, unde ille volebat *quoius quæst. fueram.*—2 Leid. et Steph. *conjunxerant.*—3 In ψ desunt

NOTÆ

[z] *P. Gabinium*] Qui Achaiam administravit.

[a] *L. Piso*] L. Piso causas egit, et tribunus plebis legem tulit de repetundis. Cic. de Clar. Orat.

[b] *Q. Cæcilius*] Non is, qui Verris accusationem postulat.

[c] *Achæi*] Qui repetundarum Gabinium accusabant.

[d] *Sors*] Sorte obveniebant provinciæ.

[e] *Deorum hominumque judicium*] Propter sortem hoc dicit, quæ quasi quoddam est Deorum judicium: ho-

accusare? 66. Clarissimi viri nostræ civitatis, temporibus optimis,[f] hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant, ab hospitibus clientibusque[4] suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitiam populi Romani ditionemque essent,[5] injurias propulsare, eorumque fortunas defendere. M. Catonem[g] illum Sapientem,[6] clarissimum virum et prudentissimum, cum multis graves inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum, apud quos consul fuerat, injurias. 67. Nuper Cn. Domitium[h] scimus D. Silano[7] diem dixisse[i] propter unius hominis Egritomari,[8] paterni amici atque hospitis, injurias. XXI. Neque enim magis[9] animos hominum nocentium res unquam ulla commovit, quam hæc majorum consuetudo, longo intervallo repetita[x] ac relata;[10] sociorum querimoniæ delatæ ad hominem non inertissimum,[y] susceptæ ab eo, qui videbatur eorum fortunas fide diligentiaque sua posse defendere. 68. Hoc timent homines:[11] hoc laborant: hoc institui, atque adeo institutum referri ac renovari, moleste ferunt. Putant fore,

[x] *Petita longo tempore retrorsum.*
[y] *Non imperitissimum.*

verba *quam eum cujus quæst. fueris.*—4 Huyd. *clientulisque.*—5 Ursini Ms. *dit. venissent:* Garaton. conj. Ciceronem scripsisse *ditionemve essent.* Gœrenz. ad Acad. IV. 4. mavult *ditionemque issent.*—6 Edd. ante Græv. habent *sapientem* minore litera. Tum ψ *clarissimumque virum.*—7 Huyd. *M. Syllano:* vulg. *D. Sillano.* Ex Hotomanni conjectura *M. Silano* dederunt Lamb. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—8 Ad Verr. IV. Ursini Ms. habet *Ægritomari,* quam lectionem Fabricius et Grævius receperunt.

CAP. XXI. 9 Hotom. conj. *Neque vero magis.*—10 Ven. 1483. Junt. Crat. *rep. atque relata.*—11 *Homines* nonnulli, auctore Lamb., e glossemate natum

NOTÆ

minum vero, nempe consulum, quia licet sorte et divinitus obvenirent, tamen a consulibus et a populo provinciæ decernebantur.

[f] *Temporibus optimis*] Heroica illa tempora indicat, quibus vigebat fides in repub. et nulla lex erat adhuc instituta de repetundis.

[g] *M. Catonem*] M. Cato accusavit Servium Galbam pro direptis Lusitanis, et Pub. Furium pro iisdem propter iniquam æstimationem frumenti.

[h] *Cn. Domitium*] Domitius Marcum Syllanum virum consularem accusavit propter Egritomari Transalpini hospitis injurias.

[i] *Diem dixisse*] Diem dicere et accusare in hoc differunt, quod accusare privatorum hominum sit; diem dicere magistratuum, ut videre licet ubique apud Cic.

uti, si paulatim hæc consuetudo serpere ac prodire[z] cœperit, per homines honestissimos virosque fortissimos, non imperitos adolescentulos, aut illiusmodi quadruplatores, leges judiciaque administrentur.[12] 69. Cujus consuetudinis atque instituti patres, majoresque nostros non pœnitebat, tum, cum P. Lentulus,[k] is, qui princeps senatus[l] fuit, accusabat M' Aquillium,[m] subscriptore C. Rutilio Rufo;[13] aut cum P. Africanus, homo virtute, fortuna, gloria, rebus gestis amplissimus, posteaquam bis[14] consul et censor fuerat, L. Cottam[n] in judicium vocabat.[15] Jure tum florebat populi Romani[16] nomen; jure auctoritas hujus imperii, civitatisque majestas, gravis habebatur: nemo mirabatur in Africano illo, quod in me nunc,[17] homine parvis opibus ac facultatibus prædito, simulant sese mirari, cum moleste ferant.[18] 70. Quid sibi iste vult?[o] accusatoremne se existimari, qui antea defendere consueverat; nunc præsertim, ea jam[19] ætate, cum ædilitatem petat?[p] Ego vero ætatis non modo meæ, sed multo etiam superioris,[q] et

[z] *Progredi.*

putant.—12 Edd. pleræque ante Grut. *administrarentur.*—13 Huyd. *Ruffo.*—14 Mein. *postea quamvis.*—15 Huyd. et Ascon. *vocavit.*—16 Pro *populi Romani* ψ habet *prætoris.*—17 Idem Ms. *quæ in me nunc.*—18 Steph. *ferunt.*—

NOTÆ

[k] *Cum P. Lentulus*] Lentulus, Lentuli Suræ pater, qui in carcere propter Catilinæ conjurationem strangulatus est.

[l] *Princeps senatus*] Princeps senatus a censoribus is legebatur, qui eorum vetustissimus erat.

[m] *M' Aquillium*] Aquillius a Marco Antonio defensus est, aperta tunica, ut ejus cicatrices apparerent.

[n] *L. Cottam*] Cotta a P. Africano post secundum consulatum, et censuram, accusatus est; qui tamen, teste Cicer. in orat. pro Muræna, absolutus est, ne tanti adversarii potentia oppressus videretur.

[o] *Quid sibi iste vult*] Calumniam improborum contra se exponit, qui moleste ferunt a Cicerone Verrem accusari, veriti ne deinceps ad homines probos accusandi consuetudo deveniat.

[p] *Cum ædilitatem petat*] Ædilitas secundus erat magistratus, qui gerebatur in repub. Natus autem erat tum Cicero annos 36. hæc autem ætas ædilitati legitima fuit.

[q] *Sed multo etiam superioris*] Ostendit hic non solum ad adolescentes, sed etiam ad viros pertinere munus accusandi, cum de sublevandis miseris agitur, cum illud præsertim usurparint viri ætate provecti, et consulares.

honoris amplissimi[r] puto esse, et accusare improbos, et miseros calamitososque defendere. [*p.* 66.] Et profecto aut hoc remedium est ægrotæ[20 s] ac prope desperatæ reipublicæ, judiciisque corruptis ac contaminatis paucorum vitio ac turpitudine, homines ad legum defensionem, judiciorumque auctoritatem, quam honestissimos et integerrimos diligentissimosque accedere: aut, si ne hoc quidem prodesse poterit, profecto nulla unquam medicina his tot incommodis reperietur.[1] 71. Nulla salus reipublicæ major est, quam eos, qui alterum accusant, non minus de laude, de honore, de fama sua, quam illos, qui accusantur, de capite ac fortunis suis pertimescere. Itaque semper ii diligentissime laboriosissimeque accusarunt, qui[2] seipsos in discrimen existimationis venire arbitrati sunt.

XXII. Quamobrem hoc[3] statuere, judices, debetis, Q. Cæcilium, de quo nulla unquam[4] opinio[b] fuerit, nullaque in hoc ipso judicio expectatio futura[c] sit; qui neque, ut ante collectam[d] famam conservet, neque uti reliqui temporis spem confirmet, laborat; non nimis hanc causam severe, non nimis accurate, non nimis diligenter acturum: habet enim nihil, quod in offensione[t] deperdat; ut turpissime flagitiosissimeque discedat, nihil de suis veteribus ornamentis[u] requiret. 72. A nobis[5] multos obsides[x] habet

[b] *Existimatio bona.* [c] *Nulla tenus.* [d] *Acquisitam.*

19 Leid. caret *jam.*—20 Leid. *ægrotanti.*—1 Idem Ms. *reperitur.*—2 *Qui* non est in Leid.

CAP. XXII. 3 Huyd. et Mein. omittunt *hoc.* Dein pro *judices* Leid. habet *judicium.*—4 Huyd. *nunquam ulla.*—5 Idem Ms. *requirit;* et Leid. *A*

NOTÆ

[r] *Honoris amplissimi*] Per honorem amplissimum consulatum intelligit, qui omnium magistratuum erat maximus.

[s] *Ægrotæ*] Ægrota est respub. cum malis civibus scatet; desperata est, cum ab iis opprimitur.

[t] *In offensione*] Ostendit qui ab officio suo accusatoris discedit, minus recte et sincere accusare.

[u] *Veteribus ornamentis*] Vetera ornamenta dignitates sunt quibus aliquis defunctus est, quas nullas obtinuit Cæcilius.

[x] *Multos obsides*] Habet vel uxorem, liberos, et amicos Cicero; vel potius ædilitatem quam tum temporis petebat. Unde dicit, 'habet honorem quem petimus.'

populus Romanus, quos ut incolumes conservare, tueri, confirmare ac recuperare possimus, omni ratione erit dimicandum. Habet honorem, quem petimus: habet spem,[y] quam propositam nobis habemus: habet existimationem,[z] multo sudore, labore, vigiliisque collectam: ut, si in hac causa[6] nostrum officium ac diligentiam[7] probaverimus, hæc, quæ dixi, retinere per populum Romanum[a] incolumia[8] ac salva possimus: si tantulum offensum[e] titubatumque sit; ut ea, quæ singulatim[9] ac diu collecta sunt, uno tempore universa perdamus. 73. Quapropter, judices, vestrum est deligere, quem existimetis facillime posse magnitudinem causæ ac judicii sustinere fide, diligentia, consilio, auctoritate. Vos si[b] mihi Q. Cæcilium anteposueritis, ego me dignitate superatum non arbitrabor:[10] populus Romanus ne, tam honestam, tam severam, diligentemque accusationem neque vobis placuisse, neque ordini vestro[11] placere, arbitretur, providete.

[e] *Aliquantulum peccatum sit.*

vobis.—6 Huyd. *sine hac causa.*—7 Leid. *off. diligentiamque.*—8 Leid. *in continua.*—9 Lamb. *singillatim.*—10 Edd. nonnullæ omittunt *non* ante *arbitrabor.* In Huyd. *arbitror.*—11 Steph. et Lamb. *ordini nostro.*

NOTÆ

[y] *Habet spem*] Aspirabat ad præturam et consulatum.

[z] *Existimationem*] Existimationem maximam sibi jam Cicero comparaverat in dicendo; quæ nulla erat in Cæcilio.

[a] *Per populum Romanum*] Suis suffragiis magistratus populus Rom. decernebat.

[b] *Vos si*] Comminatur modeste judicibus indignationem pop. Rom. si sibi Cæcilium præferant, qui in omnibus Cicerone inferior est.

PROŒMIUM

SEU

PRINCIPIUM PRIMÆ ACTIONIS

IN C. VERREM.

ORATIO V.

ARGUMENTUM.

M. Tullio accusatore constituto, atque ex Sicilia, quo instituendæ accusationis causa profectus erat, reverso, C. Verres cum suæ causæ magnopere diffideret, neque dubitaret, quin multis et testimoniis et tabulis, tum publicis, tum privatis convinceretur, duplicem inire rationem cœpit: primum ut hujus causæ actio in annum proximum perduci posset, quod scilicet in eum annum et Q. Hortensius ipsius patronus, et Q. Metellus ejusdem amicissimus, consules designati essent: deinde M' Glabrio, præsentis anni prætor, brevi magistratu abiret, multique hujus consilii judices magistratum caperent, quo tempore judicibus illis esse non liceret; in quorum locum M. Metellus, frater consulis, prætor designatus, et alii judices, non tam, ut sperabat, ad corrumpendum difficiles, succederent. Tum præterea L. Metellus, illorum frater, Siciliam provinciam sortitus esset, cujus auctoritate Siculos commoveri posse confidebat. Id ut efficeret, quoniam quatuor duntaxat menses ante kalendas Januarii supererant, principio causam alterius rei interponere conatus est, quæ omne tempus ad agendum idoneum absumeret. Sed ejus spem Ciceronis diligentia longe fefellit. Itaque ea spe frustratus tentare rationem cœpit. Nam cum ex hoc tempore, Nonis scilicet Sextilibus, non multum temporis ad agendum superesset, ludis prope menses tres auferentibus, præsertim si horis suis legitimis, id est XX. diebus, accusator uti voluisset; consilium hoc cepit, ut partim dicendo, partim excusando, rem integram in annum sequentem produceret. Huic illius consilio Cicero ita occurrit. Statuit perpetuam orationem in aliud tempus reservare, et breviter testes interrogando accusationem expedire. Et quoniam sibi ab usitata ratione Hortensii, et corrumpendorum judiciorum consuetudine timebat, hac tota oratione, multis minis interpositis, et Hortensium, et alios ejusmodi artifices perterrere

conatus est; ostendens se admissum dedecus severissime persecuturum. Deinde cum senatoria judicia infamia laborarent, et populus equitum judicia magnopere flagitaret, ostendit hanc unam esse vel maximam aut ea amittendi, si se corrumpi sinerent; aut confirmandi facultatem, et ordinis invidiam infamiamque judiciorum sedandi, si in hoc judicio, quo senatorii ordinis integritas in judicium vocatur, severitatem et religionem tam gravi et delecto consilio dignam adhibeant.

I. 1. Quod erat optandum maxime, judices, et quod unum ad invidiam vestri ordinis,[1 a] infamiamque judiciorum[b] sedandam, maxime pertinebat;[a] id non humano consilio, sed prope divinitus datum atque oblatum vobis[2] summo reipublicæ tempore[b] videtur. Inveteravit enim jam opinio perniciosa reipublicæ, vobisque[3] periculosa, quæ non modo Romæ, sed et[4] apud exteras nationes, omnium sermone percrebruit;[c 5] his judiciis, quæ nunc sint,[6 c] pecuniosum hominem,[d] quamvis[d] sit nocens, neminem posse damnari. 2. Nunc, in ipso discrimine[e] ordinis judiciorumque vestrorum,[7] cum sint parati, qui concionibus[8 f] et

[a] *Necessarium erat.* [b] *Extremo.*
[c] *Vulgata est.* [d] *Quantumvis.*

In ψ hæc Oratio sic inscribitur, *In Caium Verrem Oratio secunda:* Huyd. *M. Tullii Ciceronis in C. Verrem Liber II. incipit feliciter.*

Cap. I. 1 Margo ed. Lamb. *nostri ordinis*, non improbb. Garaton. et Beck. —2 ψ *nobis.*—3 *Nobisque* ψ, Franc. 1. Junt. Steph. Lamb. Græv. Beck. Schutz. et Orell. *vobisque* al. edd. et Mss.—4 *Romæ* abest a ψ et Leid. Verba *sed et* non habent ψ, Huyd. Leid.—5 Huyd. *sed omnium serm.* Leid. *omni serm.* Tum al. *percrebuit.*—6 Huyd. Steph. et Lamb. *sunt.*—7 *Judiciorumque nostrorum* Huyd. *judiciorum nostrorum* Steph. *judiciorum vestrorum*

NOTÆ

[a] *Vestri ordinis*] Senatores alloquitur, qui, remotis equitibus a Sylla, qui ipsi non faverant, soli tunc judicabant.

[b] *Infamiam judiciorum*] Invaluerat hæc de judicibus opinio, quod nemo dives condemnaretur.

[c] *His judiciis quæ nunc sint*] Id est, quæ a senatoribus exercentur.

[d] *Pecuniosum hominem, &c.*] Nemo dives condemnabatur, quia pecunia judices corrumpebat.

[e] *In ipso discrimine*] Ordo senatorius adductus est in discrimen, an semper judicaret, an alii simul ex aliis ordinibus judices constituerentur.

[f] *Qui concionibus*] Quintium intelligit, qui tribunus plebis, accusatore Cluentio, Oppianicum veneficii reum defendit; sed illo damnato victus, judices a Cluentio corruptos esse dixit, et multis concionibus populum Romanum contra eos concitavit: de quo in orat. pro Cluentio.

legibus [g] hanc invidiam senatus inflammare conentur, reus in judicium adductus est C. Verres, homo vita atque factis, omnium jam opinione, damnatus, pecuniæ magnitudine, sua spe ac prædicatione, absolutus. [*Ed. Ald. p.* 67.] Huic ego causæ, judices,[9] cum summa voluntate et expectatione populi Romani actor accessi,[10] non ut augerem invidiam ordinis, sed ut infamiæ communi [h] succurrerem. Adduxi enim hominem, in quo reconciliare [e] existimationem judiciorum amissam, redire in gratiam cum populo Romano, satisfacere exteris nationibus possetis; depeculatorem [11] ærarii,[i] vexatorem Asiæ [k] atque Pamphyliæ, prædonem juris urbani,[12] [l] labem atque perniciem provinciæ Siciliæ. 3. De quo si vos severe religioseque [13] [m] judicaveritis; auctoritas ea, quæ in vobis remanere debet, hærebit:[f] sin istius ingentes divitiæ judiciorum religionem veritatemque [g] [14] perfregerint; ego hoc tamen assequar, ut judicium potius reipublicæ, quam aut reus [15] judicibus, aut accusator reo defuisse videatur. II. Equidem,[16] ut de me confitear,[n] judices, cum multæ mihi a C. Verre insidiæ terra ma-

[e] *Recuperare.* [f] *Manebit.* [g] *Æquitatem.*

Lamb.—8 Leid. Steph. et Lamb. *contentionibus.*—9 Pro *judices* Leid. habet *quidem.*—10 ψ *concessi.*—11 Margo Crat. *peculatorem.*—12 *Prædonem* abest a Leid. et *urbani* ab eodem Ms. et Steph.—13 *Atque religiose* Huyd. *ac religiose* Ven. 1483. Junt. Lamb.—14 Jannoctian. *severitatemque*, quod Manut. et Lamb. conjecerant, non improb. Garaton.—15 'Græv. dedit *quam ut reus*, incertum utrum consulto, an operarum negligentia.' *Beck.* Dein *judiciis* ψ, Huyd. Guelf. Pall. et edd. vett. usque ad Ald.

NOTÆ

[g] *Et legibus*] Lucius Cotta legem promulgaverat de restituendis equestri ordini judiciis, nam ante Syllam viginti annis equites summa cum æquitate judicaverant.

[h] *Infamiæ communi*] Infamiam communem dicit, quia ipse Verres erat ex ordine senatorio.

[i] *Depeculatorem ærarii*] Depeculator is dicitur, inquit Sylvius, 'qui rem sacram aut publicam furatur:' talis autem extitit Verres, quando, Carbone consule, quæstor fuit.

[k] *Vexatorem Asiæ*] Vexavit Asiam, cum sub Dolabella ibi legatus fuit.

[l] *Prædonem juris urbani*] Romæ prætor fuit Verres, deinde in Sicilia: quam quia deprædatus est, in jus vocatur.

[m] *Severe religioseque*] Hortatur judices ut secundum legum severitatem et jusjurandum judicare velint.

[n] *Equidem, ut de me confitear*] Ostendit hic Cicero sibi præmia prævaricationis Verrem obtulisse.

rique[o] factæ sint,[17] quas partim mea diligentia devitarim, partim amicorum studio officioque repulerim; nunquam tamen neque tantum periculum mihi adire visus sum, neque tantopere pertimui, ut nunc in ipso judicio. 4. Neque tantum me expectatio accusationis meæ, concursusque tantæ multitudinis, quibus ego rebus vehementissime perturbor, commovet, quantum istius insidiæ nefariæ, quas uno tempore mihi, vobis,[18] M' Glabrioni[p] prætori, sociis, exteris nationibus, ordini,[q] nomini denique senatorio facere conatur;[19] qui ita dictitat, iis esse metuendum, qui, quod ipsis solis satis esset,[20] surripuissent: se tantum rapuisse, ut id multis satis esse possit: nihil esse tam sanctum, quod non violari; nihil tam munitum, quod non expugnari[1] pecunia possit. 5. Quodsi,[2] quam audax est ad conandum,[h] tam esset obscurus in agendo;[r] fortasse aliqua in re nos aliquando fefellisset. Verum hoc adhuc percommode cadit,[i] quod cum incredibili ejus audacia singularis stultitia conjuncta est. Nam ut apertus in corripiendis[k] pecuniis fuit, sic in spe corrumpendi judicii perspicua sua consilia[l] conatusque omnibus fecit.[3] Semel, ait, se in vita pertimuisse, tum, cum primum reus[4] a me factus sit:[s] quod,

[h] *Ad corrumpendum.*
[k] *In rapiendis injuste.*
[i] *Accidit.*
[l] *Secreta sua aperta.*

Cap. II. 16 Pro *Equidem*, Leid. habet *Et quis.*—17 Lamb. *terra marique insid.* et Steph. *factæ sunt.*—18 Huyd. caret *mihi.* Omittunt *vobis* ψ, Mein. Franc. 1. duo Pall. et edd. vett. cum Grævio. Dein al. *M. Glabrioni.*—19 ψ, Huyd. et Mein. *conabatur.*—20 Huyd. *satis est;* et mox Schol. Steph. *tantum eripuisse,* prob. Garaton.—1 Leid. *expugnare.*—2 Mein. *Qui si,* non improb. Facio.—3 Lamb. observat quosdam legendum putare *conataque.* Pro *fecit,* ψ, Huyd. Mein. habent *patefecit;* sed in ψ *omnibus* omittitur.—4 Asconius

NOTÆ

[o] *Insidiæ terra marique*] Has ut fugeret insidias Cicero rediens e Sicilia, iter terra facere veritus propter Verris insidias, a Vibone in agro Brutio urbecula, Veliam Lucaniæ oppidum parvo navigio transiit.

[p] *M' Glabrioni*] Glabrio prætor urbanus huic quæstioni præerat.

[q] *Ordini*] Verres insidiatus est ordini et nomini senatorio, cum voluit senatores pecunia corrumpere, et hac corruptione eos infames reddere.

[r] *Obscurus in agendo*] Obscurus est in agendo, qui occultat suas actiones et facinora.

[s] *Reus a me factus est*] Reum fieri, verbum est juris, et significat apud prætorem legibus accusari: cum enim

cum e provincia recens esset,[t] invidiaque et infamia[5] non recenti, sed vetere[u] ac diuturna flagraret, tum ad judicium[6] corrumpendum tempus alienum offenderet.[m] 6. Itaque cum ego diem in Sicilia[7] inquirendi perexiguam[x] postulavissem,[y] invenit iste, qui sibi in Achaiam[8] biduo breviorem diem postularet; non ut is idem conficeret[9] diligentia et industria sua, quod ego meo labore et vigiliis consecutus sum. Etenim ille Achaicus inquisitor[z] ne Brundisium[a] quidem pervenit; ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obii, ut omnium populorum privatorumque literas injuriasque cognoscerem; ut perspicuum cuivis esse posset,[10] hominem ab isto quæsitum esse, non qui reum suum adduceret,[11] sed qui meum tempus obsideret.[n b] III. 7. Nunc homo audacissimus atque amentissimus hoc cogitat. Intelligit, me ita paratum atque instructum in judicium venire,

[m] *Reperiret tempus non aptum.* [n] *Oppugnaret.*

omittit *reus*.—5 Pro *recens esset* Leid. habet *recessisset*. Tum Mein. *invidia infamiaque*.—6 Leid. *tum demum ad jud.* Steph. *tum ad diem jud.*—7 *In Siciliam* vulg. *in Sicilia* Huyd. Mein. Guelf. Ven. 1483. Junt. Beck. Schutz. et Orell. *Sicilia* ψ, omissa præpositione.—8 Mein. et Steph. *in Achaia*.—9 Vulg. *is* omittitur. Dein pro *conficeret* Mein. habet *conferet*.—10 Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *possit*, prob. Wolffio.—11 ψ *abduceret*.

NOTÆ

in jus ventum esset, dicebat accusator reo apud prætorem, Aio te Siculos spoliasse. Si tacuisset, lis ei æstimabatur, ut victo: si negasset, petebatur a magistratu dies inquirendorum ejus criminum, et ita actio instituebatur.

[t] *Recens esset*] Recens est, qui non multo ante de provincia discessit.

[u] *Vetere*] A tempore quo prætura gesserat.

[x] *Diem . . . perexiguam*] Dies in fœminino tempus proprie significat: in masculino vero diem horarum duodecim.

Inquirendi] Ex Budæo quærere ad judices pertinet, et magistratus: at inquirere aliorum quorumvis est.

[y] *Postulavissem*] Cicero centum et decem dies, ut inquireret per Siciliam de Verre; at Rupilius, sive Oppius, a Verre suppositus, centum et octo petiit.

[z] *Achaicus inquisitor*] Rupilius, sive Oppius.

[a] *Brundisium*] Brundisium nobilis portus est, unde ex Italia in Græciam trajiciendi causa solvitur.

[b] *Meum tempus obsideret*] Mos fuit ut prior agendi dies priori daretur. Quare si Cicero centum et decem dies, quos postulaverat ad inquirendum de Verre, insumsisset, posterior egisset, cum alii qui stabant a Verre, tantum centum et octo postulassent: nam qui pauciores petebant, priores agebant, atque ita ad alios consules causa Verris pervenisset.

ut non modo in auribus vestris, sed in oculis omnium, sua furta atque flagitia defixurus[o] sim. Videt, senatores multos esse testes audaciæ suæ; videt multos equites Romanos,[12] frequentes præterea cives atque socios, quibus ipse insignes injurias fecerit: videt etiam tot graves[13] ab amicissimis civitatibus legationes[c] cum publicis auctoritatibus[p] ac testimoniis[14] convenisse. 8. Quæ cum ita sint, usque eo de omnibus bonis male existimat, usque eo senatoria judicia perdita profligataque esse arbitratur, ut hoc palam dictitet, non sine causa se cupidum pecuniæ fuisse, quoniam tantum in pecunia præsidium[d] experiatur esse: sese (id[15] quod difficillimum fuerit) tempus ipsum emisse[e] judicii sui, quo cetera facilius emere posset:[16] [*p.* 68.] ut, quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis[q] devitaret. 9. Quodsi non modo in causa,[f] verum in aliquo honesto præsidio, aut alicujus[17] eloquentia,[g] aut gratia,[h] spem aliquam collocasset; profecto non hæc omnia colligeret[i] atque aucuparetur: non usque eo despiceret contemneretque ordinem senatorium, ut arbitratu ejus deligeretur ex senatu, qui reus fieret;

[o] *Positurus.* [p] *Cum publicis literis.* [q] *Periculum.*

Cap. III. 12 *Romanos* non est in Huyd.—13 Interpres anonymus, Guelf. Pariss. Steph. Lamb. Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *tot tam graves.* Al. omittunt *tam.*—14 Leid. Cujac. Steph. et Lamb. non agnoscunt *ac testimoniis.*—15 Leid. caret *id.*—16 Leid. Steph. et Lamb. *emere postea poss.*—17 Huyd. *aut tu in alic.* Ven. 1483. Lamb. Harles. Beck. et Orell. *aut in*

NOTÆ

[c] *Tot graves . . . legationes*] Redeuntibus e provinciis magistratibus, legati a civitatibus mittebantur Romam, qui eos laudarent, si bene provinciam; qui conquererentur, si male administrassent.

[d] *In pecunia præsidium*] Magnum in sua pecunia præsidium Verres collocabat, ad corrumpendos judices.

[e] *Tempus ipsum emisse*] Id est, obtinuisse dilationem temporis, ut conveniens sibi judicium haberet.

[f] *In causa*] Id est, in causæ veritate.

[g] *Alicujus eloquentia*] Designat Hortensium, qui non tam nititur eloquentia sua, quam corruptione judicii.

[h] *Aut gratia*] Amicorum præsidium per gratiam intelligitur, quibus defensoribus Verres uti poterat.

[i] *Omnia colligeret*] Loquitur hic de Verris pecunia, qua aliquem ille senatorem corrumpere intendit, ut postea reus fieret ab illo Oppio ' qui sibi in Achaiam biduo breviorem, quam Cicero in Siciliam diem postulavit.' De quo supra.

qui, dum hic, quæ[18] opus essent, compararet, causam interea ante eum diceret. 10. Quibus ego rebus quid iste speret, et quo animum intendat, facile perspicio. Quamobrem vero se confidat[19] aliquid perficere posse, hoc Glabrione prætore, et hoc consilio,[k] intelligere non possum. Unum illud intelligo, quod populus Rom.[20] in rejectione judicum[1] judicavit, ea spe istum fuisse præditum, ut omnem rationem salutis in pecunia poneret;[1] hoc erepto præsidio, ut nullam sibi rem adjumento fore arbitraretur.

IV. Etenim quod est ingenium tantum? quæ tanta facultas dicendi et copia, quæ istius vitam, tot vitiis flagitiisque convictam,[2] jampridem omnium voluntate[m] judicioque damnatam, aliqua ex parte possit[3] defendere? 11. Cujus ut adolescentiæ maculas[r] ignominiasque prætereram; quæstura,[n] primus gradus honoris, quid aliud habet in se, nisi Cn. Carbonem[o] spoliatum a quæstore suo pecunia publica? nudatum et proditum consulem?[4] desertum exercitum?

[r] *Turpitudines.*

alic. Alii præpositionem omittunt.—18 ψ *dum hæc quæ.*—19 ψ *Quamobrem non se conf.* Tum Mein. Steph. et Lamb. *proficere posse.* Porro *Glabrione* non habent unus Paris. Ven. 1483. Ascon. Lamb. Manut. Lall. Schutz. et Orell. Beck. uncis inclusit. Denique *prætore* abest a Guelf.—20 Pro *populus Romanus* quidam habent *PR.* alii *prætor.*—1 ψ *in pecuniam.* Pro *poneret* Steph. et Lamb. habent *constituerit.*

Cap. IV. 2 *Conjunctam* ψ, Huyd. Ven. 1480. Junt. Crat. Steph. et Lamb. qui conjecit *coinquinatam* s. *inquinatam:* Grut. qui nescit utrum in Pall. *conjunctam* an *convinctam* legatur, conj. *commistam* vel *commixtam.*—3 Vetus Steph. *posset.*—4 Huyd. *quod aliud habet in se.* Schutz. e Diomede p. 463. ed. Putsch. edidit *quidnam habet aliud in se, nisi Cn. Carb. spol. a quæst. suo pec. publ.? nudatum, inquam, a quæstore, et prod. cons.* Græv. interpungi volebat, ut habet Ms. Guelf. *a quæst. suo? pec. publ. nud.* Ern. putabat ita

NOTÆ

[k] *Hoc consilio*] Judices significat, qui de causa Verris erant judicaturi.

[1] *In rejectione judicum*] Cum agebatur de aliquo judicio, a prætore sortitione educebatur is judicum numerus, quem lex præscribebat; quo facto dabatur potestas reo et accusatori rejiciendi, quos sibi parum putarent idoneos. In locum vero rejectorum alios subsortiebantur: eos autem Verres recusavit, quos a se pecunia corrumpi non posse judicavit.

[m] *Omnium voluntate, &c.*] Verrem omnes damnatum volebant, quia damnandum eum esse judicabant.

[n] *Quæstura*] Ulpianus lib. I. Digestorum ait quæsturam esse quasi primordium reipub. administrandæ; quia a prætura ad consulatum promovebantur.

[o] *Nisi Cn. Carbonem*] Carbo dux

relictam provinciam? sortis necessitudinem[p] religionemque violatam? cujus legatio[q] exitium fuit Asiæ totius et Pamphyliæ: quibus in provinciis multas domos, plurimas urbes,[5] omnia fana[r] depeculatus[s] est,[6] cum in Cn. Dolabellam scelus suum illud pristinum[s] renovavit et instauravit quæstorium: cum eum, cui legatus et pro quæstore[7] fuisset,[t] et in invidiam suis maleficiis adduxit,[8] et in ipsis periculis non solum deseruit, sed etiam oppugnavit ac prodidit. 12. Cujus prætura urbana, ædium sacrarum fuit publicorumque operum depopulatio;[9] simul in jure dicundo, bonorum possessionumque, contra omnium instituta, addictio,[10] et condonatio.[u] Jam vero omnium vitiorum suorum plurima et maxima constituit monumenta et indicia in provincia Sicilia; quam iste per triennium ita vexavit[11] ac perdidit, ut ea restitui in antiquum statum nullo modo possit: vix autem per multos annos, innocentesque prætores[x] aliqua ex parte recreari aliquando posse

[s] *Furatus.*

scribendum esse, *a quæst. suo pec. publica et nudatum: prod. cons.*—5 Schutz. e conj. Lambini *urbes multas, domos plurimas.*—6 Mss. nonnulli *depopulatus est.* Ante verba *cum in Cn. Dol.* Huyd. addit *tamen.*—7 Huyd. *cum eo;* et Leid. Steph. *cui ille legatus.* Loco *pro quæstore,* edd. nonnullæ habent *proquæstor.*—8 Leid. *induxit.*—9 Schutz. e conj. Lambini (1566.) edidit *depeculatio,* prob. Garatonio.—10 ψ et Huyd. *additio:* Leid. *auditio.*—11 Ante *vex-*

NOTÆ

fuit Marianæ partis, et a Verre quæstore suo desertus Arimini, et spoliatus pecunia publica, cum ille ad Syllam transiret.

[p] *Sortis necessitudinem*] Verres prætor contra jus omne familiaritatis, quæ inter quæstorem et prætorem intercedere debet, Carbonem pecunia spoliavit.

[q] *Cujus legatio*] Per has provincias Dolabellæ proconsulis legatus fuit, et ejusdem proditor in judicio.

[r] *Fana*] De iis jam in oratione superiori § 11. not. [f].

[s] *Scelus suum illud pristinum*] Pristinum Verris scelus fuit Carbonem et prodidisse et oppugnasse; recens vero, Dolabellæ causam ad inimicos et accusatores detulisse.

[t] *Pro quæstore fuisset*] Malleolo quæstore mortuo, in ejus locum Verres substitutus est, non sorte, sed unius prætoris voluntate.

[u] *Addictio et condonatio*] Addici bona dicuntur, quæ prætoris imperio alteri et litigatoribus traduntur: condonare autem possessionem, est, cum duo inter se de possessione contendunt, alterum possessorem constituere, et a petitionis onere liberare. Nam melior est ejus conditio qui possidet, quam qui petit. Ita Hotomannus.

[x] *Innocentesque prætores*] Innocen-

videatur. 13. Hoc prætore[12] Siculi neque suas leges, neque nostra senatusconsulta, neque communia jura tenuerunt: tantum quisque habet in Sicilia, quantum hominis avarissimi et libidinosissimi aut imprudentiam subterfugit, aut satietati superfuit.[13] v. Nulla res per triennium, nisi ad nutum istius, judicata est: nulla res tam patria[14] cujusquam atque avita[y] fuit, quæ non ab eo, imperio istius, abjudicaretur.[t] Innumerabiles pecuniæ ex aratorum bonis[z] novo nefarioque instituto coactæ;[15] socii fidelissimi in hostium numero existimati; cives Romani servilem in modum cruciati[a] et necati; homines nocentissimi propter pecunias[16] judicio liberati; honestissimi atque integerrimi, absentes rei facti,[b] indicta causa damnati et ejecti;[17] portus munitissimi, maximæ tutissimæque urbes piratis prædonibusque patefactæ; nautæ militesque Siculorum, socii nostri atque amici, fame necati; classes optimæ[18] atque opportunissimæ cum magna ignominia populi Romani amissæ et perditæ. 14. Idem iste prætor monumenta antiquissima[c] partim regum[d] locupletissimorum, quæ illi ornamento[19]

[t] *Tolleretur judicio.*

---

avit nonnullæ edd. vett. addunt *vastavit.*—12 Pro *Hoc prætore* ψ habet *Prætores.*—13 Hotom. conj. *imprudentia.* Tum Steph. *satietate superf.* 'Commode legeretur, *aut imprudentia subterf.*, *aut* (quod est apud Anonymum) *satietate superfuit.* Sed hactenus codices vetant.' *Garaton.*

Cap. v. 14 Leid. *paterna*, prob. Beck. improb. Orell. Edd. nonnullæ *patrita*: edd. nonnullæ vett. *parva.*—15 Leid. *coactæ sunt.* Dein pro *fidelissimi* Mein. habet *carissimi.*—16 Al. *pecuniam.*—17 Huyd. *rejecti.*—18 Pro *optimæ* Leid. habet *maximæ.*—19 Mein. et Franc. *ornamenta*, prob. Ern. et

NOTÆ

tes sunt qui integri, et ab omni avaritiæ suspicione immunes sunt.

[y] *Tam patria cujusquam atque avita*] Patria et avita sunt, quæ a parentibus ad filios hæreditario jure transierunt.

[z] *Ex aratorum bonis*] Aratores frumenti decimam dabant populo Rom. sed eos, tribus amplis decimis, per publicanos a se subornatos, qui decumani vocantur, Verres exhausit.

[a] *Servilem in modum cruciati*] P. Gavius Consanus ejus jussu cruci affixus est, quo supplicio tantum servi puniebantur.

[b] *Absentes rei facti*] Ut Sthenius et Heraclius.

[c] *Monumenta antiquissima*] Id est, statuas, et alia ornamenta.

[d] *Partim regum*] Agathocles et Hiero, Siciliæ reges, multis ornamentis urbes decoraverant: at hæc abstulit Verres.

urbibus esse voluerunt, partim etiam nostrorum imperatorum,[e] quæ victores civitatibus Siculis aut dederunt aut reddiderunt, spoliavit nudavitque [20] omnia. [*p.* 69.] Neque hoc solum in statuis ornamentisque publicis [1] fecit, sed etiam delubra omnia, sanctissimis religionibus consecrata, depeculatus [2] est:[u] Deum denique nullum Siculis, qui ei paulo magis affabre[x] atque antiquo artificio factus videretur, reliquit. In stupris vero [f] et flagitiis nefarias ejus libidines commemorare, pudore deterreor: simul illorum calamitatem commemorando augere nolo, quibus liberos conjugesque suas integras ab istius petulantia[y] conservare non licitum est. 15. At enim hæc ita commissa sunt ab isto, ut non cognita sint ab omnibus. Hominem esse arbitror neminem, qui nomen istius audierit, quin facta quoque ejus nefaria commemorare possit; ut mihi magis timendum sit, ne multa crimina prætermittere, quam ne qua in istum fingere existimer. Neque enim mihi videtur hæc multitudo, quæ ad audiendum convenit, cognoscere ex me causam voluisse, sed ea, quæ scit, mecum recognoscere.[z]

VI. Quæ cum ita sint, iste homo amens ac perditus alia mecum ratione pugnat. Non id agit, ut alicujus [g] eloquentiam [3] mihi opponat; non gratia, non auctoritate cujusquam, non potentia nititur. Simulat his se [4] rebus confidere; sed video, quid agat; (neque enim agit occultissime) proponit inania mihi nobilitatis, hoc est, hominum arrogantium nomina;[h] qui non tam me impediunt, quod nobiles sunt, quam

[u] *Furatus est.* [x] *Pulchre.* [y] *Libidine.* [z] *Recordari.*

Beck.—20 Pal. *connudavitque.*—1 Ven. 1483. Junt. Crat. *statuis publicis, ornamentisque.*—2 Leid. et Steph. *depopulatus.*

CAP. VI. 3 Huyd. *Non id agitur;* et Leid. *ut aliquam eloq.*—4 Mein. ca-

NOTÆ

[e] *Nostrorum imperatorum*] Scipio et Marcellus multas statuas et signa ex Africa in Siciliam retulerant: vide Divin. § 13. not. [o].

[f] *In stupris vero*] Loquitur de Cleomenis uxore.

[g] *Ut alicujus*] Qui Verri patrocinabatur; Hortensium designat.

[h] *Inania . . . nomina*] Inania nomina nobilitatis dicit; quia Curio, Metellus, Hortensius, Scipio, ceterique nobiles, qui Verri favebant, nihil ipsi prodesse propter infinitam criminum multitudinem poterant.

adjuvant,[5] quod noti sunt. Simulat se eorum præsidio confidere, cum interea aliud quiddam jam diu[6] machinetur. 16. Quam spem nunc habeat[i] in manibus,[a] et quid moliatur, breviter jam, judices, exponam:[7] sed prius, ut ab initio res ab eo constituta[b] sit, quæso, cognoscite. Ut primum[8] e provincia rediit, redemtio est hujus judicii[k] facta grandi pecunia. Ea mansit in conditione[9] atque pacto usque ad eum finem,[10] dum judices rejecti sunt:[l] posteaquam rejectio judicum facta est; quod et in sortitione istius spem fortuna populi Romani,[11 m] et in rejiciendis judicibus mea diligentia istorum impudentiam vicerat, renuntiata[c] est tota conductio.[12 n] 17. Præclare se res habebat. Libelli nominum vestrorum[o] consiliique[13] hujus in manibus erant omnium. Nulla nota,[p] nullus color,[14 q]

[a] *Certam.* [b] *Comparata.* [c] *Recusata.*

ret *se.*—5 ψ *quod adjuvant.*—6 In Asconio scribitur *aliud quiddam diu.*—7 Leid. Steph. et Lamb. *jud., vobis exp.*—8 Græv. e Franc. 1. edidit *Primum ut.* In eodem Ms. deest præpositio ante *provincia.*—9 Edd. vett. pleræque carent *Ea.* Tum Huyd. Mein. Steph. *in dictione:* ψ *indictione:* Guelf. et edd. pr. *in ditione.* Facius conj. legend. *conductione.*—10 Verba *usque ad eum finem* suspecta erant Grutero.—11 Hotom. Lamb. et alii *fort. reipublicæ.* Anonym. Schol. scribit *in sortitione istius spem populi Romani fortuna perfregerat,* prob. Garaton.—12 *Conditio* libri Asconii, Junt. Cam. Verburg. Lall. Schutz. *conclusio* Huyd.—13 Al. *nostrorum:* et Huyd. *consiliisque.*—14 Huyd.

NOTÆ

[i] *Quam spem nunc habeat*] Demonstrata Verris in causa desperatione, jam demonstrat quomodo conetur judicium eludere; ad id autem declarandum narratione utitur.

[k] *Redemtio est hujus judicii*] Translatione utitur a redemtoribus operis faciendi, nam qui certo pretio opus aliquod faciendum suo periculo conduxit, redemtor dicitur, et qui locat, venditor: opus vero ipsum redemtoris, bona. Itaque ducit similitudinem ab operariis et fabris, qui vulgo suas operas locant, quasi hi quoque artem corrumpendorum judiciorum, proposita mercede, exercerent.

[l] *Rejecti sunt*] Rejecti sunt tum a Cicerone, tum a Verre. De quo superius § 10. not. [l].

[m] *Fortuna populi Romani*] Sorte judices dati sunt integerrimi, non quales Verres, sed felicitas reipub. optabat, qui pecunia corrumpi non possunt. Nam de quorum parum constabat æquitate, a Cicerone rejecti sunt.

[n] *Tota conductio*] Renuntiare conductionem, est irritam eam nuntiare: hanc autem irritam fecit, quia in pactum et promissionem venerat.

[o] *Libelli nominum vestrorum*] Facta subsortitione nomina conscripta judicum in libellis deponebantur apud prætorem, et simul ubique habebantur, ne alii supponi possent.

[p] *Nulla nota*] Posuit sententias pro

nullæ sordes videbantur his sententiis allini[d 15] posse: cum iste repente ex alacri atque læto[r] sic erat humilis atque demissus, ut non modo populo Romano, sed etiam sibi ipse[16] condemnatus videretur. Ecce autem repente,[17] his diebus paucis, comitiis consularibus[s] factis, eadem illa vetera consilia[t] pecunia majore repetuntur, eædemque vestræ[18] famæ fortunisque omnium insidiæ per eosdem homines comparantur. Quæ res primo, judices, pertenui nobis argumento[e] indicioque[19] patefacta est: post aperto suspicionis introitu ad omnia intima istorum consilia sine ullo errore pervenimus. VII. 18. Nam ut Hortensius consul designatus, domum reducebatur[20] e campo, cum maxima frequentia ac multitudine;[1] fit obviam casu ei multitudini C. Curio;[u] quem ego hominem, honoris potius quam contumeliæ causa, nominatum volo. Etenim ea dicam, quæ ille, si commemorari noluisset,[2] non tanto in conventu, tam aperte palamque dixisset: quæ tamen a me pedetentim cauteque dicentur; ut et[3] amicitiæ nostræ, et dignitatis illius habita ratio esse intelligatur. 19. Videt ad ipsum fornicem Fabianum[x] in turba Verrem: appellat

[d] *Appingi.* [e] *Suspicione.*

nullius color.—15 ψ, Huyd. et Leid. *adimi.*—16 Schutz. *sibi ipsi.*—17 Schutz. de conj. Gulielmii delevit *repente.*—18 ψ *nostræ.*—19 Guelf. Grut. et Græv. *judicioque.*

CAP. VII. 20 Ern. putabat Ciceronem scripsisse *deducebatur.*—1 ψ, Pall. ed. Vict. Crat. Lamb. Grut. Oliv. *a mult.*—2 Huyd. *voluisset.*—3 Ven. Junt.

NOTÆ

tabulis figurate, quia judices in tabulas suas sententias redigebant.

[q] *Nullus color*] Id est, nullæ tabulæ discolores repertæ sunt, quales judicibus dedit Hortensius in causa Varronis. Vid. Divin. § 24. not. °.

[r] *Alacri atque læto*] Lætitia pertinet ad animum, alacritas autem ad corpus.

[s] *Comitiis consularibus*] Comitia consularia sunt in quibus consules et prætores creabantur: qua diversa sunt ab ædilitiis et tribunitiis, ex quibus ædiles et tribuni seligebantur.

[t] *Vetera consilia*] Corrumpendi pecunia judices.

[u] *C. Curio*] Curio ille pater ejus fuit, qui Cæsarem secutus civili bello in Africa periit.

[x] *Ad fornicem Fabianum*] Fabianus fornix arcus est juxta Regiam in Sacra Via a Fabio censore constructus, qui a devictis Allobrogibus Allobrox dictus est: ibi ejus statua erecta est.

hominem, et ei voce maxima gratulatur victoriam:[4] ipsi Hortensio, qui consul erat factus, propinquis necessariisque ejus, qui tum aderant,[5] verbum nullum facit: cum hoc consistit, hunc amplexatur, hunc jubet sine cura esse. 'Renuntio,' inquit, 'tibi, te hodiernis comitiis esse absolutum.'[6] Quod cum tam multi homines honestissimi audissent,[7] statim ad me defertur: [*p.* 70.] immo vero, ut quisque me viderat, narrabat. Aliis illud indignum, aliis ridiculum videbatur: ridiculum iis, qui istius causam in testium fide, in criminum ratione, in judicum potestate, non in comitiis consularibus, positam arbitrabantur:[8] indignum iis, qui altius perspiciebant, et hanc gratulationem ad judicium corrumpendum spectare arbitrabantur. 20. Etenim sic ratiocinabantur, sic honestissimi homines inter se et mecum loquebantur:[9] aperte jam ac perspicue nulla esse judicia. Qui reus pridie jam ipse se condemnatum putabat, is, posteaquam defensor ejus consul est factus, absolvitur. Quid igitur? quod tota Sicilia, quod omnes Siculi, omnes negotiatores,[y] omnes publicæ privatæque literæ Romæ sunt, nihilne id valebit?[10] nihil, invito consule[z] designato.[11] Quid judices? non crimina, non testes, non existimationem populi Romani sequentur? Non: om-

---

Crat. omittunt *et.*—4 *Max. vict. grat.* ψ, Pall. Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. et Orell. *max. grat. vict.* Harles. Beck. Schutz. *Victoriam* omittunt Mss. pauci, Steph. Grut. Græv. Oliv. et Lall. '*Voce max. grat.*] Mss. plerique et edd. pr. etiam Ald. P. Manutius, &c. addunt *victoriam.* Lambinus delevit: Gruterus voluit servare, sed operæ temere omiserunt, nec id animadvertit Gronovius. Itaque restitui. Grnterus tamen dicit, se omissurum, ut superfluam, nisi consentirent libri.' *Ern.*—5 Mein. *propinquus necessariusque ejus quicum aderat.*—6 Pro *absolutum,* Leid. a m. pr. habet *liberatum.*—7 *Audissent* non est in Huyd.—8 '*Positam videbant* Leid. non male. Errore nescio quo hanc varietatem Steph. Lamb. retulerunt ad sequens *arbitrabantur,* pro eo edentes *videbant.*' Orell. Dein *indignum his* Guelf. Græv. et Schutz. non improb. Ern.—9 Duo Mss. *inter se et me loq.* improb. Græv. Tum Leid. *ap. ac persp.* Steph. et Lamb. *ap. et persp.* Ven. 1483. Junt. Crat. *ap. jam ac persp.*—10 Huyd. *volebat:* Mein. *valeat.*—11 Post *designato* ψ ponit interrogationis notam. Tum ed. Oxon. Schutz. et Orell. *Quid? judices, non crim.*

NOTÆ

[y] *Omnes negotiatores*] Romani negotiabantur in Sicilia.

[z] *Nihil, invito consule*] Verrem inducit loquentem.

nia [12] in unius potestate [a] ac moderatione vertentur. VIII. Vere loquar, judices: vehementer me hæc res commovebat. Optimus enim quisque ita loquebatur: Iste quidem tibi eripietur: [b] sed nos non tenebimus judicia [c] diutius. Etenim quis poterit, Verre absoluto, de transferendis [d] judiciis recusare? [13] 21. Erat omnibus molestum: neque eos tam istius hominis [14] perditi [e] subita lætitia, quam hominis amplissimi nova gratulatio [15] commovebat. Cupiebam dissimulare me id moleste ferre: cupiebam animi dolorem vultu tegere, et taciturnitate [16] celare. Ecce autem illis ipsis diebus, [17] cum prætores designati sortirentur [f] et M. Metello obtigisset, ut is de pecuniis repetundis quæreret; [g] nuntiatur mihi, [18] tantam isti gratulationem esse factam, ut is quoque domum mitteret, [19] qui uxori suæ nuntiarent. 22. Sane ne hæc quidem res mihi placebat: neque tamen, [20] quid tantopere in hac sorte metuendum mihi esset, intelligebam. [1] Unum illud ex hominibus certis, ex

prob. Beck.—12 Mss. aliqui et edd. vett. quædam *Num omnia: ψ Non omnia.* Dein post *vertentur* nonnulli ponunt interrogandi notam.

CAP. VIII. 13 Leid. *accusare.*—14 Omittunt *hominis* Ascon. Naug. Crat. Manut.—15 Huyd. Ven. 1483. Junt. *congratulatio.*—16 Huyd. *taciturnitatem.* —17 Ascon. *Ecce autem his diebus paucis.*—18 Verba *nuntiatur mihi* in Leid. desunt.—19 *Domum pueros mitt. ψ,* Mein. et edd. vett. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. et Harles. qui uncis inclusit. Vocem *pueros* omittunt Mss. plerique, et eam deleverunt Hotom. Manut. Beck. Schutz. Orell.—20 Leid.

NOTÆ

[a] *In unius potestate*] Omnia erunt in potestate Hortensii, cum geret consulatum ad quem designatus est; maxima enim erat consulum auctoritas.

[b] *Tibi eripietur*] Id est, te accusante, liberabitur a judicio per consulem.

[c] *Non tenebimus judicia*] Id est, auferemus a senatu judiciorum potestatem, si in causa istius judices corrupti male judicent.

[d] *De transferendis*] Ad equestrem ordinem erunt iterum transferenda judicia, si in causa Verris male judicent senatores.

[e] *Istius hominis perditi*] Licet viri boni commoverentur Verris lætitia, longe tamen gravius Curionis gratulatione excitabantur, qui sperabat ab Hortensio Verrem liberandum fore.

[f] *Sortirentur*] Primum unus tantum prætor juri dicundo præerat: at aucta urbe, alii plures creati sunt, qui de quæstionibus capitalibus cognoscerent. Designati autem, antequam magistratum inirent, sortiri inter se solebant, quis cuique quæstioni præesset.

[g] *Quæreret*] Metello obtigit, ut prætor de repetundis esset.

quibus omnia comperi, reperiebam: fiscos complures[h] cum pecunia Siciliensi[i] a quodam senatore ad equitem Romanum esse translatos: ex his quasi X. fiscos[k] ad[f] senatorem illum relictos[2] esse, comitiorum meorum[3] nomine:[l] divisores[m] omnium tribuum noctu ad istum vocatos. 23. Ex quibus quidam, qui se omnia mea causa debere[4] arbitrabatur, eadem illa nocte ad me venit: demonstrat[g] qua iste oratione usus esset: commemorasse istum, quam liberaliter eos tractasset etiam antea, cum ipse prætoram petisset, et proximis consularibus[5] prætoriisque comitiis:[n] deinde continuo[6] esse pollicitum, quantam vellent pecuniam,[7] si me ædilitate dejecissent.[h] Hic[8] alios negasse audere; alios respondisse, non putare id[9] perfici posse: inventum tamen[10] esse fortem amicum,[o] ex eadem familia,

[f] *Apud.* [g] *Docet.* [h] *Repulissent.*

Huyd. Ven. 1483. et Junt. carent *tamen.*—1 Leid. *intelligendum.*—2 Jannoctian. *relatos*, ut Ursinus conjecerat. Ursini Ms. *delatos.*—3 *Meorum* non habent ψ, Huyd. Mein. Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. Grut.—4 ψ, Mein. Ven. Crat. Grut. et Oliv. *mea causa facere debere.*—5 Huyd. *ex prox. cons.*—6 Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. non habent *continuo.*—7 *Quantum vellent pecuniæ* Manut. Vict. et alii.—8 Mein. *ejecissent.* Plerique Mss. et quædam edd. vett. *Hoc.* Tum Lamb. et Schutz. *negasse se audere.*—9 Nonnullæ edd. ca-

NOTÆ

[h] *Fiscos complures*] Fisci seu fiscinæ, et fiscellæ, spartea sunt utensilia ad majoris summæ pecunias capiendas: unde quia major summa est pecuniæ publicæ quam privatæ, ut pro censu privato loculos et arcam, et sacellos dicimus, sic pro publico thesauro ærarii dicitur fiscus.

[i] *Pecunia Siciliensi*] Pecuniam ex Siciliæ furtis et rapinis collectam a Verre per senatorem ad equitem delatam esse fingit orator, ad invidiam adversariorum.

[k] *Quasi X. fiscos*] Id est, ad decem fiscos; vox enim illa 'quasi' incertum numerum, non similitudinem, videtur exprimere.

[l] *Comitiorum meorum nomine*] Comitia Ciceronis nomine habita ea sunt, in quibus erat petiturus ædilitatem: certe ex multis T. Livii locis constat, quod habitis consularibus comitiis et prætoriis, ædilitia quoque haberentur.

[m] *Divisores*] Divisores homines sunt qui pretio corrumpendi suffragia munus suscipiebant, quod nomen infame cœpit esse. Iidem illi diribitores appellati sunt, quia in comitiis in tribus aut centurias ad ferenda suffragia populum dividebant.

[n] *Consularibus prætoriisque comitiis*] Consularia erant comitia, in quibus consules et prætores creabantur, quæ tantum distinguit ut Verris largitionem amplificet, ad prætores consulesque pecunia corrumpendos.

[o] *Fortem amicum*] Ironia.

Q. Verrem, Romilia,[p] ex optima divisorum disciplina, patris istius discipulum[q] atque amicum, qui, H-S quingentis millibus[r] depositis, id se perfecturum polliceretur: et fuisse tamen nonnullos, qui se una facturos esse dicerent. Quæ cum ita essent, sane benevolo animo[11] me, ut magnopere caverem, præmonebat. IX. 24. Solicitabar rebus maximis[s] uno atque eo perexiguo tempore. Urgebant comitia; et in[12] his ipsis oppugnabar grandi pecunia. Instabat[13] judicium: ei quoque negotio fisci Sicilienses minabantur. Agere, quæ ad judicium pertinebant, libere,[14] comitiorum metu deterrebar: petitioni toto animo servire, propter judicium,[15] non licebat. Minari[16] denique divisoribus[t] ratio non erat, propterea quod eos intelligere videbam, me hoc judicio districtum atque obligatum[17] futurum. 25. Atque hoc ipso tempore Siculis denuntiatum esse audio, primum ab Hortensio, domum ad illum ut venirent: [*p.* 71.] Siculos sane in eo liberos fuisse,[i] qui,[18] quamobrem arcesserentur, cum intelligerent, non venisse.[19] Interea comitia nostra, quorum iste[u] se, ut ce-

[i] *Fecisse libere.*

rent *id.*—10 Hotom. conjecit *tandem*, quod Lamb. recepit.—11 Huyd. *sine benev. animo*, et mox *præmonebant.*

CAP. IX. 12 Nonnulli præpositionem omittunt.—13 Puncto post *pecunia* deleto, pro *instabat* Leid. habet *inserebat.*—14 Huyd. *licere.*—15 Leid. Steph. et Lamb. non habent verba *propter judicium.*—16 Huyd. *Mirari.*—17 '*Distr. atque obligatum*] Ad Attic. VIII. 16. est 'alligari atque impediri:' unde conjici possit, hic quoque legendum esse *alligatum.* Sed hæc verba de iisdem rebus promiscue dicuntur. Vid. Ind. in his vocibus.' *Ern.*—18 Gronov. et Grævius *qui* delendum judicabant.—19 Ascon. et alii cum Harles. *non venis-*

NOTÆ

[p] *Romilia*] Id est, ex Romilia; nomen tribus: nam civis quilibet in tribu aliqua erat. Hæ autem fuerunt omnino quinque et triginta.

[q] *Patris istius discipulum*] Significat Verris patrem fuisse divisorem, ideoque populi corrumpendi peritum.

[r] *H-S quingentis millibus*] Id est, librarum quinquaginta millibus.

[s] *Solicitabar rebus maximis*] Tum Cicero petebat ædilitatem, et orationem contra Verrem meditabatur.

[t] *Minari divisoribus, &c.*] Divisores accusare non potest Cicero, quia Verris accusatione erat præpeditus; quod et homines illi astuti intelligebant: unde dicit se hoc judicio quasi alligatum esse, et vinculis constrictum quominus quid aliud ageret.

[u] *Iste*] Verres.

terorum hoc anno comitiorum dominum esse arbitrabatur,[x] haberi cœpta sunt. Cursare iste, homo[y] potens,[2°] cum filio blando et gratioso,[z] circum tribus; paternos amicos, hoc est, divisores, appellare omnes et convenire. Quod cum esset intellectum et animadversum; fecit animo libentissimo populus Romanus, ut, cujus divitiæ me de fide deducere non potuissent, ne ejusdem pecuniæ de honore[a] dejicerent.[1] 26. Posteaquam illa petitionis magna cura liberatus sum, animo cœpi multo magis vacuo[k] ac soluto, nihil aliud, nisi de judicio, agere et cogitare. Reperio, judices, hæc ab istis consilia inita et constituta, ut, quacumque opus esset ratione, res ita duceretur,[l] ut apud M. Metellum prætorem causa diceretur. In eo esse hæc commoda: primum M. Metellum, amicissimum: deinde Hortensium consulem non solum,[2] sed etiam Q. Metellum;[b] qui quam isti sit amicus, attendite: dedit enim prærogativam[c] suæ voluntatis ejusmodi, ut isti pro prærogativis eam reddidisse[3] videatur. 27. An me taciturum[d] tantis

[k] *Minus solicito.* [l] *Differretur.*

sent. Schutz. *Sic. in eo sane lib., quum, quamobr. arc., int. non venisse.*—20 Vulgo verba *homo potens* non separantur a reliqua oratione.—1 *Pecunia .... dejicerer* Guelf. Leid. Steph. Lamb. et Grut. *pecuniis .... dejicerer* Huyd. Crat. Manut. Oliv. et Lall. *pecuniæ ... dejicerent* alii.—2 Huyd. et Ven. *consulem: eos non solum*, prob. Garaton.—3 ψ, Franc. 1. Huyd. Meiu.

NOTÆ

[x] *Dominum esse arbitrabatur*] Quia consulibus designatis amicus erat Verres.

[y] *Cursare iste, homo*] Supple 'cœpit.'

[z] *Cum filio blando et gratioso*] Hoc dicit ad improbandum filium, et ad patrem vituperandum, qui passus est illum corrumpi. 'Gratiosus' autem dicitur, quia amicos sibi multos pecunia comparabat.

[a] *De honore*] Id est, de ædilitate.

[b] *Sed etiam Q. Metellum*] Tres fuere Metelli; unus consul cum Hortensio, alter in urbe quæsitor de repetundis, tertius Siciliæ prætor. Hic agitur de consule.

[c] *Dedit enim prærogativam*] Hic amphibologice loquitur: nam talis illius esse sensus videtur. Q. Metellus dedit præjudicium suum Verri pro pretio a Verre dato, ad redimenda prærogativarum tribuum suffragia, quibus consul Metellus erat factus: quare patet prærogativam in superiori loco significare præjudicium suffragatorium, at in posteriori esse adjectivum, et significare prærogativas centurias; quæ inde dicebantur, quod primæ sorte adductæ ferrent suffragia.

[d] *An me taciturum*] Hic epithera-

de rebus existimavistis? et, in tanto[4] reipublicæ existimationisque meæ periculo, cuiquam consulturum potius, quam officio et dignitati meæ? Arcessit alter consul[5] designatus Siculos: veniunt nonnulli, propterea quod L. Metellus[6] esset prætor in Sicilia. Cum iis ita loquitur:[e] se consulem esse; fratrem suum alterum Siciliam provinciam obtinere, alterum esse quæsiturum de pecuniis repetundis; Verri ne noceri possit, multis rationibus esse provisum.[7] X. 28. Quid est, quæso, Metelle, judicium corrumpere, si hoc non est? testes, præsertim Siculos, timidos homines[f] et afflictos, non solum[8] auctoritate deterrere, sed etiam consulari metu, et duorum prætorum potestate?[9] Quid faceres pro homine innocente et propinquo, cum propter hominem perditissimum atque alienissimum, de officio ac dignitate decedis;[m] et committis, ut, quod ille dictitat, alicui, qui te ignorat,[10] verum esse videatur?[n] 29. Nam hoc Verrem dicere[11] aiebant, te non fato,[g] ut ceteros ex vestra familia,[12] sed opera sua, consulem factum. Duo igitur consules[13] [h] et quæsitor[i] erunt ex illius voluntate. Non solum effugiemus, inquit, hominem in quærendo ni-

[m] *Recedis.*

[n] *Et facis ut videatur esse verum alicui qui non novit te, quod ille dicit.*

---

et edd. vett. *prær. jam redd.*—4 Mein. Ven. 1483. Junt. Steph. Lamb. *et me in tanto.*—5 Pro *consul* ψ habet *meus.*—6 *Q. Metell.* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. 'Emendatio est Fr. Fabricii, *L. Metell.*' Orell. Mox alii *Cum his.*—7 Leid. *provisum.*

Cap. X. 8 Leid. *nisi solum.*—9 Idem Ms. a m. pr. *præt. voluntate.*—10 Steph. et Lamb. *ignoret.*—11 *Dicere* in Huyd. deest.—12 Huyd. *ex una fam.*—13 Pro *consules* ψ, Leid. Huyd. Mein. habent *consul*, quam lectionem haud absurdam esse judicat Facius. Post *erunt* in ψ plene interpungitur, sed tol-

NOTÆ

peusi figura utitur: qua non emendatur dictum atrox, sed magis subjecta vehementius causa confirmatur.

[e] *Ita loquitur*] Elegans sermocinatio.

[f] *Timidos homines*] Timidi sunt Siculi, quia afflicti et oppressi sunt.

[g] *Te non fato*] Antiquum Nævii poëtæ dictum contumeliose et festive jacit in Metellum, qui sic de gentilibus ejus cecinit: 'Fato Metelli Romæ fiunt consules;' cui sic respondit Metellus consul: 'Dabunt malum Metelli Nævio poëtæ.'

[h] *Duo consules*] Q. Hortensius, Q. Metellus.

[i] *Quæsitor*] M. Metellus.

mium diligentem,[k] nimium servientem populi[14] existimationi, M' Glabrionem: accedet[15] nobis etiam illud. Judex est M. Cæsonius,[l] collega nostri accusatoris, homo in rebus judicandis spectatus et cognitus; quem minime expediat esse in eo consilio, quod conemur aliqua ratione corrumpere: propterea quod jam antea, cum judex in Juniano consilio[16 m] fuisset, turpissimum illud facinus non solum graviter tulit, sed etiam in medium protulit. Hunc judicem ex Kal.[o] Januar.[17] non habebimus.[18] 30. Q. Manlium et Q. Cornificium, duos severissimos[n] atque integerrimos judices, quod tribuni plebis tum erunt, judices non habebimus.[19 o] P. Sulpicius, judex tristis[p] et integer, magistratum ineat necesse est[20] Nonis Decembr. M. Crepereius,[1] ex acerrima illa equestri familia[p] et disciplina; L. Cassius,[q] ex familia, tum ad ceteras res, tum ad judicandum severissima; Cn. Tremellius,[2] homo summa religione et diligentia; tres hi, homines veteres,[r] tribuni militares sunt designati.[s] Ex Kal. Januar. non judicabunt. Sub-

[o] *Post Kal.* [p] *Severus.*

litur interpunctio post voluntate.—14 Lamb. *populi Romani.*—15 Ursini Ms. *sed accedet.*—16 Huyd. *in humano cons.*—17 Idem Ms. *ex Kal. Jun.*—18 Alii *non habemus.* Post *habebimus* alii addunt *necesse est.*—19 Alii *habemus.*—20 Pro *necesse est* Steph. et Lamb. habent *oportet.*—1 Huyd. Mein. *C. Cre-*

NOTÆ

[k] *Nimium diligentem*] Brevis sine suspensione assentationis laudatio ad benevolentiam judicis captandam.

[l] *M. Cæsonius*] Cæsonius ædilis cum Cicerone designatus erat, ideoque judicare non poterat, quia et ædilis et judicis partes sustinere eodem tempore fas non fuit.

[m] *Juniano consilio*] Judicium intelligit, quo Oppianicus condemnatus fuit, cum ab utroque et reo et accusatore judices pecuniam accepissent: de quo postea in orat. pro Cluentio.

[n] *Duos severissimos*] Ex ore adversarii singulos laudat, et simul ostendit cur sibi tam justi judices displiceant.

[o] *Judices non habebimus*] Gerere magistratum, et judicare eodem tempore, nemini licuit.

[p] *Equestri familia*] Haud dubie Crepereius ille ab equitibus transierat ad senatum, quia tum soli senatores Syllana lege judicabant.

[q] *L. Cassius*] L. Cassius ex familia illius Cassii fuit, qui legem de suffragiis libere ferendis, non voce, sed tabula tulit, et qui in causis capitalibus. 'Cui bono esset?' quærendum monebat.

[r] *Homines veteres*] Per homines veteres intelligit antiquæ severitatis judices.

[s] *Tribuni militares sunt designati*]

sortiemur etiam[t] in M. Metelli locum,[u] quoniam is huic ipsi quæstioni[q] præfuturus est. Ita secundum Kalendas Januar. et prætore,[3] et prope toto consilio commutato, magnas accusatoris minas, magnamque judicii expectationem ad nostrum arbitrium libidinemque eludemus. [*p.* 72.] 31. Nonæ[4] sunt hodie Sextiles.[x] Hora nona[5] convenire cœpistis. Hunc diem jam ne numerant quidem.[6] Decem dies sunt ante ludos votivos,[y] quos Cn. Pompeius facturus est: hi ludi dies quindecim auferent: deinde continuo Romani[z] consequentur. Ita prope XL. diebus[a] interpositis, tum denique se ad ea, quæ a nobis dicta erunt, responsuros esse arbitrantur: deinde se ducturos[r] et di-

[q] *Judicio.* [r] *Delaturos.*

percius.—2 Huyd. Mein. *Tremelius*—3 ψ, Leid. Steph. *prætoribus.*—4 Huyd. *Nonne.*—5 Alii *Hora octava.*—6 Mein. *jam vero num. quidem:* Facius conj.

NOTÆ

Duo fuerunt tribunorum militarium genera: alii qui Ruffuli dicti sunt; hi in exercitu creabantur: alii qui comitiati, qui Romæ in comitiis designabantur. De quibus passim Livius.

[t] *Subsortiemur etiam*] Subsortitio fiebat in eorum locum, qui vel ob rejectionem, vel ob aliam causam interesse in consilio non poterant. Ad prætorem autem tantum, et ad judicem quæstionis, non ad consules subsortitio pertinebat.

[u] *In Metelli locum*] Metellus prætor designatus erat, et ei quæstio de repetundis obvenerat.

[x] *Sextiles*] Per nonas Sextiles intelligitur dies mensis Augusti quintus: nam incipiebant annum a mense Martio Romani veteres. Unde ille primus; et qui postea Quintilis, Julius a Julio Cæsare, et qui Sextilis, Augustus ab Augusto Cæsare dictus est.

[y] *Ante ludos votivos*] Ludi apud Romanos erant publicæ celebritates, quæ vel ad placandam Deorum iram, vel ad salutem populi demerendam institutæ sunt. Vovebantur autem ejusmodi ludi ab magistratibus, et inde votivi dicti sunt. Hi autem, de quibus agitur, voti sunt a Pompeio, cum quæstor adhuc, cum imperio consulari contra Sertorium missus est. Exhibebantur vero XVII. Kal. Sept.

[z] *Deinde continuo Romani*] Ludi Romani a primis regibus, et, ut traditur, a Tarquinio Prisco instituti sunt, si Livium audiamus lib. I. Magni dicti, quod magnis impensis, vel quod Diis laribus dati sunt: dies vero decem continuos celebrabantur: pridie nempe nonas Septemb. habebantur, et pridie Idus absolvebantur: ita dies novem auferebant.

[a] *Ita prope XL. diebus*] Id est, triginta octo: nam decem dies ante ludos votivos, quindecim dies ludorum votivorum, quatriduum inter votivos et Romanos, et novem dies ludorum Romanorum additi, faciunt triginta octo. Cum vero XL. dies numerat, oratorie dicit.

cendo, et excusando,[7 b] facile ad ludos Victoriæ.[c] Cum his plebeios[d] esse conjunctos: secundum quos[s] aut nulli, aut pauci dies ad agendum futuri sunt. Ita defessa ac refrigerata[t] accusatione, rem integram ad M. Metellum prætorem[8] esse venturam: quem ego hominem, si ejus fidei diffisus essem, judicem[9] non retinuissem. 32. Nunc tamen eo animo[10] sum, ut eo judice, quam prætore,[11] hanc rem transigi malim; et jurato[e] suam,[12] quam injurato aliorum tabellas committere.

XI. Nunc ego,[13] judices, jam vos consulo, quid mihi faciendum putetis: id enim consilii mihi profecto taciti dabitis, quod egomet mihi necessario capiendum intelligo. Si utar ad dicendum meo legitimo tempore;[f] mei laboris,[g] industriæ, diligentiæque capiam fructum: et ex accusatione[14] perficiam, ut nemo unquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior[15] ad judicium venisse videatur. Sed in hac laude industriæ meæ, reus ne elabatur, summum periculum est. Quid est igitur, quod fieri possit? non obscurum, opinor, neque absconditum.

[s] *Post quos.* [t] *Sedata.*

---

jam vero ne num. quidem.—7 ψ, Guelf. Huyd. *accusando:* Lamb. *recusando,* 'non bene,' ait Ern.—8 ψ et Huyd. non habent *prætorem.*—9 In iisdem Mss. *judices.*—10 Alii *hoc animo.*—11 Pro *quam prætore* Mein. habet *quem querunt.*—12 Priscian. p. 869. ed. Putsch. *malo ei jurato suo.*

CAP. XI. 13 Schutz. e conj. Ern. dedit *Non ego,* prob. Beck.—14 Guelf. et Leid. carent copula *et.* Ern. censet *ex accusatione* parum Latine dictum; itaque *ea accus.* scribi vult. In Huyd. *excusatione.*—15 Anonym. Schol. *copi-*

NOTÆ

[b] *Et dicendo, et excusando*] Excusationes admittebantur pro reo, aut valetudinis aut occupationis causa.

[c] *Ludos Victoriæ*] Hi ludi a Sylla victore instituti sunt post civile bellum. Celebrabantur autem VI. Kal. Octob. hoc est 26. Sept. et per quinque dies exhibebantur.

[d] *Plebeios*] Ludi plebeii, exactis regibus, pro plebis libertate facti sunt. Sequebantur autem Victoriæ ludos quatriduo.

[e] *Et jurato*] Id est, cum judex sit Metellus, jurabit, seu tabulam judiciariam juratus accipiet; cum prætor fuerit non jurabit: prætor enim injuratus judicium exercebat, et in potestate omnium tabulas habebat.

[f] *Meo legitimo tempore*] Legitimum tempus ad accusandum et ad respondendum viginti dierum erat.

[g] *Mei laboris*] Multum laboris sumserat Cicero in itinere faciendo in Siciliam, et in testibus, et literis tam brevi tempore comparandis.

33. Fructum istum laudis, qui ex perpetua oratione percipi potuit, in alia tempora reservemus: nunc hominem tabulis, testibus, privatis publicisque literis auctoritatibusque[u] accusemus. Res omnis mihi[16] tecum erit, Hortensi. Dicam aperte. Si te mecum dicendo ac diluendis criminibus in hac causa contendere putarem; ego quoque in accusando, atque in explicandis criminibus operam consumerem: nunc, quoniam pugnare contra me instituisti, non tam ex tua natura, quam ex istius tempore et causa,[h] malitiose; necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere. 34. Tua ratio est, ut secundum binos ludos[x i] mihi respondere incipias: mea, ut ante primos ludos[17] comperendinem.[k] Ita fiet, ut tua ista ratio existimetur astuta;[y] meum hoc consilium, necessarium. XII. Verum illud, quod institueram dicere, mihi rem tecum esse,[18] hujusmodi est. Ego, cum hanc causam, Siculorum rogatu recepissem, idque mihi amplum et præclarum existimassem, eos velle meæ fidei diligentiæque periculum facere, qui innocentiæ abstinentiæque fecissent;[z] tum, suscepto negotio, majus mihi quiddam proposui; in quo meam in rempublicam[19] voluntatem populus Romanus perspicere posset. 35. Nam illud mihi nequaquam dignum industria conatuque meo videbatur, istum a me in judicium jam omnium judicio condemnatum vocari, nisi ista tua intole-

[u] *Confirmationibus.* [x] *Post duos ludos.* [y] *Callida.*
[z] *Velle experiri meam fidelitatem et diligentiam, qui experti essent innocentiam.*

osior, quod probat Græv.—16 Steph. omittit *mihi*.—17 Quidam apud Lamb. non habet *ludos*. Pro *comperendinem* ψ habet *comprehendi: non;* et Huyd. *comperendimus*, pro *comperendinemus*, ut Beck. putat.
CAP. XII. 18 Ven. 1483. Junt. Lamb. *mihi tecum rem*.—19 Ven. 1483.

NOTÆ

[h] *Ex istius tempore et causa*] Ait Cicero, non ex ingenio Hortensii accidere, ut contra se agat; sed hoc tempus, id est, periculum Verris, et malam causam quam suscepit, postulare.

[i] *Binos ludos*] Votivos et Romanos ludos significat.

[k] *Comperendinem*] Comperendinare est mutuo litem denuntiare in tertium diem, ne alter litigatorum volens litem evitare, cum in ipsam causam venerit, causetur se imparatum venire.

rabilis potentia, et ea cupiditas,[1] qua per hosce annos in quibusdam judiciis usus es, etiam in istius hominis desperati causa interponeretur.[20] Nunc vero, quoniam hæc te omnis dominatio regnumque judiciorum[m] tantopere delectat, et sunt homines, quos libidinis infamiæque suæ neque pudeat, neque tædeat; qui quasi de industria in odium offensionemque populi Romani irruere[1] videantur; hoc me profiteor suscepisse, magnum fortasse onus, et mihi periculosum,[2] verumtamen dignum, in quo omnes nervos[3] ætatis industriæque meæ contenderem. 36. Quoniam totus ordo, paucorum improbitate et audacia, premitur et urgetur infamia judiciorum; profiteor, huic generi hominum me inimicum, accusatorem odiosum, assiduum,[a 4] acerbum adversarium. [*p.* 73.] Hoc mihi sumo, hoc mihi deposco, quod agam in magistratu,[n] quod agam[5] ex eo loco,[o] ex quo me populus Romanus ex Kal. Januar. secum agere[6] de republica ac de hominibus improbis voluit: hoc munus ædilitatis meæ populo Romano amplissimum pulcherrimumque polliceor. Moneo, prædico, ante denuntio; qui aut deponere, aut recipere,[b] aut accipere,[7] aut polliceri, aut sequestres,[p] aut interpretes[q] corrumpendi judicii solent esse, quique ad hanc rem aut potentiam, aut impudentiam suam professi sunt, abstineant in hoc judicio

[a] *Molestum.* [b] *Promittere.*

Junt. Steph. *in re publica.*—20 Huyd. Ven. 1480. et Junt. *desperata causa:* et Leid. *imponeretur.*—1 Al. *incurrere.*—2 Huyd. *periculosissimum.*—3 Idem Ms. *omnes numeros.*—4 Memmius, probb. Lambino et Fabricio, scripsit *me inimicum odiosum, accusatorem assiduum.*—5 Jannoctian. et ed. Naug. *quod et agam.*—6 ψ, Pall. Cujac. Huyd. et edd. vett. *habere.*—7 Lamb. *aut acc., aut rec.*

NOTÆ

[1] *Cupiditas*] Corruptionem judicum significat, quæ patuit in Varronis judicio, ubi discoloribus ceris usus est Hortensius. Vide Divin. § 24. not. [o].

[m] *Regnumque judiciorum*] Hortensius in foro rex causarum vocabatur.

[n] *In magistratu*] Loquitur de ædilitate sua.

[o] *Ex eo loco*] Per locum rostra significat, unde tantum agere magistratibus fas fuit.

[p] *Sequestres*] Sequestres illi dicebantur apud quos pecunia vel aliqua res deponebatur, de qua erat inter plures controversia.

[q] *Interpretes*] Interpretes sunt per quos pactio inducitur.

manus animosque ab hoc scelere nefario. XIII. 37. Erit tum consul Hortensius[8] cum summo imperio et potestate; ego autem ædilis, hoc est, paulo amplius quam privatus:[r] tamen hæc hujusmodi[9] res est, quam me acturum[s] esse polliceor, ita populo Romano grata atque jucunda, ut ipse consul in hac causa præ me minus[t] etiam, si fieri possit, quam privatus esse videatur. Omnia non modo commemorabuntur, sed etiam, expositis certis rebus, agentur,[c] quæ inter[10] decem annos,[u] posteaquam judicia ad senatum translata sunt, in rebus judicandis nefarie flagitioseque[11] facta sunt. 38. Cognoscet ex me populus Romanus, quid sit, quamobrem, cum[12] equester ordo judicaret, annos prope quinquaginta continuos, [nullo judice equite Romano judicante,] ne tenuissima[13] quidem suspicio acceptæ pecuniæ ob rem judicandam constituta sit:[d] quid sit, quod

[c] *Convincentur certis argumentis.*
[d] *Extiterit.*

CAP. XIII. 8 ψ *Erit cum consule Hort.* Huyd. *Erit tum consul eodem Hort.* —9 Quædam edd. vett. *hujuscemodi.*—10 Leid. et edd. vett. usque ad Ald. *intra.*—11 Pro *flagitioseque* Mein. habet *vitioseque.*—12 *Cum* in Leid. deest. —13 Lall. et Schutz. *nulla, ne tenuiss.* mediis verbis, tanquam gloss. deletis. 'Garaton. conjicit scriptum fuisse *de nullo* (vel *nullo de*, aut etiam *de ullo*) *eq. Rom. ne tenuiss.* ut omittantur verba *judice, judicante*, e glossematis enata. Mihi *nulla* a Cic. scriptum, postea autem recepto in texta glossemate superiorum verborum, in *nullo* abiisse videbatur, itaque edidi.' *Beck.* qui verba *judice eq. Rom. judicante* uncis inclusit. '*Nullo judice ... judicante*] Plane assentior Grævio, hæc spuria esse. Medicina Hotom. et Grut. inanis est.

NOTÆ

[r] *Ædilis, hoc est, paulo amplius quam privatus*] Ædiles propter magistratum dignitate privatos superabant: triplex autem eorum fuit procuratio; primo, ut ludos facerent: deinde ut ædes sacras publicasque, item vias publicas tuerentur: postremo ut ne in mancipiorum venditione, et mensuris fraus admitteretur. Magistratum autem Kalendis Januariis ineibant.

[s] *Me acturum*] Id est, quam me tractaturum polliceor apud populum in concione, apud quem agere penes magistratus tantum erat.

[t] *Præ me minus, &c.*] Asserit se in multis partibus melius reipub. quam ipsum consulem prospecturum.

[u] *Quæ inter decem annos*] Id est, minus decem abhinc annis, quibus senatores judicant, rejectis a Sylla victore equitibus, qui annos prope quinquaginta sine pecuniæ suspicione judicaverant. Suo ordini favere vult Cicero, scribit enim Appianus equites tam corrupte quam senatores judicasse.

judiciis[14] ad senatorium ordinem translatis, sublataque populi Romani in unumquemque nostrum[15] potestate,[x] Q. Calidius damnatus[y] dixerit, minoris H-S tricies[16][z] prætorium hominem honeste non posse damnari: quid sit, quod, P. Septimio[17][a] senatore damnato, Q. Hortensio prætore, de pecuniis repetundis, lis æstimata sit eo nomine,[b] quod ille[18] ob rem judicandam pecuniam[19] accepisset: 39. quod in C. Herennio, quod in C. Popillio, senatoribus, qui ambo peculatus damnati sunt; quod in M. Attilio, qui de majestate damnatus[c] est, hoc planum factum est, eos pecuniam ob rem judicandam accepisse: quod inventi sunt senatores, qui C. Verre prætore urbano sortiente,[d] exirent[e] in eum reum,[f] quem incognita causa

Uncis inclusi.' *Ern.* Vid. Nott. Varr.—14 Huyd. *quod de jud.*—15 Leid. *in quemlibet vestrum.* Steph. et Lamb. quoque habent *vestrum.* Tum Huyd. *potestatem.*—16 ψ *H-S triginta:* edd. vett. nonnullæ *H-S XXXM.*—17 Leid. omittit *quod.* In Huyd. *P. Septimo.*—18 Huyd. *eo nomineque ille:* edd. non-

NOTÆ

[x] *Potestate*] Potestatem seu provocationem ad populum Sylla sustulerat sublata tribunicia potestate, quam postea Pompeius restituit: nam ad tribunos plebis provocabatur, cum quis se injusto judicio damnatum arbitrabatur.

[y] *Q. Calidius damnatus*] Q. Calidius, Marci Calidii oratoris pater, post prætoram Hispaniensem accusatus a Gallio, cum sensisset pecunia judices contra se corruptos esse, ab eis damnatus exclamavit, ' Idoneam pro meo capite mercedem pacisci debuistis, nec minoris sestertiis triginta millibus prætorium hominem condemnare.'

[z] *H-S tricies* [*H-S XXX. M.*] Si agatur de pecunia pro omnibus judicibus corrumpendis, legendum videtur *H-S. tricies millies*, faciuntque Gallicarum librarum trecenta millia. Si de pecunia singulis judicibus data agatur, H-S triginta millia sunt: quæ mille nummis nostris respondent.

[a] *Septimio*] Arguit senatorum judicia, non Hortensium, quo de repetundis quærente, Septimius damnatus est.

[b] *Lis æstimata sit eo nomine*] Litem æstimare est pecuniam, de qua lis fuit, et propter quam quis damnatus est, in summam redigere, ut ex ejus rebus pecunia conficiatur, quæ sociis restituatur a quibus erepta est.

[c] *Qui de majestate damnatus*] Damnatur majestatis qui amplitudinem ac dignitatem civitatis vel imperii minuit; vel qui exercitum hostibus populi Rom. tradidit; vel per vim multitudinis rem ad seditionem vocavit.

[d] *Verre sortiente*] Prætor urbanus sortiebatur judices qui in causa publica sententiam ferrent. Facta rejectione subsortiebatur judex quæstionis; eorumque nomina ab eodem

condemnarent:[g] quod inventus est[20] senator,[h] qui cum judex esset, in eodem judicio et ab reo pecuniam acciperet,[1] quam judicibus divideret, et ab accusatore, ut reum damnaret.[2] 40. Jam vero quomodo illam labem,[3] ignominiam, calamitatemque totius ordinis conquerar? hoc factum esse in hac civitate, cum senatorius ordo judicaret, ut discoloribus signis[i] juratorum hominum[k] sententiæ notarentur? Hæc omnia me diligenter severeque acturum esse, polliceor. XIV. Quo me tandem animo fore putetis,[4] si quid in hoc ipso judicio intellexero simili aliqua ratione esse violatum atque commissum? cum præsertim[5] planum facere multis testibus possim, C. Verrem in Sicilia, multis audientibus, sæpe dixisse, ' se habere hominem potentem,[l] cujus fiducia[e] provinciam spoliaret:[6] neque sibi soli pecuniam quærere, sed ita triennium illud prætura

[e] *Quo fretus.*

nullæ *in eo nomine, quod ille.*—19 Huyd. *pecunias.*—20 ' *Hoc planum factum est ... quod inventi sunt ... inventus est*] Hic credo delenda esse *est, sunt, est,* nata a glossatore expiente ista verba, de more, cujus in Græcis et Latinis libris scriptis multa exempla reperiuntur; sed contra Latinitatem: nam esse debebat *sit, sint, sit,* ut in principio, ' quid sit, quod ... lis æstimata sit.' ' *Ern.* Edidit Schutz. *sit ... sint ... inventus senator.* Pro *sortiente* Hotom. conj. *subsortiente,* prob. Lamb.—1 Huyd. *pecunias reciperet: ψ pecuniam reciperet.*—2 Leid. Steph. et Lamb. *condemnaret.*—3 *Quo illum labem* Huyd. *quomodo ego illam labem* Huyd. Leid. Ven. 1483. Junt. Steph. Lamb.

CAP. XIV. 4 Lamb. et Schutz. *putatis.*—5 Leid. Steph. et Lamb. non

NOTÆ

prætore in tabulas referebantur. Ait autem id sceleris Verre prætore urbano sortiente contigisse.

[e] *Exirent*] Non ex urna educebantur eorum nomina qui judicaturi erant, sed adibant ad judicium, et prætori assidebant.

[f] *In eum reum*] Oppianicus ille reus fuit, qui, Cluentio accusante, damnatus est.

[g] *Quem incognita causa condemnarent*] Intelligit C. Fidiculanium Falculam, qui ad complendam Oppianici damnationem suppositus esse dicebatur: qui tamen judicavit, cum causam non audisset.

[h] *Inventus est senator*] Stalenus in causa Oppianici ab utraque parte corruptus est: de quo plura in oratione pro Cluentio.

[i] *Discoloribus signis*] Vide Divin. § 24. not. °

[k] *Juratorum hominum*] Judices intelligit, qui, priusquam judicarent, in leges jurare debebant.

[l] *Hominem potentem*] Hortensii patrocinio gloriabatur Verres, quo ad rapinas faciendas audacius excitabatur.

Siciliensis distributum habere, ut secum præclare agi diceret, si unius anni quæstum in rem suam[f] converteret; alterum patronis et defensoribus suis[7] traderet; tertium illum uberrimum quæstuosissimumque annum totum judicibus reservaret.' 41. Ex quo mihi venit in mentem illud dicere, (quod apud M' Glabrionem[m] nuper, cum in rejiciendis judicibus commemorassem, intellexi vehementer populum Romanum commoveri) me arbitrari, fore, uti nationes exteræ legatos ad populum Romanum mitterent, ut lex de pecuniis repetundis judiciumque tolleretur: [*p.* 74.] si enim judicia nulla sint, tantum unumquemque ablaturum putant, quantum sibi ac liberis suis satis esse arbitrentur:[8] nunc, quod ejusmodi judicia sint, tantum unumquemque auferre, quantum sibi, patronis, advocatis,[n] prætori,[9] judicibus satis futurum sit; hoc profecto infinitum esse; se avarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissimæ victoriæ non posse. 42. O commemoranda judicia, præclaramque existimationem nostri ordinis![10 o] cum socii populi Romani judicia de pecuniis repetundis fieri nolunt,[11] quæ a majoribus nostris sociorum causa comparata sunt. An iste unquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset?[g] Quo majore etiam, si fieri potest, apud vos odio esse debet, quam est apud populum Romanum, cum in avaritia, scelere, perjurio vos sui similes esse arbitretur.[12]

[f] *In utilitatem suam.* [g] *Concepisset.*

habeut *præsertim.*—6 Leid. *exspoliaret.*—7 Leid. Steph. et Lamb. omittunt *suis.*—8 *Arbitretur* Crat. Manut. Lamb. *arbitrarentur* ψ, Pall. Vict. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *arbitrentur* Guelf. Huyd. Leid. et edd. pr. cum Harles. Beck. Schutz. et Orell.—9 Al. *prætoribus.*—10 Al. *vestri ord.*—11 Ern. putat Ciceronem scripsisse *nolent.*—12 *Arbitraretur* Huyd. et edd. Rom. Brix. Med. Ascens. Ven. 1483. Junt.

NOTÆ

[m] *M' Glabrionem*] Glabrio, hoc anno prætor, huic judicio præerat.

[n] *Patronis, advocatis*] Advocati dicebantur qui in judiciis, amicis præsentes, aderant; patroni qui causam dicebant.

[o] *Nostri ordinis*] Intelligit senatorium ordinem, in quem a censoribus Gellio et Lentulo relatus erat, cum antea propter ætatem a Perperna et Philippo legi non potuisset: annum autem tunc agebat fere 37.

XV. 43. Cui loco,[h] per Deos immortales, judices, consulite ac providete. Moneo[13] prædicoque id, quod intelligo, tempus[14] vobis hoc divinitus datum esse, ut odio, invidia, infamia, turpitudine totum ordinem liberetis.[15] Nulla in judiciis severitas, nulla religio, nulla denique jam existimantur[16] esse judicia. Itaque a populo Romano contemnimur, despicimur; gravi diuturnaque jam flagramus infamia. 44. Neque enim ullam aliam ob causam populus Romanus tribuniciam potestatem tanto studio requisivit;[p] quam cum poscebat,[17] verbo illam poscere videbatur, re vera judicia poscebat. Neque hoc Q. Catulum,[q] hominem sapientissimum atque amplissimum, fugit, qui Cn. Pompeio,[r] viro fortissimo et clarissimo, de tribunicia potestate referente, cum esset sententiam rogatus, hoc initio est summa cum auctoritate usus: 'Patres conscriptos[18] judicia male et flagitiose tueri: quodsi[19] in rebus judicandis populi Romani existimationi satisfacere voluissent, non tantopere homines fuisse tribuniciam potestatem desideraturos.' 45. Ipse denique Cn. Pompeius, cum primum concionem ad urbem consul[s] designatus habuit; ubi (id[20]

[h] *Cui existimationi.*

CAP. XV. 13 Mein. *Commoneo.*—14 Vox *opportunissimum*, quæ vulgo inseritur post *tempus*, deest in Leid. et Guelf. unde Lambinus et Ernesti deleverunt: Harles. uncinis inclusit. Tum pro *hoc* Huyd. habet *huc.*—15 Leid. *læderetis.*—16 ψ et Mein. omittunt *jam.* Pro *existimantur* Leid. habet *existentia.*—17 ψ *quamquam cum posc.* Huyd. *quicquam posc.*—18 '*Patres conscriptos*] Rarum est senatores, etiam extra senatum et in rebus extra senatum, Patres conscriptos appellari. Ms. Guelf. habet *prēs ac judicia*, unde aliquis forte conjiciat *prætores ac judi-*

NOTÆ

[p] *Tribuniciam potestatem requisivit*] Tribuniciam potestatem Sylla valde imminuit, lege lata ne quis tribunus ad alios magistratus perveniret: illam autem potestatem tribuni plebis Sicinius, Quintius, et Palicanus per tres annos continuos summopere flagitarunt.

[q] *Catulum*] Catulus illius Catuli filius fuit, qui collega Marii fuit in consulatu.

[r] *Cn. Pompeio*] Consul Pompeius restituit tribuniciam potestatem.

[s] *Ad urbem consul*] De iis magistratibus 'ad urbem' dicitur, qui cum potestate, aut nondum in provinciam profecti erant; aut nuper e provincia reverterant, sed extra urbem manebant. Sic cum Pompeius triumphum expectaret propter devictum a se Sertorium extra urbem morabatur, et per id tempus statim de restituen-

quod maxime expectari videbatur) ostendit, se tribuniciam potestatem restituturum, factus est in eo strepitus,[t] et grata concionis admurmuratio. Idem in eadem concione cum dixisset, 'Populatas vexatasque esse provincias; judicia autem turpia et flagitiosa fieri; ei rei se providere ac consulere velle;'[u] tum vero non strepitu, sed maximo clamore suam populus Romanus significavit[1] voluntatem. XVI. 46. Nunc autem homines in speculis sunt: observant, quemadmodum sese unusquisque vestrum[2] gerat in retinenda religione,[x] conservandisque legibus.[3] Vident adhuc post legem tribuniciam unum senatorem[4] vel tenuissimum[i] esse damnatum: quod tametsi non reprehendunt, tamen magnopere, quod laudent, non habent. Nulla est enim laus, ibi[5] esse integrum, ubi nemo est, qui aut possit, aut conetur corrumpere. 47. Hoc est judicium, in quo vos de reo, populus Romanus de vobis judicabit. In hoc homine[y] statuetur, possitne, senatoribus judicantibus, homo nocentissimus pecuniosissimusque damnari. Deinde est hujusmodi[6] reus, in quo homine nihil sit, præter summa peccata, maximamque pecuniam; ut, si liberatus sit, nulla alia suspicio, nisi ea quæ turpissima est, residere possit: non gratia,[z] non cognatione,[a] non aliis[7] recte factis, non denique aliquo[8] mediocri vitio, tot tantaque ejus

[i] *Pauperrimum.*

---

ces judicia.' Ern.—19 Mein. *qui si.*—20 Huyd. caret *id.*—1 Leid. *signavit.*

CAP. XVI. 2 *Sese* omittit Huyd. et post *vestrum* addit *se.* Pro *vestrum* ψ, Steph. et Lamb. habent *nostrum.*—3 Leid. *servandis leg.*—4 Pro *senatorem* Lamb. ex Asconio dedit *hominem.*—5 Huyd. *sibi.*—6 Leid. et Lamb. *ejusmodi.* Tum Herelius *homine* aut deleri aut mutari in *omnino* jubet. Schutz.

NOTÆ

da tribunicia potestate concionem habuit.

[t] *Factus est strepitus, &c.*] Cum quid placebat populo in concione, statim alius alii præclare dictum insusurrabat.

[u] *Consulere velle*] Ut tribunicia potestas restitueretur.

[x] *In retinenda religione*] Judices jurabant se sancte judicaturos, quare religione tenebantur.

[y] *In hoc homine*] Verre.

[z] *Non gratia*] Favorem Verres ab Hortensio expectabat.

[a] *Non cognatione*] De Metello Hortensii collega loquitur, a quo veluti cognatus Verres defenditur.

vitia sublevata[k] esse existimabuntur.[9] 48. Postremo ego causam sic agam, judices: ejusmodi res, ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam, ut nemo a vobis, ut istum absolvatis, per gratiam conetur contendere. Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus investigare et consequi possim. [*p.* 75.] Ita res a me agetur, ut in eorum consiliis omnibus non modo aures hominum, sed etiam oculi[10] populi Romani interesse videantur: 49. vos aliquot jam per annos conceptam huic ordini turpitudinem atque infamiam delere ac tollere[11] potestis. Constat inter omnes, post hæc constituta[12] judicia,[b] quibus nunc utimur, nullum hoc splendore[c] atque hac dignitate consilium fuisse. Hic si quid erit offensum,[l] omnes homines non jam ex eodem ordine alios magis idoneos, quod fieri non potest, sed alium omnino ordinem ad res judicandas quærendum arbitrabuntur. XVII. 50. Quapropter primum ab Diis immortalibus, quod sperare[13] mihi videor, hoc idem, judices, peto,[14] ut in hoc judicio nemo improbus, præter eum,[d] qui jampridem inventus est, reperiatur: deinde, si plures improbi fuerint, hoc vobis, hoc populo Romano, judices, confirmo, vitam mehercule mihi prius, quam vim, perseverantiamque ad illorum improbitatem persequendam defuturam. 51. Verum quod ego laboribus, periculis, inimicitiisque meis, tum, cum admissum erit, dedecus, severe me persecuturum esse polliceor, id ne accidat, tu tua sapientia, auctori-

[k] *Profecta.* [l] *Peccatum.*

delevit.—7 Lamb. conjecit *non ullis*.—8 Leid. et Pall. *alio*.—9 Leid. Steph. et Lamb. *videbuntur*.—10 Lamb. omisit *oculi*.—11 ψ, Franc. 1. Mein. et edd. pr. non habent verba *ac tollere*.—12 ψ, Huyd. Mein. Ven. 1483. Junt. Crat. Schutz. omittunt *constituta*. Beck. uncis includit.

CAP. XVII. 13 Lamb. post *sperare* inseruit *debere*.—14 Pro *peto* Leid.

NOTÆ

[b] *Post hæc constituta judicia*] Senatoria judicia intelligit, quæ ab annis decem a Sylla constituta sunt.

[c] *Hoc splendore*] Contendit Cicero, rejectis quibusdam sua diligentia judicibus, nullum extitisse consilium in tanto splendore et dignitate, quanto illud est eorum qui de Verre judicaturi sunt.

[d] *Præter eum*] Verrem.

tate,[15] diligentia, M' Glabrio, potes providere. Suscipe causam judiciorum: suscipe causam severitatis, integritatis, fidei, religionis: suscipe causam senatus, ut is hoc judicio[16] probatus, cum populo Romano et in laude et in gratia esse possit. Cogita, qui sis,[17] quo loco[m] sis, quid dare populo Romano, quid reddere majoribus tuis debeas: fac tibi paternæ legis Aciliæ[e] veniat[18] in mentem, qua lege populus Romanus de pecuniis repetundis optimis judiciis severissimisque judicibus usus est. 52. Circumstant[19] te summæ auctoritates,[n] quæ te oblivisci laudis domesticæ non sinant; quæ te dies noctesque commoneant,[20] fortissimum tibi patrem,[f] sapientissimum avum,[g] gravissimum socerum[h] fuisse. Quare si Glabrionis patris vim et acrimoniam ceperis ad resistendum hominibus audacissimis; si avi Scævolæ prudentiam ad prospiciendas insidias, quæ tuæ atque horum famæ comparantur; si soceri Scauri constantiam, ut ne quis te de vera et certa possit sententia demovere;[1] intelliget populus Romanus, integerrimo atque honestissimo prætore, delectoque consilio,[i] nocenti reo[k] magnitudinem pecuniæ plus habuisse

[m] *Qua in existimatione.* [n] *Testimonia.*

Steph. et Lamb. habent *opto.*—15 *Tu tu sap., auct.* Franc. 1. non improb. Græv. *tu tua sap., tua auct.* Huyd. et edd. vett. prob. Garaton. *tu tua auct., sap.* Steph. et Lamb. In Leid. *auctoritate* deest.—16 Leid. *ut hic is jud.* —17 Verba *qui sis* absunt a ψ, Franc. 1. Mein. Leid. plerisque Mss. et edd. vett. Ea Beck. uncis inclusit. ' *Qui sis, quo loco sis*] *Qui sis* abest Ms. Guelf. edd. pr. Addidere Victorius, (1534.) P. Manutius, et ceteri, sine altero *sis*, quod cum Grævio restitui.' *Ern.* quem Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—18 Leid. *paternæ lege* et *veniant.*—19 Leid. *Circumstent.*—20 Huyd. *commoveant.*—1 Al. *dimovere,* et mox *dilectoque.*

NOTÆ

[e] *Legis Aciliæ*] Lex illa de pecuniis repetundis lata est a M' Acilio Glabrione, A. U. C. 556. nempe ut causa ejusmodi una actione absolveretur; id est, ut neque reum comperendinari, neque causam ampliari liceret: item ut qui accusatores constituti essent, potestatem haberent literas et publicas et privatas conquirendi, &c.

[f] *Patrem*] Acilium Glabrionem.

[g] *Avum*] Scævolam avum habuit juris peritissimum, qui consul fuit cum Cn. Pisone, quo anno Tib. Gracchus occisus est.

[h] *Socerum*] Socer illius Scaurus fuit vir consularis, et in senatu princeps.

[i] *Delectoque consilio*] Delectum consilium est, quia viris selectissimis,

momenti ad suspicionem criminis, quam ad rationem salutis.

XVIII. 53. Mihi certum est, non committere, ut in hac causa prætor nobis[2] consiliumque mutetur.[1] Non patiar rem in id tempus duci,[3] ut Siculi, quos adhuc servi designatorum consulum non moverunt, cum eos novo exemplo[m] universos[4] arcesserent, eos tum lictores consulum vocent; ut homines miseri, antea[5] socii atque amici populi Romani, nunc servi ac supplices, non modo jus suum fortunasque omnes eorum imperio[6] amittant, verum etiam deplorandi juris sui potestatem non habeant. 54. Non sinam profecto, causa a me perorata, quadraginta[7] diebus[n] interpositis, tum nobis denique respondeant,[8] cum accusatio nostra in oblivionem diuturnitate[9] adducta sit: non committam, ut tum res judicetur, cum hæc frequentia totius[o] Italiæ Roma discesserit; quæ convenit uno tempore undique, comitiorum, ludorum,[10] censendique causa. Hujus judicii et laudis fructum,[p] et offensionis periculum, vestrum; laborem, solicitudinemque, nostram; scientiam,[11]

CAP. XVIII. 2 Huyd. *nobisque.*—3 Vulg. *adduci.* Ex emend. Gronov. I. 12. Harles. Schutz. et Le Clerc. receperunt *duci.*—4 *Universos* non est in ψ, Huyd. et Mein.—5 Leid. caret *antea.*—6 *Atque eorum imp.* Huyd. *Eorum* spurium censet Ern.—7 Mss. plerique et quædam edd. vett. *triginta.*—8 Leid. Steph. *respondere:* Guelf. Crat. Lamb. *responderi.*—9 *Diuturnitatis* ψ, Mein. Franc. 1. Guelf. et edd. ante Ald. cum Beck. et Orell.—10 Pro *ludorum,* ψ et alii Mss. cum edd. vett. Grut. Græv. Oliv. et Lall. habent *judi-*

NOTÆ

gravissimisque judicibus conflatum est.

[k] *Nocenti reo*] Id est, immensam pecuniæ vim plus nocuisse reo, quam profuisse.

[l] *Consiliumque mutetur*] Non permittet Cicero ut causa Verris ad Hortensii et Metelli consulatum differatur.

[m] *Novo exemplo*] Metellus Siculos domum advocavit, et minis conterruit, ut ab accusando Verre desisterent.

[n] *Perorata, quadraginta diebus*] A nonis Sextilibus, quo die agi cœpta est causa, ad ultimum ludorum Rom. diem, intercessere dies quadraginta.

[o] *Hæc frequentia totius*] Frequentes homines Romam ex tota Italia, hanc causam Cicerone perorante, vel comitiorum vel ludorum causa convenerant.

[p] *Hujus judicii et laudis fructum*] Ad singula hæc membra quæ sequuntur, subauditur illud, puto esse oportere.

quid agatur, memoriamque, quid a quoque dictum sit, omnium puto esse oportere. 55. Faciam[12] hoc non novum,[q] sed ab iis, qui nunc principes nostræ civitatis sunt, ante factum, ut testibus utar statim:[r] illud a me novum,[s] judices,[13] cognoscetis, quod ita testes constituam, ut crimen totum explicem; ubi id[14] interrogando,[t] argumentis, atque oratione firmavero, tum testes ad crimen accommodem:[u] [*p.* 76.] ut nihil inter illam usitatam[15] accusationem, atque hanc novam intersit, nisi quod in illa tunc, cum omnia dicta sunt, testes dantur; hic in singulas res dabuntur; ut illis quoque eadem interrogandi facultas, argumentandi[x] dicendique[y] sit. Si quis erit, qui perpetuam orationem accusationemque desideret, altera actione audiet: nunc id, quod facimus, (ea ratione[o] facimus, ut malitiæ illorum consilio nostro occurramus[16]) necessario fieri intelligat.[z] 56. Hæc primæ actionis[a] erit accusatio.

[o] *Ea de causa.*

---

ciorum.—11 Huyd. *laborem nostrum solicitùdinemque; scient.*—12 Pro *Faciam*, ψ habet *Factum.* Tum Huyd. omittit *non* ante *novum.*—13 Leid. *judicium.*—14 *Ut ubi id* Jannoctian. Ascon. et Beck. prob. Garaton. Lambinus probat Hotomanni suspicionem, *ut interrogando crim. tot. expl., ubi id argum. a. o. f.*—15 Leid. *inusitatam.*—16 De Asconii suspicione Lamb. et Schutz. de-

NOTÆ

[q] *Hoc non novum*] Exemplis clarorum virorum tuetur se, quod perpetua accusatione non utatur: nam L. Lucilius et M. Licinius, ambo consulares, cum Cottam accusarunt, non tam perpetua oratione, quam testium interrogatione causam absolverunt.

[r] *Testibus utar statim*] Testium interrogatio ab oratione perpetua separabatur. Sed hic statim a præcone citati sunt, quod ipse oratione proxime sequenti declarat.

[s] *Illud a me novum*] Dicit se novum aliquid allaturum, in quo diligentius crimen exponet, quam qui ante ipsum accusarunt.

[t] *Ubi id interrogando*] Ex hoc loco patet accusatores a suis etiam testibus quandoque accusari.

[u] *Ad crimen accommodem*] Sic explicat Manutius: Tradam Hortensio defensori testes interrogandos, ut, post interrogationem, ipse quoque argumentandi ac dicendi facultatem habeat.

[x] *Argumentandi*] Is argumentatur qui rationibus utitur ad probandam aliquam veritatem.

[y] *Dicendi*] Dicit, qui amplificatione ad delectandum et permovendum utitur.

[z] *Fieri intelligat*] Illa vox 'intelligat,' ad illam refertur, quæ antecedit, 'si quis.'

[a] *Primæ actionis*] Hæc summa erit primæ accusationis in Verrem institutæ.

Dicimus, C. Verrem, cum multa libidinose, multa crudeliter in cives Romanos atque in socios,[17] multa in Deos hominesque nefarie[18] fecerit, tum præterea quadringenties sestertium[19 b] ex Sicilia contra leges abstulisse. Hoc testibus, hoc tabulis privatis, publicisque auctoritatibus,[20] ita vobis planum faciemus, ut hoc statuatis, etiamsi spatium ad dicendum nostro commodo, vacuosque dies[c] habuissemus, tamen oratione longa nihil opus fuisse.[1 d]

derunt *nunc id, quod facimus ea ratione, ut malitiæ ill. cons. nostro occ. nec. fieri int.*—17 Huyd. Steph. et Lamb. omittunt præpositionem.—18 Steph. et Lamb. *nefaria.*—19 ψ *quadringenta millia sest.* Huyd. *CCCC sestertia.* In Ven. 1483. *sextertia.*—Mein. et Steph. omittunt *sestertium.*—20 Edd. pleræque sic distinguunt, *tabulis, privatis publicisque auct.*—1 *Dixi* addunt Ascon. Manut. Lamb. Harles. Beck. Ceteri omittunt. Orell. uncis inclusit.

NOTÆ

[b] *Quadringenties sestertium*] Id est, quadringenties centum millia sestertiorum, quæ quatuor milliones efficiunt.

[c] *Vacuos dies*] Vacui dies illi sunt qui ludis occupabuntur.

[d] [*Dixi*] Verbum proprium, inquit Hotomannus, his qui causam peroraruut; et in fine additur, ut denuntietur sententiæ confirmatio.

ACTIONIS SECUNDÆ

IN C. VERREM

LIBER I.

DE PRÆTURA URBANA.[1]

ORATIO VI.

ARGUMENTUM ASCONII.

Deinceps hæc omnia non dicta, sed scripta sunt contra eum; quod ita factum est:—Fingit Cicero, adesse in judicio Verrem comperendinatum, et respondere citatum, et defendi. In ceteris enim orationibus defensor futurus, accusationis officium his libris, qui Verrinorum nomine nuncupantur, compensare decrevit; et, quoniam accusare multos indecorum Tullio videbatur, in una causa vim hujus artis et eloquentiæ demonstrare: nam et bene intelligentes omnem virtutem oratoriam, quæcunque in criminationibus constituta est, hic expressam vident: et contra, ex hoc defensionum vim in ceteris orationibus, et nervos ejus ex hac virtute cognoscunt, quæ in opprimendo exprimitur reo. Igitur rerum scena sic facta est, ut dicit Tullius, non autem acta res est. 'Adest,' inquit, 'Verres, respondet, defenditur.' Ergo cum prima actione accusatus sit, ac defensus Verres, nunc, velut defensus iterum, (sic enim mos erat,) in altera actione accusatur ad ultimum rursus oratione perpetua. Crimina repetundarum, et alia pleraque ex anteacta vita sæpe firmantur: sumitur etiam hinc sæpe defensio: omnis enim confirmatio ab attributis personæ et negotio sumi solet. Ergo attributa personæ maxime in anteacta vita quæri solent; negotium, in ipso crimine. Libros igitur pro qualitate criminum Tullius dividens, anteactis unum dedit, hunc scilicet solum; crimini ipsi repetundarum quatuor; unum de jure dicendo; alterum de re frumentaria; tertium de signis; quartum de suppliciis. Ad hanc enim similitudinem

1 In ψ hæc Oratio sic inscribitur, *In C. Verrem Oratio tertia.* Vid.

poëta Virgilius, Minoëm, judicem apud inferos, tanquam si prætor sit rerum capitalium, 'quæsitorem' appellat: dat ibi sortitionem, ubi 'urnam' nominat: dat electionem judicum, cum dicit, 'consiliumque vocat:' dat cognitionem facinorum, cum dicit, 'vitasque et crimina discit.' Ergo hic liber, qui de anteacta vita est, statum necesse est conjecturalem habeat. Capita autem, quæ ipse Tullius fecit, dividendo totam hanc accusationem, sunt hæc: primum in quæsturam; deinde in legationem et vicequæsturam; tertio in prætoram urbanam; quarto in prætoram Siciliensem. Nam cum omnes ejus actus[2] quæsturæ nomine, legationis, prætoræ urbanæ, Siciliensisque, quadripartita librorum divisione cognoscantur; anteacta ejus omnia hoc libro comprehensa sunt ad eorum fidem quæ post dicentur. Procemia sane hujus libri in simulatione constituta sunt, quasi veræ accusationis in Verrem audentem adesse, atque defensum: in exhortatione judicum ad recte judicandum; tum[3] in minis contra adversarios; et in exhibenda ratione officii sui, cur ita maluerit accusare, ut prima actione tantum testibus uteretur. Quæ omnia ejusmodi sunt, ut non tam nova dicere, quam dicta libri superioris instaurare videatur. Post hæc omnia, ipsius Ciceronis per honores Verris, cum criminibus junctos, divisio per ordinem temporum currit.

I. 1. NEMINEM vestrum ignorare arbitror, judices, hunc per hosce dies sermonem vulgi, atque hanc opinionem populi Romani[4] fuisse, C. Verrem altera actione [a] responsurum [b] non esse,[5] neque ad judicium affuturum. Quæ fama non idcirco solum emanarat, quod iste certe[6] statuerat ac deliberaverat non adesse; verum etiam, quod nemo quenquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur, qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus evictus,[a 7] ora [b] judicum [c] aspicere,[8] aut os suum populo

[a] *Convictus.* [b] *Vultum.*

Nott. Varr.—2 Manut. *Capita autem quatuor ipse Tullius fecit, dividendo totam hanc occasionem in ea, quæ commisit Verres primo in quæstura, deinde in legatione, tertio in prætura urbana, postremo in prætura Siciliensi. Cum autem omnes ejus actus.*—3 Manut. non habet *tum.*

CAP. 1. 4 Quidam ap. Hotom. *vulgo ... populo Romano.* Cf. Quintil. IX. 4. —5 Nonnullæ edd. vett. *non fuisse.*—6 Schutz. e conj. Ern. *certo.*—7 Pro *testibus* Leid. habet *indiciis.* Tum *convictus* Schol. Priscian. p. 1155. Cujac.

NOTÆ

[a] *Altera actione*] Judicium repetundarum duabus tantum actionibus poterat absolvi.

[b] *Responsurum*] Mos fuit apud veteres, ut et judices, et rei, et accusatores, et defensores a præcone citarentur ad judicium.

[c] *Ora judicum*] Erant enim testes ipsi judices criminum, quæ contra Verrem afferebantur.

Romano[d] ostendere auderet. 2. Est idem[9] Verres, qui fuit semper; ut ad audendum projectus, sic paratus ad audiendum. Præsto est: respondet: defenditur. Ne hoc quidem[10] sibi reliqui facit, ut in rebus turpissimis, cum manifesto teneatur,[c] si reticeat,[d] et absit, tamen impudentiæ suæ pudentem exitum quæsisse videatur. Patior, judices, et non[11] moleste fero, me laboris mei, vos virtutis vestræ fructum esse laturos. Nam si iste id fecisset, quod primo[12] statuerat, ut non adesset; minus aliquanto, quam mihi opus esset, cognosceretur, quid ego in hac accusatione comparanda constituendaque elaborassem: vestra vero laus tenuis[e] plane atque obscura, judices, esset. 3. Neque enim[13] hoc a vobis populus Romanus expectat, neque eo potest esse contentus, si condemnatus sit is, qui adesse noluerit; et si fortes fueritis in eo, quem nemo sit ausus defendere. Immo vero adsit; respondeat: summis opibus, summo studio potentissimorum hominum defendatur: [*p.* 77.] certet[14] mea diligentia[f] cum illorum omnium cupiditate; vestra integritas cum istius[15] pecunia; testium constantia cum illius[16] patronorum minis[g] atque potentia. Tum demum illa victa[17] videbuntur, cum in contentionem[18] certamenque venerint. 4. Absens si iste esset damnatus,

[c] *Convictus sit.* [d] *Si non respondeat.*

Guelf. Steph. Lamb. Schutz. et Orell. *evictus* ψ, Pall. Ven. 1483. Junt. Crat. Græv. Grut. Oliv. Lall. Harles. Beck. Vid. Ind. in 'Evictus.'—8 Huyd. *aspexere.*—9 Ven. 1483. Junt. *Est enim idem.* Mox Leid. *provectus:* Ven. 1483. *ut ad dicendum provectus, sic paratus ad aud.* Omittunt *paratus* Leid. Cujac. et Steph. prob. Gruter. Interpunctionem inter *audiendum* et *præsto* tollit ψ.—10 Huyd. *Nec hæc quidem.* Tum *fecit* ψ, Huyd. Mein. Ven. 1483. Junt. Crat. Mox Lamb. *retineat.*—11 *Non* in Leid. deest.—12 Leid. *primus:* Steph. et Lamb. *prius.*—13 Leid. Steph. et Lamb. carent *enim.*—14 ψ *certe et.* Mox Leid. *ill. hom. cup.*—15 Steph. et Lamb. *illius.*—16 Lamb. *istius.*—17 Steph.

NOTÆ

[d] *Populo Romano*] Populus Rom. frequens aderat huic judicio, ut illius exitum videret.

[e] *Laus tenuis*] Si Verres ante judicium abiisset in exilium, nulla vel tenuis laus judicum esset; non enim suam æquitatem illi in condemnando homine potentissimo ostendissent.

[f] *Mea diligentia*] In Verre accusando.

[g] *Patronorum minis*] Hortensium et Metellum, qui Verri favebant, designat.

non tam ipse[19] sibi consuluisse, quam invidisse vestræ laudi videretur. 11. Neque enim salus ulla[h] reipublicæ[20] major hoc tempore reperiri potest, quam populum Romanum intelligere, diligenter rejectis ab accusatore judicibus,[i] socios, leges, rempublicam, senatorio consilio maxime posse defendi: neque tanta fortunis omnium pernicies potest accedere,[1] quam opinione populi Romani rationem veritatis, integritatis, fidei, religionis, ab hoc ordine abjudicari.[e 2] 5. Itaque mihi videor magnam,[3] et maxime ægram,[f] et prope depositam reipublicæ partem[k] suscepisse; neque in eo magis meæ, quam vestræ laudi existimationique servisse. Accessi[4] enim ad invidiam judiciorum levandam, vituperationemque tollendam;[5] ut, cum hæc res pro voluntate populi Romani esset judicata, aliqua ex parte mea diligentia constituta[g] auctoritas[l] judiciorum videretur: postremo, ut esset[6] hoc judicatum,[m] ut finis aliquando judiciariæ controversiæ[n] constitueretur. 6. Etenim sine

[e] *Auferri.* [f] *Ægrotam.* [g] *Firmata.*

et Lamb. *illa omnia victa.*—18 Huyd. *concionem.*—19 *Ipse* non est in Leid. et Huyd.

Cap. II. 20 Pro *rei publicæ* Leid. habet *pop. Rom.* et mox *primum rem* pro *populum Romanum.*—1 Ruhnken. ad Rutil. Lup. de Figuris p. 3. corrigit *accidere;* et sic Manut. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. probb. Ern. et Harles. —2 Huyd. *abdicari.*—3 E Nonio Marcello v. 'Depouere,' Lamb. Beck. Schutz. et Orell. dederunt *videor, judices, magnam.*—4 *Accessit* ψ, Huyd. Pall. duo, et edd. pr.—5 Leid. *lev. vituperatorumque toll.* Ante *ut* Lamb. addidit *et.*— 6 Schutz. de suspicione Hotomanni *utut esset:* Ern. conj. *ita esset:* al. *ubi*

NOTÆ

[h] *Salus ulla*] E reipub. salute erat, ut Verres damnaretur.

[i] *Rejectis judicibus*] Selectis a prætore judicibus, eorum nomina in urnam mittebantur, unde eorum nomina educebantur; tum accusatori et reo fas fuit, quos iniquos sibi suspicabantur, recusare: rejectione facta subsortiebatur alios prætor, ut legitimus judicum numerus compleretur.

[k] *Depositam reipublicæ partem*] Consuetudo fuit apud antiquos, ut qui desperati erant, ante januas suas collocarentur, vel ut extremum spiritum terræ redderent; vel ut curari possent a transeuntibus, si qui simili morbo ægrotassent.

[l] *Constituta auctoritas*] In senatu, ne iterum ad alium ordinem transferantur.

[m] *Ut esset hoc judicatum*] Non facile sensus intelligitur, qui planissimus erit, auctore Manutio, si 'ut' pro 'ubi,' vel 'postquam,' reponatur.

[n] *Judiciariæ controversiæ*] Controversia fuit an judicia transferri deberent a senatu ad alium ordinem, ut vult populus; an retinenda, ut ipsi senatores censent.

dubio, judices, in hac causa ea res in discrimen adducitur. Reus est enim nocentissimus:[7] qui si condemnatur, desinent homines[8] dicere, his judiciis pecuniam plurimum posse; sin absolvitur, desinemus nos de judiciis transferendis recusare. Tametsi[9] de absolutione istius neque ipse jam sperat,[o] nec populus Romanus metuit: de impudentia singulari, quod adest, quod respondet, sunt qui mirentur; mihi, pro cetera ejus audacia atque amentia,[10] ne hoc quidem mirandum videtur: multa enim et in Deos et in homines impie nefarieque[p] commisit; quorum scelerum pœnis[11] agitatur, et a mente consilioque deducitur.[q] III. 7. Agunt[h] eum præcipitem pœnæ civium Romanorum; quos partim securi[r] percussit, partim in vinculis[i] necavit, partim implorantes jura libertatis et civitatis[s] in crucem sustulit. Rapiunt eum ad supplicium Dii patrii:[t] quod iste inventus est,[12] qui e complexu parentum abreptos filios ad necem duceret, et parentes pretium pro sepultura liberum[u] posceret. Religiones vero cærimoniæque omnium sacrorum fa-

[h] *Impellunt.* [i] *In carcere.*

---

esset. Vid. Nott. Varr. Dein Hotom. conj. *et finis.*—7 Ascon. *Homo est enim noc.* unde Hotom. conj. *Reus est homo noc.* quam lectionem recepit Lamb. Tum Leid. *condemnatus sit.*—8 Pro *homines* Lamb. Grut. Oliv. et Lall. habent *omnes.*—9 Pal. 1. *Tamenetsi.* In Leid. deest.—10 Ms. Cujac. *et qui mirentur;* unde Gulielm. conj. *est qui mirentur,* seu *miretur.* Pro *mihi* Leid. habet *inde.* Tum loco *pro cetera* ψ habet *propter.* In Mein. Huyd. et edd. vett. *propter ejus audaciam atque amentiam.* Pro *ne,* Huyd. habet *neque.*—11 *Pœnas* hic pro nomine proprio (Furiis) accepit Dorvill. ap. Burm. ad Virg. Æn. IV. 471. dissentiente Ern. probante Harl.

CAP. III. 12 E Priscian. pp. 742. et 1155. ed. Putsch. *quod iste unus inv. est* ediderunt Lamb. Beck. Schutz. et Orell. Ex eodem Prisciano Beck.

NOTÆ

[o] *Ipse jam sperat*] Verres.

[p] *Impie nefarieque*] Impium dicitur quod in Deos; nefarium, quod in homines committitur.

[q] *A mente consilioque deducitur*] Id est, a bona mente et ratione ad insaniam abripitur.

[r] *Quos partim securi*] De suppliciis inflictis a Verre agetur libro ultimo.

[s] *Jura libertatis et civitatis*] Vetitum erat jure Romano ne quis civis suppliciis servilibus afficeretur.

[t] *Dii patrii*] Dii patrii vel nuncupabantur pro Diis, qui singulis præerant civitatibus, ut Athenis Minerva; vel pro Diis qui singulis familiis, ut Penates, in quorum tutela erat tota familia.

[u] *Liberum*] Usitatius Cicero hac voce *liberum,* quam *liberorum,* utitur.

norumque[x] violatæ, simulacraque Deorum, quæ non modo ex suis templis ablata sunt, sed etiam jacent in tenebris, ab isto retrusa atque abdita, consistere ejus animum sine furore atque amentia non sinunt. 8. Neque iste mihi videtur se ad damnationem offerre solum, neque hoc avaritiæ[13] supplicio communi,[y] qui se[14] tot sceleribus obstrinxerit, contentus esse: singularem quandam pœnam istius immanis atque importuna natura desiderat. Non id solum quæritur, ut, isto damnato, bona restituantur iis, quibus erepta sunt; sed et religiones Deorum immortalium[15] expiandæ, et civium Romanorum cruciatus, multorumque innocentium sanguis, istius supplicio luendus[k] est. 9. Non enim furem, sed ereptorem;[16] non adulterum, sed expugnatorem pudicitiæ;[17] non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumque; non sicarium,[z] sed crudelissimum carnificem[l a] civium sociorumque, in vestrum judicium adduximus: ut ego hunc unum ejusmodi reum post hominum memoriam fuisse arbitrer, cui damnari expediret.[18]

IV. Nam quis hoc non intelligit, istum absolutum, Diis hominibusque invitis, tamen[19] ex manibus populi Romani eripi nullo modo posse?[b] [*p.* 78.] Quis hoc non perspi-

[k] *Purgandus.* [l] *Homicidam.*

habet *qui et e compl.*—13 *Solum offerre* Steph. Lamb. et *sed neque hoc av.* Huyd. —14 *Se* non est in ψ et Huyd. Tum in ψ, Leid. Huyd. *obstruxerit.*—15 *Immortalium* in Huyd. deest.—16 Plures Mss. Quintiliani VIII. 4. *raptorem* hic habent.—17 Leid. caret *pudicitiæ.*—18 Al. *quem damn. expedit.* In Huyd. *expedirer.*

NOTÆ

[x] *Fanorumque*] Fana loca sacra seu templa sunt, vel quæ a fando dicta sunt, quia dum ea pontifex consecrat, certis utitur vocibus, ut Festo placet; vel Varroni, quia pontifices in sacrando finem fantur; sive a Fauno, quia ea primus Faunus instituit.

[y] *Supplicio communi*] Repetundarum videlicet, vel exilii.

[z] *Sicarium*] Sicarius dicitur, qui sica hominem interfecit, quæ nominis appellatio ad alios quoscumque qui hominem interfecerint, deducitur.

[a] *Carnificem*] Carnifex appellatur, qui exquisito mortis genere alios interficit.

[b] *Eripi nullo modo posse*] Verres a judicibus absolvatur, condemnabitur a populo, penes quem erat tantum in civem animadvertere: condemnabitur vero, quia civitatis et libertatis jura violavit, civibus suis enecatis et sublatis in crucem.

cit, præclare nobiscum actum iri,[c] si populus Romanus [20] istius unius supplicio contentus fuerit,[1] ac non sic statuerit, non istum majus in sese scelus concepisse, cum fana spoliarit, cum tot homines innocentes necarit;[2] cum cives Romanos morte, cruciatu, cruce affecerit; cum prædonum duces, accepta pecunia, dimiserit; quam eos, si[3] qui istum tot, tantis, tam nefariis sceleribus coopertum, jurati[d] sententia sua liberarint?[4] 10. Non est, non est[5] in hoc homine cuiquam peccandi locus,[e] judices: non is est reus, non id tempus, non id consilium,[f] (metuo ne quid arrogantius apud tales viros videar dicere,) ne actor[m 6] quidem est is, cui reus tam nocens, tam perditus, tam victus,[7] aut occulte surripi, aut impune eripi possit. His ego judicibus[8] non probabo, C. Verrem contra leges pecunias cepisse?[9] sustinebunt tales viri, se tot senatoribus, tot equitibus Romanis,[10] tot civitatibus, tot hominibus honestissimis ex tam illustri provincia, tot populorum privatorumque literis non credidisse? tantæ populi Romani voluntati restitisse? 11. Sustineant: reperiemus, si istum vivum[11] ad aliud judicium perducere poterimus,[12] quibus probemus, istum in quæstura pecuniam publicam, Cn. Carboni[g] consuli datam,

[m] *Accusator.*

Cap. iv. 19 Pro *tamen* Mss. quidam cum Ven. 1483. Junt. Steph. habent *eum.*—20 Leid. *actum, nisi pop. Rom.*—1 Vulg. *contentus erit.* Leid. Guelf. et Priscian. l. xviii. p. 1155. ed. Putsch. *cont. erit,* quod probavit Hotom. et recepit Ern. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—2 *Spoliaret . . . necaret* ψ, Mein. Ven. 1483. Junt. Crat.—3 Lamb. omittit *si.*—4 *Liberarent* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat.—5 *Non est* semel tantum habet Huyd. Dein ψ caret *hoc.*—6 ψ, Huyd. Mein. *nec actor.*—7 Al. *convictus.*—8 Mein. *Iis ego judices.*—9 Mein. *pretium cepisse.*—10 Leid. non habet *Romanis.*—11 Pro *vivum* Huyd. habet *unum.*—12 Huyd. et edd. vett. *potueri-*

NOTÆ

[c] *Nobiscum actum iri*] Id est, cum senatoribus; indicat autem populum in alios quoque senatores animadversurum esse.

[d] *Jurati*] Judices jurati dicuntur, quia jurabant se sancte judicaturos.

[e] *Peccandi locus*] Id est, nemini utile esse potest peccare in hoc reo, sive ab eo pecunia corrumpi.

[f] *Consilium*] Per consilium judicum cœtus significatur, qui de Verre cognoscebant.

[g] *Cn. Carboni*] Carboni in Gallia consuli, Verres quæstor sortito datus est: at accepta pecunia ad Syllam confugit, relicto Carbone, qui Marii partes sequebatur.

avertisse : quibus persuadeamus, istum alieno nomine [13] [h] a quæstoribus urbanis, quod priore actione didicistis, pecuniam abstulisse.[14] Erunt, qui et in eo quoque audaciam ejus reprehendant,[15] quod aliquot nominibus [16] de capite,[i] quantum commodum fuerit,[n] frumenti decumani detraxerit. Erunt etiam fortasse, judices, qui illum ejus peculatum [k] vel acerrime vindicandum putent, quod iste M. Marcelli et P. Africani [l] monumenta, quæ nomine, illorum, re vera, populi Romani, et erant, et habebantur,[17] ex fanis religiosissimis, ex urbibus [18] sociorum atque amicorum non dubitaverit auferre. v. 12. Emerserit [m] ex peculatus [19] etiam judicio : meditetur de ducibus hostium,[n] quos accepta pecunia [20] liberavit : videat, quid de illis respondeat, quos in eorum locum subditos [o] domi suæ reservavit. Quærat non solum, quemadmodum nostro [1] crimini [o] verum etiam quo pacto suæ confessioni possit mederi. Meminerit, se priore actione,[2] clamore populi Romani infesto atque inimico

[n] *Quantum ei libuerit.* [o] *Accusationi nostræ.*

mus.—13 J. F. Gronov. conj. *empti frumenti nomine.*—14 Huyd. *pecuniis abst.* —15 Huyd. *reprehendati.*—16 Leid. *aliquid nom.* Mein. *aliquot hominibus.*—17 Leid. *habeantur.*—18 Leid. Steph. Lamb. *et ex urb.* prob. Garaton.

Cap. v. 19 Huyd. *peculariis*, et mox *acceptis pecuniis.*—20 Leid. *quot;* et Mein. *in eorum loco.* Tum Lamb. *reservarit.*—1 Steph. et Lamb. *vestro.*—

NOTÆ

[h] *Alieno nomine*] Credibile est eam pecuniam intelligere, quam tum emti, tum æstimati frumenti nomine a quæstoribus urbanis accepit, et avertit. De hac Verr. v.

[i] *De capite*] Id est, de summa principali, seu de toto frumento decumano, quod a decumanis ad levandum Pop. Rom. promissum est. Fecit autem id Verres non tam in eorum gratiam, qui ab ipso decumas redemerant, quam ut id, quod fictis causis de capite frumenti decumani detrahebat, ad ipsum quadam ex parte perveniret ; ita melius ceteris Manutius locum hunc interpretatur.

[k] *Peculatum*] Peculatus est rei vel sacræ vel publicæ furtum.

[l] *M. Marcelli et P. Africani*] Signa sunt, quæ Marcellus, victis Syracusanis, jure belli auferre potuit; et quæ Africanus, victa Carthagine, reportavit, quæ Pœni victis Siculis ademerant.

[m] *Emerserit*] Concessio est, qua gradum facere intendit ad alia graviora crimina.

[n] *De ducibus hostium*] De his fusius in lib. de Suppliciis postea.

[o] *In eorum locum subditos*] Accepta pecunia Verres captos prædonum duces remisit, sed in eorum locum mercatores viros optimos partim trucidavit, partim in carcere detinuit.

excitatum, confessum esse, duces a se prædonum securi non esse percussos; se jam tum [3] esse veritum, ne sibi crimini daretur, eos ab se pecunia liberatos. Fateatur id, quod negari non potest, se privatum hominem, prædonum duces vivos atque incolumes domi suæ, posteaquam Romam redierit, usque dum per me [p] licuerit, tenuisse.[4] Hoc, in illo majestatis judicio [q] si licuisse sibi ostenderit, ego oportuisse concedam. Ex hoc quoque evaserit;[r] proficiscar eo,[s] quo me jampridem vocat populus [t] Romanus. 13. De jure enim libertatis et civitatis [u] suum putat esse judicium; et recte putat. Confringat iste sane vi sua consilia [5] senatoria;[p] quæstiones [x] omnium perrumpat; evolet ex vestra [6] severitate;[q] mihi credite, arctioribus apud populum Romanum laqueis tenebitur. Credet iis equitibus Romanis populus Romanus, qui ad vos antea producti testes, ipsis inspectantibus, ab isto civem Romanum, qui cognitores [y] homines honestos daret, sublatum esse in crucem dixerunt. 14. Credent omnes [z] v. et XXX. tribus homini gravissimo

[p] *Judices senatores.* [q] *Evadat ex judicio severo.*

2 Leid. *actore.*—3 Idem Ms. *se jam tamen.*—4 Lamb. *retinuisse.*—5 Huyd.

NOTÆ

[p] *Usque dum per me*] Id est, usque dum effeci ut in publicam custodiam traderentur, quos apud se detinuit.

[q] *In illo majestatis judicio*] Judicium majestatis ad populum tantum pertinebat (penes quem summa erat auctoritas) vitam hostibus concedere, vel pœnis reos afficere: quare populi majestatem imminuebat qui privatus aut vitam dabat, aut captivos detinebat.

[r] *Ex hoc quoque evaserit*] Nempe peculatus judicio.

[s] *Proficiscar eo*] Id est, appellabo Verrem ad populi judicium.

[t] *Me vocat populus*] Semetipsum intelligit Cicero, qui a populo Romano ædilis est factus, ut libertatem ejus tueatur.

[u] *De jure libertatis et civitatis*] De jure civium loquitur, qui vere sunt cives, et non eorum, qui se pro civibus gerunt.

[x] *Quæstiones*] Per quæstiones equuleos, et ea pœnæ instrumenta, quibus rei subjiciuntur veritatis exprimendæ causa, significat.

[y] *Qui cognitores*] Cognitores hic vocat, qui cognoscunt statum illius de quo agitur.

[z] *Credent omnes*] Tribuum apud Rom. primus auctor Romulus fuit, qui in tres partes totum populum divisit, singulis præclaro aliquo viro præposito; sed aucto populo, quatuor postea, deinde quindecim, ac demum A. U. C. 512. quinque et triginta institutæ sunt; qui numerus integer

atque ornatissimo M. Annio,[7] qui, se præsente, civem Romanum securi percussum esse dixit. Audietur a populo Romano vir primarius, eques Romanus, L. Flavius, qui suum familiarem Herennium, negotiatorem ex Africa, cum eum[8] Syracusis amplius centum[r] cives Romani cognoscerent, lacrymantesque defenderent, pro testimonio dixit, securi esse percussum. Probabit[9] fidem, et auctoritatem, et religionem suam[a] L. Suetius,[10] homo omnibus ornamentis præditus, qui juratus apud vos dixit, multos cives Romanos in lautumiis[b] istius imperio crudelissime per vim morte esse mulctatos. [*p.* 79.] Hanc ego causam cum agam beneficio populi Romani, de[11] loco superiore,[c] non vereor, ne aut istum vis ulla ex[12] populi Romani suffragiis eripere, aut a me ullum munus[d] ædilitatis amplius aut gratius[13] populo Romano esse possit.

VI. 15. Quapropter omnes in hoc judicio conentur omnia: nihil est jam, quod in hac causa peccare quisquam, judices,[14] nisi vestro periculo, possit. Mea quidem ratio, cum in præteritis rebus[e] est cognita, tum[15] in reliquis[f] explorata[s] atque provisa est. Ego meum studium in rem-

[r] *Quam centum.* [s] *Probata.*

sane in sua cons.—6 Al. *nostra.*—7 Mein. *M. Antonio.*—8 *Eum* in Leid. et Huyd. deest.—9 Lamb. *Probavit.*—10 *L. Senestius* Leid. *L. Succius* Huyd. *L. Suetonius* Ms. ap. Lamb.—11 Harles. omisit *de.*—12 Mein. caret præpositione.—13 Edd. nonnullæ *gravius.*

NOTÆ

usque ad extrema reipub. tempora perduravit. Hæ porro tribus in judicio pop. Rom. reum suffragiis suis vel damnabant, vel absolvebant.

[a] *Religionem suam*] Religiosi testes habebantur, quia jurati testimonium dicebant.

[b] *In lautumiis*] Lautumiæ proprio vocabulo ea loca sunt, ex quibus lapides ad usum hominum excisi sunt. Has lautumias Syracusani instar carceris habebant.

[c] *Beneficio populi Romani, de loco superiore*] Indicat quod, cum ædilis factus fuerit pop. Rom. suffragio, hanc causam aget in rostris, ubi tantum magistratibus licet ad pop. agere.

[d] *Ullum munus*] Ædiles ludos publicos curabant: alludens autem ad illud munus ait nullo se functurum ædilitio munere gratiore pop. Rom. quam hoc suum accusatoris officium præstando.

[e] *In præteritis rebus*] Quæ ad accusationem comparandam pertinebant.

[f] *In reliquis*] Quæ pertinebunt ad convincendum.

publicam jam illo tempore[16] ostendi, cum longo intervallo veterem consuetudinem[g] retuli, et rogatu sociorum atque amicorum populi Romani, meorum autem necessariorum, nomen hominis audacissimi detuli. Quod meum factum lectissimi viri atque ornatissimi (quo in numero[17] e vobis complures fuere,) ita probarunt, ut ei, qui istius quæstor[h] fuisset, et ab isto læsus inimicitias justas persequeretur, non modo deferendi nominis, sed ne subscribendi quidem, cum id postularet, facerent[t] potestatem. 16. In Siciliam sum inquirendi causa[i] profectus: quo in negotio industriam meam celeritas reditionis,[u k] diligentiam multitudo literarum et testium declaravit; pudorem vero ac religionem, quod, cum venissem senator ad socios populi Romani, qui in ea provincia quæstor fuissem, ad hospites meos ac necessarios causæ communis defensor deverti[18] potius, quam ad eos, qui a me auxilium petivissent. Nemini meus adventus labori aut sumtui neque publice neque privatim[19] fuit. Vim in inquirendo[20] tantam habui, quantam mihi lex dabat;[l] non quantam habere poteram istorum studio, quos iste vexarat. 17. Romam ut ex Sicilia redii, cum iste, atque istius amici, homines lauti[x] et urbani, sermones hujuscemodi dissipassent,[y] quo animos testium retardarent, me magna pecunia a vera accusatione esse deductum; tam-

[t] *Darent.* [u] *Reditus.*
[x] *Elegantes.* [y] *Divulgassent.*

Cap. vi. 14 Leid. *judicium.*—15 Idem Ms. *tamen.*—16 Ursinus conj. *jam tum illo temp.* quia in libro vet. scriptum, *tantum illo temp.* Assentiuntur Muretus et Gruter.—17 Vetus codex Lambini *quo e num.*—18 Al. *diverti.*—19 Leid. *private.*—20 Guelf. et edd. Rom. Brix. Med. omittunt *in.* Pro

NOTÆ

[g] *Veterem consuetudinem*] Accusandi nempe: nam primum accusarunt viri gravissimi, tum adolescentes imperiti: hanc autem ætatem prætervectus Cicero fuerat: quam intermissam retulit Verrem accusando.

[h] *Qui istius quæstor*] Q. Cæcilius Verris quæstor fuit in Sicilia.

[i] *Inquirendi causa*] Nempe de Verris criminibus.

[k] *Celeritas reditionis*] Quinquaginta diebus totam Siciliam peragravit: licet ad id centum ipsi dati essent.

[l] *Lex dabat*] Secundum legem impositam et præscriptam a prætore potuit tantum repetundarum Verrem accusare: nam de furtis, non de flagitiis aliis inquirendi potestas fuit.

etsi probabatur[z] nemini, quod et ex Sicilia testes erant ii, qui quæstorem me in provincia cognoverant, et hinc[m] homines maxime illustres, qui, ut ipsi noti sunt, sic nostrum[3] unumquemque optime norunt: tamen usque eo timui, ne quis[4] de mea fide atque integritate dubitaret, donec ad rejiciendos judices[n] venimus. VII. Sciebam in rejiciendis judicibus nonnullos, memoria nostra,[z] pactionis suspicionem[o] non vitasse, cum ipsa in accusatione,[5] eorum industria ac diligentia probaretur. 18. Ita rejeci[6] judices, ut hoc constet, post hunc statum reipublicæ,[p] quo nunc utimur,[7] simili splendore[q] et dignitate consilium nullum fuisse. Quam iste laudem[r] communem, ait, sibi[8] esse mecum; qui cum P. Galbam[s] judicem[9] rejecisset, M. Lucretium retinuit; et, cum ejus patronus[t] ex eo quæreret, cur suos familiarissimos, Sex. Peducæum, Q. Considium, Q. Junium[10] rejici passus esset; respondit, quod eos in judicando nimium sui juris[u] sententiæque cognosceret.[11]

[z] *Tempore nostro.*

inquirendo Leid. habet *quærendo.*—1 Huyd. *dabit.*—2 '*Probabatur*] Refertur ad sermones proprie, unde legendum videtur *probabantur.* In vulgata intelligendum *res, id,* quod certe durius est.' *Ern.*—3 Al. *vestrum.*—4 Huyd. *ne quisquis.*

CAP. VII. 5 Quædam edd. vett. *in ipsa acc.*—6 Franc. 1. et Mein. *rejecti,* scil. sunt.—7 Gulielm. conj. *nitimur.*—8 Steph. et Lamb. *sibi ait.*—9 Huyd. *judices.*—10 Cujac. *Q. Vivium.* Grut. conj. *Q. Vinium.*—11 Lamb. e conj. Steph. *cognoscet,* edidit *cognosset.* Rursus conjecit Ern. cujus suspicionem

NOTÆ

[m] *Et hinc*] Id est, ex parte Verris.

[n] *Ad rejiciendos judices*] Rejectio judicum facta fuit non ante contentionem de accusatore constituendo, sed post Ciceronis reditum e Sicilia.

[o] *Pactionis suspicionem*] Id est, convenerant cum reo de prævaricatione facienda: et revera prævaricatores habiti sunt.

[p] *Post hunc statum reipublicæ*] Nempe ab annis decem, ex quibus Sylla vicit, et senatus judicat.

[q] *Simili splendore*] Brevi laudatione sibi conciliat judices.

[r] *Quam laudem*] In judicibus rejiciendis.

[s] *Qui cum P. Galbam*] Laudem hanc rejiciendi judices sibi cum Verre communem fuisse negat: nam hunc Galbam rejecit virum integerrimum, et retinuit M. Lucretium virum corruptum, quem Cicero rejecit.

[t] *Ejus patronus*] Hortensius.

[u] *Nimium sui juris*] Sui juris et sententiæ dicuntur quia nimia severitate jus suum et sententiam suam tuebantur, adeoque ipsi Verri non favebant.

19. Itaque judicibus rejectis, sperabam, jam onus meum [x] vobiscum esse commune: putabam non solum notis,[y] sed etiam ignotis probatam meam fidem esse et diligentiam: quod me non fefellit. Nam comitiis meis,[z] cum iste infinita largitione contra me uteretur, populus Romanus judicavit, istius pecuniam, quæ apud me contra fidem meam nihil potuisset, apud se contra honorem meum nihil posse debere. Quo quidem die,[a] primum judices citati in hunc reum consedistis, quis tam inimicus [12] huic ordini fuit, quis tam novarum rerum, judiciorum, judicumque cupidus, qui non conspectu consessuque [13] vestro commoveretur? 20. [*p.* 80.] Cum in eo vestra mihi dignitas fructum diligentiæ [b] referret; id sum assecutus, ut una hora, qua cœpi dicere, reo audaci,[c] pecunioso,[d] profuso,[e] perdito,[f] spem judicii corrumpendi præciderem; ut primo die [g] testium tanto numero citato populus Romanus judicaret, ipso absoluto rempublicam stare non posse; ut alter dies amicis istius ac defensoribus non modo spem victoriæ, sed etiam voluntatem defensionis auferret; ut tertius dies sic hominem prosterneret, ut, morbo simulato, non, quid responderet, sed, quemadmodum non responderet, deliberaret: [14] deinde reliquis diebus,[h] his criminibus, his testibus, et urbanis, et

receperunt Schutz. et Orell.—12 Mss. nonnulli, teste Lamb. *iniquus.*—13 Pro *conspectu* Ms. ap. Lamb. habet *aspectu;* et pro *consessuque* ψ, Huyd. *consensuque.*—14 Huyd. *responderent bis:* dein etiam *deliberarent.*

NOTÆ

[x] *Onus meum*] Dicit onus commune sibi et judicibus esse. Nam si suspectus est Cicero, suspecti quoque debent esse, quos retinuit.

[y] *Notis*] Notos eos dicit qui et se cognoscunt, et ignotos, qui non cognoscunt.

[z] *Comitiis meis*] Comitia sua dicit in quibus ædilis factus est.

[a] *Quo quidem die*] Nonis Sextilibus hora non judices convenerunt ad judicium contra Verrem.

[b] *Fructum diligentiæ*] In judicibus rejiciendis patefecit suæ diligentiæ fructum.

[c] *Reo audaci*] Audacem vocat, quia corrumpere judices pecunia voluerat.

[d] *Pecunioso*] Propter furta sua multam pecuniam Verres confecerat.

[e] *Profuso*] Largitionibus faciendis profusus fuit, ut judicium declinaret.

[f] *Perdito*] Verres nulli rei parcebat, modo judices corrumperet.

[g] *Primo die*] Multos dies producendis testibus, et tabulis tractandis consumsit.

[h] *Reliquis diebus*] Nam multis diebus accusatus est, postquam testes

provincialibus sic obrutus atque oppressus est, ut his ludorum diebus[i] interpositis, nemo istum comperendinatum,[k] sed condemnatum judicaret. VIII. 21. Quapropter ego, quod ad me attinet, judices, vici; non enim spolia C. Verris, sed existimationem populi Romani concupivi. Meum fuit cum causa[l] accedere ad accusandum: quæ causa fuit justior,[15] quam a tam illustri provincia defensorem constitui et deligi? reipublicæ consulere:[16] quid jam reipublicæ honestius, quam in tanta invidia judiciorum adducere hominem, cujus damnatione totus ordo[m] cum populo Romano et in laude et in gratia possit esse? ostendere ac persuadere, hominem nocentem adductum esse:[17] quis est in populo Romano, qui hoc non ex priore actione abstulerit,[a] omnium ante damnatorum scelera, furta, flagitia, si in unum locum conferantur, vix cum hujus parva parte æquari conferrique posse? 22. Vos, quod ad vestram famam, existimationem, salutemque communem pertinet, judices, prospicite atque consulite. Splendor vester facit, ut peccare sine summo reipublicæ detrimento ac periculo non possitis. Non enim potest sperare populus Romanus, esse alios in senatu, qui recte possint judicare, vos si non potueritis. Necesse est, cum de toto ordine desperarit, aliud

[a] *Crediderit.*

CAP. VIII. 15 Pro *justior* quidam Mss. habent *illustrior;* alii *honestior.*— 16 Franc. 1. *deligi, reipublicæ cons.* prob. Græv. In Huyd. *consulerem.* Post *consulere* vulgo nota interrogationis ponitur. Tum in Franc. 1. deest *jam.*— 17 Post *adductum esse* quoque vulgo inseritur signum interrogandi.—

NOTÆ

producti sunt.

[i] *His ludorum diebus*] Votivos et Romanos intelligit, de quibus dictum est in orat. superiori § 31. nott. [y z].

[k] *Comperendinatum*] Comperendinare est procrastinare, et diem de die ducere. Comperendinati rei dici possunt esse, qui non plane absoluti sunt, sed veluti vadimonio quodam obstricti sunt, vel quia nondum satis comperta crimina sunt, vel quia non satis se probarunt innocentes.

[l] *Cum causa*] Asserit se neque ingenii causa ut adolescentes, neque lucri cupiditate ut quadruplatores, sed reipub. gratia ut civem bonum Verrem accusare.

[m] *Totus ordo*] Senatorius ordo potest redire in gratiam cum tota repub. si Verrem condemnet; aberit enim ab eo tunc omnis corruptionis suspicio.

genus hominum[n] atque aliam rationem judiciorum requirat. Hoc si vobis ideo levius videtur, quod putatis onus esse grave et incommodum, judicare: intelligere debetis, primum interesse, utrum id onus[o] vosmet ipsi rejeceritis;[b 18] an, quod probare populo Romano fidem vestram et religionem non potueritis, eo[c] vobis judicandi potestas erepta sit. Deinde etiam illud cogitate,[19] quanto periculo venturi simus ad eos judices, quos propter odium vestri populus Romanus de vobis[20] voluerit judicare. 23. Verum vobis dicam id,[1] quod intellexi, judices: homines scitote esse quosdam, quos tantum odium vestri ordinis[2] teneat, ut hoc palam jam dictitent, se istum, quem sciant esse hominem improbissimum, hoc uno nomine absolvi velle, ut ab senatu judicia per ignominiam turpitudinemque auferantur. Hæc me,[3] judices, pluribus verbis vobiscum agere coëgit non timor meus de vestra fide, sed spes illorum nova,[p] quæ cum Verrem a porta[q] subito ad judicium retraxisset, nonnulli suspicati sunt non sine causa illius consilium tam repente esse mutatum.

IX. 24. Nunc, ne[4] novo querimoniæ genere[r] uti possit Hortensius, et ea[5] dicere, opprimi reum,[d] de quo nihil dicat accusator; nihil esse tam periculosum fortunis innocentium,

[b] *Deposueritis.* [c] *Ea de causa.*
[d] *Accusari injuste.*

18 Leid. *relegeritis.*—19 Franc. 1. Ven. 1480. et Junt. *cogitare*, subintell. *debetis.* Dein Huyd. *venturi sumus.*—20 Al. *nobis.*—1 Huyd. caret *id.*—2 Al. *nostri ord.* Tum Huyd. *tenet.*—3 Post *me* ψ, Huyd. Mein. Ven. 1483. Junt. addunt *res.*

CAP. IX. 4 Huyd. caret *ne.*—5 Aut deleri *ea*, aut *ita* scribi jubet Ern.

NOTÆ

[n] *Aliud genus hominum*] Equites Romanos intelligit, qui ante Syllam soli judicabant.

[o] *Id onus*] Judicare grave onus est, quia displicere multis oportet.

[p] *Spes illorum nova*] Sperabant nempe, quod post primam actionem judices corrumperentur.

[q] *A porta*] Fingit in exilium profectum Verrem fuisse, sed abeuntem fuisse statim revocatum.

[r] *Ne novo querimoniæ genere*] Oratione perpetua in prima actione non est usus Cicero: sed testes et tabulas produxit per multos dies contra Verrem, quare Hortensio Verrem defendendi potestatem eripuit. Nam cum nihil dixisset accusator, nihil respondere patronus poterat.

quam tacere adversarios; et ne aliter, quam ego[s] velim, meum laudet ingenium, cum dicat, me, si multa dixissem, sublevaturum fuisse eum, quem contra dicerem; quia non dixerim, perdidisse; morem illi geram: utar oratione perpetua; non quoniam hoc sit[6] necesse; verum ut experiar, utrum ille ferat molestius, me[7] tunc tacuisse, an nunc dicere. 25. Hic tu fortasse eris diligens,[t] ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam: nisi omni tempore, quod mihi lege concessum est, abusus ero,[e] querere: Deum[8] atque hominum fidem implorabis: [*p.* 81.] circumveniri C. Verrem, quod accusator nolit tamdiu, quamdiu liceat, dicere. Quod mihi lex mea causa det,[9] eo mihi non[10] uti non licebit? Nam accusandi mihi tempus mea causa datum est, ut possem[11] oratione mea crimina causamque explicare. Hoc si non utor, non tibi injuriam facio, sed de meo jure[12] aliquid et commodo detraho.[f] Causam enim, inquit, cognosci oportet. Ea re quidem, quod aliter condemnari reus, quamvis sit nocens, non potest. Id igitur tu moleste tulisti, a me aliquid factum esse, quo minus iste condemnari posset? Nam causa cognita multi possunt absolvi: incognita quidem, condemnari nemo potest. 26. Adimo enim comperendinatum.[13 u] Quod habet lex in se

[e] *Usus ero omnino.* [f] *Diminuo.*

Et ita dic. edidit Schutz.—6 Lamb. *non quod hoc sit.*—7 Huyd. omittit *me.*—8 Græv. e Franc. 1. addidit *protinus* ante *Deum.*—9 Ascon. et Schutz. *dedit*, prob. Ern.—10 Mein. Crat. Steph. carent *non* ante *uti.* Vid. Nott. Varr.—11 Huyd. *possim.*—12 Huyd. *si de meo jure.*—13 Post *comperendina-*

NOTÆ

[s] *Aliter quam ego*] Laudare quidem poterat Hortensius Ciceronem, sed tanquam astutum et callidum hominem.

[t] *Eris diligens*] Convertit se ad Hortensium, ostenditque se cogi non posse, ut oratione perpetua et omnibus horis suis, id est diebus, si uti nolit, utatur.

[u] *Adimo comperendinatum*] Cicero vult ut iterum agendæ causæ molestia sublevetur. Comperendinatio autem, seu comperendinatus, ab ampliatione differt, quod in lege comperendinationis numerus actionum duarum præstitutus esset; ampliationis nullus esset numerus certus: præterea in ampliatione judicari primo poterat, in comperendinatione non nisi post secundam actionem. Vide § 20. not. [i].

molestissimum, bis ut causa dicatur, id aut[14] mea causa potius est constitutum, quam tua, aut nihilo tua potius, quam mea. Nam si bis dicere est commodum, certe utriusque commune est. Si eum, qui posterius dixit, opus[g] est redargui; accusatoris causa, ut bis ageretur, constitutum est. Verum, ut opinor, Glaucia[x] primus tulit, ut comperendinaretur reus: antea vel judicari primo poterat, vel 'Amplius' pronuntiari. Utram igitur putas legem molliorem?[15] opinor illam veterem, qua vel cito absolvi,[h] vel tarde condemnari licebat.[16] Ego tibi illam Aciliam legem[y] restituo, qua lege multi semel accusati,[17][z] semel dicta causa, semel auditis testibus, condemnati sunt, nequaquam tam manifestis, neque tantis criminibus, quantis tu convinceris. Puta[18] te non hac tam atroci,[a] sed illa lege mitissima[b] causam dicere. Accusabo: respondebis. Testibus editis, ita mittam in consilium,[c] ut, etiamsi lex[19] ampliandi faciat potestatem, tamen[20] isti turpe sibi existiment, non primo judicare. X. 27. Verum, si causam cognosci opus est, parumne cognita est? dissimulamus, Hortensi, quod sæpe experti in dicendo sumus.[1] Quis nos magnopere attendit unquam, in hoc quidem genere causarum,[d] ubi

[g] *Utile.* [h] *Judicari.*

tum, vulgo comma ponitur.—14 ψ et Mein. *quod autem.* Beck. delevit *quod:* Orell. uncis inclusit. Schutz. et Harles. *id aut.* Vulg. *quod aut.*—15 Mein. *meliorem.*—16 Pro *licebat* Franc. 1. habet *poterat.* Dein pro *Aciliam* Hotom. corrigi jubet *antiquam* vel *Cæciliam.*—17 Mein. *sæpe accus.*—18 Huyd. *Puto.*—19 Huyd. *etiam lex.*—20 Idem Ms. *tam.*

NOTÆ

[x] *Glaucia*] C. Servilius Glaucia prætor fuit, cujus auctoritate usus est Saturninus in illa seditione, propter quam in curia interfectus est.

[y] *Aciliam legem*] De hac lege dictum est in Proœm. § 51. not. [e].

[z] *Multi semel accusati*] Cum unam haberet actionem lex illa, multi vel condemnabantur vel absolvebantur, non satis cognita causa.

[a] *Tam atroci*] Legem Corneliam intelligit, quæ atrox idcirco dicitur, quia cognosci crimina multis amplificationibus jubebat: condemnari autem, nisi causa diligentissime cognita, nemo poterat.

[b] *Lege mitissima*] Acilia.

[c] *Mittam in consilium*] Mittere judices in consilium, est dimittere judices ad sententiam dicendam, ubi, allatis omnibus argumentis, orator pronuntiavit, Dixi. Hæc Appianus.

[d] *In hoc genere causarum*] Loquitur de causis quæ pendent ex conjectura; aut quæ de repetundis agunt.

aliquid ereptum, aut ablatum a quopiam [2] dicitur? nonne aut in tabulis, aut in testibus omnis expectatio judicum est? Dixi prima actione, me planum esse facturum,[i] C. Verrem H-S [e] quadringenties [3] contra legem abstulisse. Quid? hoc planius egissem, si ita narrassem? Dio quidam fuit Halesinus, qui, cum ejus filio, prætore Sacerdote,[4 f] hæreditas a propinquo permagna venisset, nihil habuit [5] neque negotii, neque controversiæ. Verres, simulac tetigit provinciam, statim Messanam [6] literas dedit; Dionem evocavit; calumniatores ex sinu suo [k] apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ [g] commissam [h] esse dicerent: hac de re ostendit seipsum cogniturum. 28. Possum deinceps totam rem explicare; deinde ad extremum id, quod accidit, dicere; Dionem H-S decies [7] [i] centena millia numerasse, ut causam certissimam obtineret; præterea greges equarum ejus istum abigendos curasse;[k] argenti vestisque stragulæ [l] quod fuerit, curasse auferendum. Hæc neque cum ego dicerem, neque cum tu negares, magni momenti [m] nostra esset ratio. Quo tempore igitur aures judex erigeret, animumque attenderet? cum Dio ipse prodiret, cum ceteri, qui tum in Sicilia negotiis Dionis interfuissent; cum per eos

[i] *Me ostensurum clare.* [k] *Ex sua domo.*

CAP. X. 1 Al. *in dic. exp. sumus.*—2 Quædam edd. vett. *abl. quoip.* Mein. *oblatum cuipiam: ψ abl. cuipiam.*—3 *ψ quadringenties millia.*—4 Lamb. *C. Sac. præt.* Schutz. *præt. C. Sac.*—5 Post *habuit* Leid. Steph. Lamb. Schutz. et Orell. addunt *tum.*—6 *Messana* duo Pariss. Augustin. Paullus et Ald. Manutii, Hotom. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—7 *ψ* et Huyd. *SS. decies.* [i] *Decies*] In II. 7. *undecies* bis, unde alterutrum locum emendari voluerunt.

NOTÆ

[e] *H-S.*] Quadringenties, id est quadringenties centena millia sestertiorum, quæ quatuor milliones nostros efficiunt.

[f] *Prætore Sacerdote*] Sacerdos ante Verrem prætor fuit in Sicilia.

[g] *Veneri Erycinæ*] Venus Erycina dicta est ab Eryce monte Siciliæ, ubi ei Æneas templum construxit.

[h] *Commissam*] Commissa ea hæreditas dicitur, in qua id commissum est, quare alteri debeatur.

[i] *H-S. decies*] Id est, decies centena millia sestertiorum, quæ centum mille libris nostratibus respondent.

[k] *Abigendos curasse*] Abigunt qui pecora ex pascuis vel ex armentis subtrahunt.

[l] *Vestisque stragulæ*] Vide orat. pro Rosc. Am. § 133. not. [x].

[m] *Magni momenti*] Nempe ad persuadendos judices.

ipsos dies, per quos causam Dio diceret, reperiretur pecunias sumsisse mutuas; nomina [l] sua exegisse,[8] prædia vendidisse; cum tabulæ virorum bonorum proferrentur; cum, qui pecuniam Dioni dederunt, dicerent se jam tum audisse, eo [m] nummos [9] sumi, ut Verri darentur; cum amici, hospites, patroni Dionis, homines honestissimi,[10] hæc eadem se audisse dicerent. 29. [*p.* 82.] Opinor, cum hæc fierent, tum vos audiretis, sicut audistis; tum causa agi videretur.[11] Sic a me sunt acta omnia priore actione, ut in criminibus omnibus [12] nullum esset, in quo quisquam vestrum perpetuam accusationem requireret. Nego esse [13] quicquam a testibus dictum, quod aut vestrum cuipiam [14] esset obscurum, aut cujusquam oratoris eloquentiam quæreret. XI. Etenim sic me ipsum egisse memoria tenetis, ut in testibus interrogandis omnia crimina proponerem, et explicarem, ut, cum rem totam in medio proposuissem,[15] tum denique testem interrogarem. Itaque non modo vos, quibus est judicandum, nostra crimina [16] tenetis, sed etiam populus Romanus [n] totam accusationem causamque cognovit: tametsi ita de meo facto loquor, quasi ego illud mea voluntate potius, quam vestra injuria adductus fecerim. 30. Interposuistis accusatorem,[o] qui, cum ego mihi C. et X. dies solos in Siciliam postulassem,[p] C. et VIII.[q] sibi in Achaiam [17] pos-

[l] *Debita.* [m] *Ea de causa.*

Sed vide infra.' *Beck.*—8 ψ *mutuas; non a sua exeg.*—9 Al. *eos nummos.*—10 Huyd. *hominis hon.*—11 *Agi vere vid.* Franc. 1. Guelf. duo Pariss. Steph. Lamb. et Græv.—12 Lamb. *ut ex crim.* Leid. Steph. omittunt *omnibus.*—13 Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *requirat.* Tum vulg. *Nego ego esse.* Pronomen *ego* non est in Guelf. et edd. pr. itaque Ern. delevit: id omittunt quoque Huyd. Mein. Beck. Schutz. et Orell.—14 Heindorf. Nat. Deor. p. 290. vult *cuiquam.*

CAP. XI. 15 Al. *posuissem.*—16 Pro *crimina* Huyd. habet *omnia.*—17 Huyd.

NOTÆ

[n] *Sed etiam populus Romanus*] Qui stabat circum subsellia.

[o] *Interposuistis accusatorem*] Aliis Rupilium placet seu Oppium a Verre suppositum; aliis Rupilium accusatorem, et Oppium reum; aliis Q. Metellum Nepotem accusatorem, et Curionem reum fuisse.

[p] *In Siciliam postulassem*] Centum et decem dies ad lustrandam Siciliam petierat Cicero, ut de Verris actionibus inquireret.

[q] *C. et VIII.*] Sic lege constituerant prætores, ut si intra centum et octo

tularet. Menses mihi tres [r] cum eripuissetis ad agendum maxime appositos, reliquum omne tempus hujus anni me vobis remissurum [s] putastis: ut, cum horis nostris [t] nos [18] essemus usi, tu, binis ludis [u] interpositis, quadragesimo post [19] die responderes; deinde ita tempus duceretur,[n] ut a M' Glabrione prætore, et a magna parte horum judicum, ad prætorem alium [x] judicesque alios veniremus. 31. Hæc [20] si ego non vidissem; si me non omnes noti ignotique monuissent, id agi, id cogitari, in eo laborari,[1] ut res in illud tempus [2] rejiceretur, credo, si meis horis in accusando uti voluissem, vererer, ne mihi crimina non suppeterent; [y] ne oratio deesset; ne vox [3] viresque deficerent; ne, quem nemo prima actione defendere ausus esset, eum ego bis accusare non possem. Ego meum consilium tum judicibus,[4] tum populo Romano probavi. Nemo est, qui alia ratione istorum injuriæ atque impudentiæ [5] potuisse obsisti arbitretur. Etenim qua stultitia fuissem,[o] si, quam diem, qui istum eripiendum redemerunt,[z] in cautione viderunt, cum ita caverent,[a] 'Si post kalendas Jan. in con-

[n] *Produceretur.* [o] *Quam stultus fuissem.*

---

in Sicilia; et mox *in Achaia;* ψ *Achaia,* omissa præpositione.—18 Pro *nos* Leid. habet *non.*—19 Leid. caret *post.*—20 Huyd. Mein. Leid. Ven. 1483. Junt. Steph. Lamb. et Orell. *Hoc.*—1 Al. *elaborari.*—2 Schutz. e conj. Ern. *in aliud tempus.*—3 Lamb. *ne me vox.*—4 Steph. Lamb. *cum jud.* Mox post

NOTÆ

dies ille inquisitor Achaicus rediisset, priore loco diceret, et ita factum est, ut prope menses tres Ciceroni eriperentur.

[r] *Menses mihi tres*] Maius, Junius, et Quintilis erepti fuissent Ciceroni; nonis enim Sextilibus agi hæc causa cœpta est.

[s] *Remissurum*] Sine accusatione traducturum.

[t] *Horis nostris*] Id est viginti diebus; tot enim dabantur ad accusandum legitimi, et tot ad respondendum defensori.

[u] *Binis ludis*] Vide superiorem orationem § 31. nott. [y] [z].

[x] *Ad prætorem alium*] Metellum prætorem designatum.

[y] *Crimina non suppeterent*] Criminibus Verris enumerandis non suppetit tempus Ciceroni.

[z] *Eripiendum redemerunt*] Id est, qui certa pactione recepernnt se judices corruptnros. Fingit autem se rescivisse pactionem Verris amicorum, qui in se susceperant procurationem corrumpendi judices, et Verrem liberandi, si post Kalendas Januarias de Verre judicaretur.

[a] *Ita caverent*] Id est, ea se lege obligarent.

silium iretur;' in eam diem ego, cum potuissem vitare, incidissem? 32. Nunc mihi temporis ejus, quod mihi ad dicendum datur, quoniam in animo[6] est causam omnem exponere, habenda ratio est diligenter. XII. Itaque primum illum actum istius vitæ[7] turpissimum et flagitiosissimum prætermittam. Nihil a me de pueritiæ suæ flagitiis peccatisque[8] audiet, nihil ex illa impura adolescentia sua: quæ qualis fuerit, aut meministis, aut ex eo,[9b] quem sui simillimum produxit,[10] recognoscere potestis. Omnia præteribo, quæ mihi turpia dictu videbuntur; neque solum, quid istum audire, verum etiam, quid me deceat dicere, considerabo. Vos, quæso, date hoc,[11] et concedite pudori meo, ut aliquam partem de istius impudentia reticere possim. 33. Omne illud tempus, quod fuit, antequam iste ad magistratus remque publicam accessit, habeat per me solutum ac liberum. Sileatur de nocturnis ejus bacchationibus[p] ac vigiliis; lenonum, aleatorum, perductorum[12c] nulla mentio fiat; damna,[d] dedecora, quæ res patris ejus, ætas ipsius pertulit,[13] prætereantur: lucretur[e] indicia veteris infamiæ; patiatur[14] ejus vita reliqua, me hanc tantam jacturam criminum facere. 34. Quæstor[f] Cn. Papirio[g] consuli[15] fuisti abhinc annos qua-

[p] *Ebrietatibus.*

ratione Leid. addit *putet.*—5 Huyd. *injuriæque imp.*—6 Leid. *quoniam mihi in animo.*

CAP. XII. 7 *Vitæ* in Leid. deest.—8 *Peccatisque* omittunt Leid. Steph. Lamb. Grut. *Peccatis flagitiisque* conj. Schutz.—9 Ascon. Lamb. et Beck. *ex isto.*—10 ψ *induxit.*—11 Huyd. *date hæc.*—12 Leid. *perditorum.* 'Male Lamb. cum ed. vet. Ascon. *productorum.*' Beck.—13 Pal. 1. a manu emendatrice *quæ rem patris ejus, ætatem ipsius perculit,* non improb. Grut.—14 Schutz.

NOTÆ

[b] *Ex eo*] Indicat Verris filium, qui aderat in hoc judicio.

[c] *Perductorum*] Perductores dicuntur, qui vel invitas etiam personas pollicitationibus et suasionibus ad stuprum perducunt.

[d] *Damna*] Damna ad patrem, dedecora ad filium pertinent.

[e] *Lucretur*] Id est, non commemorentur a me indicia veteris infamiæ, quæ si proferrentur, veterem ejus infamiam videretis.

[f] *Quæstor*] Quæstura primus fuit honoris gradus, cujus annus legitimus erat tertius et trigesimus. Quæstoribus ex ærario dabatur pecunia in stipendium militum, et aliorum, qui variis muneribus, vel in provincia vel in exercitu defungebantur.

[g] *Cn. Papirio*] Alterum Papirii

tuordecim. Ex ea die ad hanc diem quæ fecisti, in judicium voco. Hora nulla vacua a furto, scelere, crudelitate,[16] flagitio reperietur. Hi sunt anni consumti in quæstura, et legatione Asiatica, et prætura urbana, et prætura Siciliensi. Quare hæc eadem erit quadripartita distributio totius accusationis meæ.

XIII. Quæstor ex senatusconsulto provinciam sortitus es. Obtigit tibi consularis,[h] ut cum consule[i] Cn. [*p.* 83.] Carbone esses, eamque provinciam obtineres. Erat tum dissensio civium;[k] de qua nihil sum dicturus, quid sentire debueris: unum hoc dico, in ejusmodi tempore ac sorte[l] statuere te debuisse, utrum malles[m] sentire atque defendere. Carbo graviter ferebat, sibi quæstorem obtigisse, hominem singulari luxuria atque inertia: verumtamen ornabat eum beneficiis omnibus.[17] Ne diutius teneam; pecunia attributa,[q n] numerata est: profectus est quæstor in provinciam: venit in Galliam expectatus ad exercitum consularem cum pecunia. Simulac primum ei occasio visa est, (cognoscite hominis principium magistratuum gerendorum et reipublicæ administrandæ,) aversa pecunia

[q] *Assignata.*

conj. *patietur*, et Orell. *patitur.*—15 Mein. et Schutz. *consule.*—16 *A furto, a scel.* Mein. Ven. 1483. Junt. Crat. Vict. Manut. Tum Mein. *a crudelitate.*

CAP. XIII. 17 *Ben. officiisque omn.* Franc. 1. Naug. Victor. Grut. Græv.

NOTÆ

Carbonis consulatum significat, quem cum L. Cornelio Cinna annos abhinc tredecim gessit.

[h] *Consularis*] Provinciæ aliæ erant consulares, aliæ prætoriæ. Consulares, quas vel consules, vel consulares homines biennium; prætoriæ, quas prætores unum annum obtinebant.

[i] *Consule*] Scipio consul fuit inter secundum et tertium Carbonis consulatum.

[k] *Dissensio civium*] Dissensio fuit inter cives Romanos propter civile bellum, quod A. U. C. 662. exortum est Syllam inter et Marium; alii enim alium secuti sunt.

[l] *Ac sorte*] Sorte Verri Gallia Carbonis provincia obtigit.

[m] *Utrum malles*] Id est, utrum deberes sortem violare, et relicto Carbone, ad Syllanos transire, an vero Carbonem defendere.

[n] *Pecunia attributa*] Pecunia dicitur attributa, quæ a tribunis ærariis de ærario quæstori numerabatur ad stipendium militum.

publica; quæstor consulem, exercitum, sortem [18] provinciamque deseruit. 35. Video quid egerim: erigit se: sperat, sibi auram posse aliquam[o] afflari, in hoc crimine, voluntatis assensionisque [19] eorum,[p] quibus Cn. Carbonis mortui nomen odio sit; quibus illam relictionem [20] proditionemque consulis sui gratam sperat fore. Quasi vero id cupiditate defendendæ nobilitatis,[q] aut studio partium fecerit, ac non apertissime consulem, exercitum, provinciamque compilarit,[r] et propter impudentissimum furtum aufugerit. Est enim [1] obscurum, et ejusmodi factum ejus, ut possit aliquis suspicari, C. Verrem, quod ferre [2] novos homines[r] non potuerit, ad nobilitatem, hoc est, ad suos [3 s] transisse; nihil fecisse propter pecuniam. 36. Videamus, rationes quemadmodum retulerit. Jam ipse ostendet,[4] quamobrem Cn. Carbonem reliquerit: jam se ipse indicabit. XIV. Primum brevitatem cognoscite. 'Accepi,' inquit,[t] 'vicies ducenta[u] triginta quinque millia [5] quadringentos XVII.[x] nummos. Dedi stipendio,[y] frumento, lega-

[r] *Vastaverit.*

Oliv. et Lall.—18 *Sortem* abest a ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Vict. Manut.—19 Pro *assensionisque*, ψ, Gnelf. Franc. 1. Cujac. Pall. Ven. 1483. Junt. Crat. Græv. Beck. habent *dissensionisque.*—20 ψ, Huyd. Mein. Ven. 1483. Junt. Crat. *rejectionem.*—1 Leid. *Etenim.*—2 ψ, Huyd. Mein. *terrere.*—3 Huyd. *ad socios.*—4 Post *ostendet* ψ addit *se.* Mox ψ *judicabit.*

CAP. XIV. 5 *Triginta* abest a ψ et ed. Ald. In Huyd. *ducenta quinqua-*

NOTÆ

[o] *Auram posse aliquam*] Per auram aliquam opem intelligit quæ ei afferri posset, translatione sumta a vento quo solemus recreari, cum benignior quidam afflatur.

[p] *Eorum*] Carbo invisus iis erat, qui Syllam secuti sunt, quia Marii partibus adhæserat.

[q] *Defendendæ nobilitatis*] Syllam sequebatur nobilitas.

[r] *Novos homines*] Novi dicuntur, quorum majores nullum in repub. magistratum gesserunt.

[s] *Hoc est, ad suos*] Ironice loquitur.

[t] *Accepi, inquit*] Hic reprehendit Verrem quod ita, vel datæ vel acceptæ pecuniæ summam complexus sit numerando, ut neque plus quicquam, neque minus inveniatur: quod accidere in tanta summa vix potest.

[u] *Vicies ducenta, &c.*] Nostræ pecuniæ quadringenta tria librarum millia cum quingentis.

[x] *Quadringentos XVII.*] Sunt nostræ monetæ quadraginta libræ cum 14. assibus.

[y] *Dedi stipendio, &c.*] Omnia erogationum nomina recenset, quibus stipendium dabatur, et alimenta de publico.

tis, proquæstoribus,[6] cohorti prætoriæ,[z] H-S[a] mille sexcenta triginta[7] quinque millia quadringentos XVII. nummos. Reliqui Arimini H-S sexcenta millia.'[b] Hoc est rationes referre? hoc modo aut ego, aut tu,[c] Hortensi, aut quisquam hominum retulit? Quid hoc est? quæ impudentia? quæ audacia? quod exemplum[d] ex tot hominum[8] rationibus relatis[9] hujusmodi est? Illa tamen H-S sexcenta millia, quæ ne[10] falso quidem potuit,[e] quibus data essent, describere,[11] quæ se Arimini scribit reliquisse, quæ ipsa H-S sexcenta millia reliqua facta sunt,[s] neque Carbo attigit, neque Sylla vidit, neque in ærarium relata sunt. Oppidum sibi elegit Ariminum,[f] quod tum,[12] cum iste rationes referebat,[13] oppressum direptumque erat. Non suspicabatur[14] id, quod nunc sentiet, satis multos ex illa calamitate Ariminensium testes nobis in hanc rem[g] reliquos

[s] *Superfuerunt.*

ginta millia. Al. omittunt *triginta quinque.* Tum ψ *sedecim nummos:* Huyd. Leid. *XVI. nummos;* atque ita etiam paulo post.—6 *Proquæstore* Ascon. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. prob. Garaton. Dein *cohortis* ψ, Huyd.—7 Pro *H-S mille,* Augustin. Gronov. Lall. Schutz. et Beck. habent *H-S decies,* vel *sestertium decies.* Pro *mille sexcenta triginta* ψ habet *mille quingenta quadraginta:* Huyd. *quingenta quadraginta,* omisso *mille:* Leid. *millies quingenta quadraginta.*—8 Pro *hominum,* in Leid. Huyd. Cujac. Franc. 1. Ven. 1480. Junt. Steph. et Lamb. *omnium* legitur.—9 ψ *relictis.*—10 ψ, Leid. Huyd. *neque.*—11 Ursini Ms. *perscribere.*—12 Huyd. caret *tum.*—13 Huyd.

NOTÆ

[z] *Cohorti prætoriæ*] Cohors prætoria appellabatur ea hominum manus, qui ubique consuli præsto erant. Veteres autem omnem magistratum, cui parebat exercitus, prætorem nominabant. Unde et tabernaculum ejus prætorium, et in castris porta prætoria dicebatur.

[a] *H-S. &c.*] Hæc, et quæ superius numerata sunt, conficiunt acceptæ pecuniæ summam vicies ducenta triginta quinque millia, cum sexdecim nummis; nempe nostræ pecuniæ quadringenta et tria millia librarum cum quingentis et triginta duobus assibus.

[b] *H-S sexcenta millia*] Id est, librarum Gallicarum sexaginta millia.

[c] *Hoc modo aut ego, aut tu*] Id est, an ego, aut tu, Hortensi, qui quæstores fuimus, aut alius quilibet, sic computaremus?

[d] *Quod exemplum*] Alii enim omnes impensas sigillatim et articulate numerant, et describunt.

[e] *Ne falso quidem potuit*] Probabile omnino non videtur tantam pecuniæ rationem tam paucis verbis potuisse confici.

[f] *Ariminum*] Ariminum oppidum est, quod Albinovanus dux ipse Marianus Syllæ prodiderat.

[g] *In hanc rem*] Multi sunt testes qui testimonium ferent, se ignorare

esse. 37. Recita denuo: 'P. Lentulo,[h] L. Triario quæstoribus urbanis, res rationum relatarum.'[15] Recita: 'Ex S. C.' Ut hoc pacto rationem referre liceret, eo Syllanus repente factus est,[16] non ut honos et dignitas[i] nobilitati restitueretur. Quodsi illinc inanis[t] profugisses, tamen ista tua fuga nefaria, proditio consulis tui, scelerata[17] judicaretur. Malus civis,[k] improbus consul, seditiosus homo Cn. Carbo fuit. Fuerit aliis:[l] tibi quando esse cœpit? posteaquam tibi pecuniam, rem frumentariam, rationes omnes suas exercitumque commisit. Nam si tibi antea displicuisset; idem fecisses,[m] quod anno post[n] M. Piso. Quæstor[o] cum L. Scipioni[18] consuli obtigisset, non attigit pecuniam, non ad exercitum profectus est: [*p.* 84.] quod de republica sensit, ita sensit, ut nec fidem suam,[p] nec morem majorum,[q] nec necessitudinem sortis[r] læderet. XV. 38. Etenim si hæc perturbare omnia, et permiscere volumus; totam vitam periculosam, invidiosam,[19] infestamque reddemus;

[t] *Vacuus.*

ferebat.—14 Leid. *Num non susp.*—15 Manut. *res* omittit. Lamb. de Hotom. conj. edidit *urbanis Verris rat. rel.* Tum *Recita* in Mein. deest.—16 Schutz. e conj. Augustini *factus es,* prob. Wolff.—17 Leid. Steph. Lamb. *conscelerata.* —18 ψ, Hnyd. et edd. vett. *Pisoni.*

CAP. XV. 19 *Insidiosam* Pal. 2. Lamb. Græv. et Orell. probb. Garaton. et Ern. *invidiosam* Mss. plerique et vulg. Deleverunt Hotom. Manut. et

NOTÆ

prorsus quid a Verre Arimini relictum sit.

[h] *Recita denuo: P. Lentulo, &c.*] Caput lectionis est relatarum a Verre rationum ad ærarium totius quæsturæ ejus.

[i] *Non ut honos et dignitas*] Dignitas ablata fuerat nobilitati a Marianis, dum Sylla contra Mithridatem pugnabat.

[k] *Malus civis, &c.*] Objectio Verris qua purgat fugam suam; nam revera perniciosus fuit reipub. Carbo, utpote, qui stans a partibus Marianis, cum Sertorio ac Cinna in urbem receptus, occiso Cn. Octavio consule, eam cædibus et rapinis implevit.

[l] *Fuerit aliis*] Confutat objectionem Verris Cicero: id est, fuerit aliis nempe malus civis, &c.

[m] *Idem fecisses*] Ostendit quid facere debuit Verres ab exemplo Pisonis.

[n] *Anno post*] A. U. C. 670.

[o] *Quæstor*] Piso quæstor Scipionis fuit, cui obtigit Gallia Citerior.

[p] *Nec fidem suam*] Quæstor fidem suo consuli dare noluit.

[q] *Morem majorum*] Prætori quæstorem suum addictum esse semper voluerunt majores.

[r] *Necessitudinem sortis*] Licet sorte quæstor prætori datus sit, tamen ea inter utrumque necessitudo esse de-

si nullam religionem sors habebit, nullam sanctitatem[20] conjunctio secundæ dubiæque fortunæ, nullam auctoritatem mores atque instituta majorum. Omnium est communis inimicus, qui fuit hostis suorum. Nemo unquam sapiens proditori credendum[s] putavit. Ipse Sylla, cui adventus istius gratissimus esse debuit, ab se hominem,[r] atque ab exercitu suo removit: Beneventi[t] esse jussit apud eos, quos suis partibus amicissimos esse intelligebat; ubi iste summæ rei causæque nocere nihil posset. Ei postea præmia tamen liberaliter tribuit; bona quædam proscriptorum in agro Beneventano[2] diripienda concessit; habuit honorem ut proditori, non ut amico fidem. 39. Nunc, quamvis sint homines, qui mortuum Cn. Carbonem[u] oderint; tamen hi debent, non, quid illi accidere voluerint,[3] sed quid ipsis in tali re metuendum sit, cogitare. Commune est hoc malum, communis metus, commune periculum. Nullæ sunt occultiores insidiæ, quam eæ[4] quæ latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine: nam eum, qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis: hoc vero occultum, intestinum ac domesticum malum, non modo non existit,[u] verum etiam opprimit, antequam prospicere[5] atque explorare potueris. 40. Itane vero? tu, cum[6] quæstor ad exercitum missus sis, custos non solum pecuniæ, sed etiam consulis; particeps omnium rerum,[7] consiliorumque fueris; habitus sis

[u] *Exsurgit.*

Schutz. prob. Ern.—20 *Societatem* Mss. et edd. ante Ern. qui cum Beck. Schutz. et Orell. e conj. Gronovii dedit *sanctitatem*, quod probaverunt Græv. et Lall.—1 *Hominem* non est in Leid.—2 Al. *Beneventino.*—3 Huyd. *voluerunt.*—4 Huyd. et Ven. 1480. *hæ.*—5 Edd. antiq. *perspicere.*—6 Steph. Lamb. *Tum cum.* In Leid. *Tu* deest.—7 Menard. Græv. Oliv. et Lall.

NOTÆ

bet, qualis inter filium et patrem.

[s] *Proditori credendum*] Etiamsi placeat proditio, displicent semper proditores.

[t] *Beneventi*] Beneventum colonia fuit Italiæ in Samnio, ubi plerique e Syllanis erant.

[u] *Mortuum Cn. Carbonem*] Carbo cum bellum intulisset, uti superius diximus, se per biennium consulem creavit. Sed demum hunc Pompeius missus in Siciliam interfecit muliebriter ejulantem.

in liberum loco, sicut mos majorum ferebat; repente relinquas? deseras? ad adversarios transeas? O scelus! o portentum in ultimas terras exportandum![8] Non enim potest ea natura, quæ tantum facinus commiserit, hoc uno scelere esse contenta: necesse est semper aliquid ejusmodi moliatur; necesse est in simili audacia[9] perfidiaque versetur. 41. Itaque idem iste, quem Cn. Dolabella postea, C. Malleolo[10] occiso,[x] pro quæstore habuit, (haud scio,[11] an major etiam hæc necessitudo[12] fuerit, quam illa Carbonis, ac plus judicium voluntatis valere, quam sortis debeat,) idem in Cn. Dolabellam, qui in Cn. Carbonem fuit. Nam quæ in ipsum[13] valebant[z] crimina, contulit in illum,[14] causamque illius omnem ad inimicos accusatoresque[y] detulit: ipse in eum, cui legatus,[15] cui pro quæstore fuerat, inimicissimum atque improbissimum testimonium dixit. Ille, miser[y] cum esset;[16] tum proditione istius nefaria, tum improbo et falso ejusdem testimonio, tum multo etiam[17] ex maxima parte, istius furtorum ac flagitiorum invidia conflagravit. XVI. 42. Quid hoc homine[z] faciatis? aut ad quam spem[18] tam perfidiosum, tam importunum animal reservetis? qui in Cn. Carbone sortem, in Cn. Dolabella[19] voluntatem neglexerit ac violarit, eosque

[x] *Conferebantur.* [y] *Afflictus.*

jungunt *consulis particeps omnium rerum.*—8 Ern. mavult *deportandum*, improb. Ern.—9 Huyd. *nec est ut in sim. aud.*—10 Leid. *Dolobella*, et sic semper. Tum pro *Malleolo* Mein. habet *Marcello.*—11 Pro *haud scio* ψ habet *an socio;* Huyd. *aut socio sin.*—12 Leid. *hæc quoque nec.*—13 Nonnullæ edd. vett. *in istum.*—14 Huyd. et nonnullæ edd. vett. *in istum.*—15 In ψ *legatus pub.* Mein. *legatus p.* forte *publicus*, judice Facio. Tum Ven. 1483. Junt. Crat. omittunt *cui.*—16 Post *esset* ψ, Huyd. Ven. 1480. Junt. Steph. addunt *Cn. Dolabella.* Pro *tum* Steph. habet *cum.*—17 *Etiam* abest a ψ, Ven. 1483. Junt. Steph. et Lamb.

CAP. XVI. 18 Pall. et edd. vett. *ad aliquam spem*, sine *aut.* Etiam in ψ *aliquam.*—19 *Carbonem ... Dolabellam* Mss. et edd. vett. usque ad P. Manut.

NOTÆ

[x] *Malleolo occiso*] Non mortuum dicit Malleolum, sed occisum, ut vocet Verrem in invidiam, quasi vellet eum cædis auctorem subjudicare; quia mors ejus ipsi lucro fuit.

[y] *Ad inimicos accusatoresque*] Significat M. Scaurum, non Cæsarem, a quo accusatus est alius Dolabella.

[z] *Quid hoc homine*] Id est, quid de eo homine? sic enim antiquitus dixerunt.

ambos[20] non solum deseruerit, sed etiam prodiderit atque oppugnarit. Nolite, quæso, judices, brevitate orationis meæ potius, quam rerum ipsarum magnitudine, crimina ponderare: mihi enim properandum necessario est, ut omnia vobis, quæ mihi constituta sunt, possim exponere. 43. Quamobrem, quæstura istius demonstrata, primique magistratus[a] et furto et scelere[b] perspecto, reliqua attendite: in quibus illud tempus Syllanarum proscriptionum ac rapinarum prætermittam; neque ego istum sibi ex communi calamitate defensionem ullam sinam sumere.[1] Suis eum[2] certis propriisque criminibus accusabo. Quamobrem, hoc omni tempore Syllano ex accusatione circumscripto,[z] legationem[c] ejus præclaram cognoscite.

44. [*p.* 85.] Posteaquam Cn. Dolabellæ provincia Cilicia constituta est; o Dii immortales! quanta iste cupiditate,[3] quibus allegationibus[a] illam sibi legationem expugnavit? id quod[4] Cn. Dolabellæ principium maximæ calamitatis fuit. Nam ut iste profectus est, quacumque iter fecit, ejusmodi fuit, non ut legatus populi Romani, sed ut quædam calamitas pervadere videretur. XVII. In Achaia[d] (prætermittam minora omnia, quorum simile forsitan alius quoque aliquid aliquando fecerit; nihil dicam, nisi singulare, nisi quod,[5] si in alium reum diceretur, incredibile videretur,) magistratum Sicyonium[e] nummos poposcit. Ne

[z] *Sublato.* [a] *Intercessionibus.*

---

qui correxit *Carbone... Dolabella*, quod habent Lamb. Beck. Schutz. et Orell.—20 Cujac. Steph. Lamb. Græv. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *ambo.*—1 Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. *neque ego istum sibi ullam ex com. cal. def. sin. sum.*—2 Pro *sum* Huyd. habet *enim*, et pro *certis* Leid. *ceteris.*—3 Huyd. *ista cupid.*—4 Pro *id quod* idem Ms. habet *idque.*

CAP. XVII. 5 Orell. e Palimps. Taur. in Peyronii Fragmm. edidit *nisi id*

NOTÆ

[a] *Primi magistratus*] Quæstura initium fuit omnium magistratuum gerendorum.

[b] *Furto et scelere*] Furtum Verres in avertenda pecunia, et scelus commisit prodendo suo consule, cui quæstor erat.

[c] *Legationem*] Legati alii cum imperatoribus a senatu mittebantur; alii quidem a senatu delecti, sed qui potestatem a populo accipiebant: hique, decedentibus imperatoribus, imperium habebant.

[d] *In Achaia*] Achaia provincia Dolabellæ non fuit.

[e] *Sicyonium*] Sicyon oppidum est

sit[6] hoc crimen in Verrem; fecerunt alii: cum ille non daret, animadvertit. 45. Improbum, sed non[7] inauditum. Genus animadversionis videte: quæretis, ex quo genere hominum[8 f] istum judicetis. Ignem ex lignis viridibus atque humidis in loco angusto fieri jussit: ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi Romani socium atque amicum, fumo excruciatum, semivivum reliquit. Jam quæ iste signa, quas tabulas pictas ex Achaia sustulerit, non dicam hoc loco: est alius mihi[9] locus ad hanc istius cupiditatem demonstrandam servatus.[10] Athenis audistis[11] ex æde Minervæ grande auri pondus ablatum: dictum hoc est in Cn. Dolabellæ judicio.[12 g] Dictum? etiam æstimatum.[h] Hujus consilii non modo[13] participem C. Verrem, sed principem fuisse reperietis. 46. Delum[i] venit: ibi ex fano Apollinis religiosissimo noctu clam sustulit signa pulcherrima atque antiquissima; eaque in onerariam navem suam conjicienda curavit. Postridie cum fanum spoliatum viderent ii, qui Delum incolebant, graviter ferebant: est enim tanta apud eos ejus fani religio atque antiquitas, ut in eo loco ipsum Apollinem natum esse arbitrentur: verbum tamen facere non audebant, ne forte ea res ad Dolabellam ipsum pertineret. XVIII. Tum subito tempestates coortæ sunt maximæ, judices, ut non modo proficisci, cum cuperet, Dolabella non posset, sed vix in oppido consisteret;[14] ita magni fluctus ejiciebantur.[k] Hic navis illa prædonis

quod.—6 Ven. 1483. *Nec sit.*—7 Mein. caret *non.* ψ tollit interpunctionem post *inauditum.*—8 Vulg. *hominem.* E conj. Hotomanni Lamb. Manut. Beck. Schutz. et Orell. dederunt *hominum.*—9 Taur. *Est mihi alius.* Tum Leid. *ejus cupid.* Ven. 1483. et Junt. omittunt *istius.*—10 Taur. tres Mss. Lambini, et Steph. *separatus:* Lamb. *reservatus.*—11 Huyd. *auditis.*—12 Taur. *Dictum est hoc in Dol. jud.*—13 *Modo* non est in Taur.

NOTÆ

Peloponnesi metallicis operibus abundans.

[f] *Ex quo genere hominum*] Id est, ex quo hominum genere sit iste Verres.

[g] *Dolabellæ judicio*] Dolabella repetundarum accusatus est.

[h] *Etiam æstimatum*] Id est, licet Verres illud abstulisset; nam illius sceleris princeps dicitur; tamen a Dolabella commissum esse judicatum est.

[i] *Delum*] Cycladum est insula.

[k] *Fluctus ejiciebantur*] Ejiciuntur

istius, onusta signis religiosis,[15] expulsa atque ejecta fluctu, frangitur: in littore signa illa Apollinis reperiuntur: jussu Dolabellæ reponuntur: tempestas sedatur: Dolabella Delo[16] proficiscitur. 47. Non dubito, quin, tametsi nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio unquam fuit religionis, nunc tamen, in metu periculoque tuo, tuorum tibi scelerum veniat in mentem. Potestne tibi ulla spes salutis commoda ostendi, cum recordaris, in Deos immortales quam impius, quam sceleratus, quam nefarius fueris? Apollinemne tu Delium spoliare ausus es? illine tu templo,[17] tam antiquo, tam sancto, tam religioso manus impias ac sacrilegas afferre[18] conatus es? Si in pueritia non his artibus et disciplinis institutus eras, ut ea, quæ literis mandata sunt,[l] disceres atque cognosceres; ne postea quidem, cum in ea ipsa loca venisti, potuisti accipere id quod est proditum memoriæ ac literis? 48. Latonam[m] ex longo errore et fuga, gravidam, et jam ad pariendum vicinam,[19] temporibus exactis,[n] confugisse[20] Delum, atque ibi Apollinem Dianamque peperisse: qua ex opinione hominum illa insula eorum Deorum sacra putatur: tantaque ejus auctoritas religionis et est, et semper fuit, ut ne Persæ quidem, cum bellum[o] toti Græciæ, Diis hominibusque[p] indixissent, et mille numero navium classem ad Delum appulissent, quicquam conarentur aut violare aut attingere. Hoc tu fanum depopulari,[1] homo improbissime atque amen-

Cap. xviii. 14 Al. *consistere.*—15 Leid. *religionis.*—16 ψ et Huyd. *de loco.*—17 Leid. *illi tu templo.*—18 Idem Ms. *offerre.*—19 Cujac. Steph. et Schutz. omittunt *vicinam:* Orell. uncis inclusit.—20 Quidam Mss. et edd.

NOTÆ

fluctus cum extra littoris limites exundant latius.

[l] *Literis mandata sunt*] Pueri in scholis poëtas et Deorum fabulas edocebantur.

[m] *Latonam*] Latonæ fabulam descripsit Hesiodus in Theogonia.

[n] *Temporibus exactis*] Id est, completis novem mensibus, quibus partum gerebat.

[o] *Cum bellum*] Duce Dario et Xerxe, Persæ bellum Græciæ intulerunt.

[p] *Diis hominibusque*] Non solum contra homines bellum gerebant, sed contra Deos etiam, quia nulla iis templa erigenda esse censebant, quasi nefas esset eos parietibus includere, ac solem maxime, quem venerabantur, cum vix ipsi mundus sufficeret. Quare sacrificia ipsis in montibus faciebant.

tissime, audebas? [*p.* 86.] fuit ulla cupiditas[2] tanta, quæ tantam extingueret religionem? et, si tum hæc non cogitabas, ne nunc quidem recordaris, nullum esse tantum malum, quod non tibi pro sceleribus tuis jamdiu[3] debeatur? XIX. 49. In Asiam[q] vero postquam venit, quid ego adventus[4] istius prandia, cœnas, equos, muneraque commemorem? Nihil cum Verre de quotidianis criminibus acturus sum. Chio[r] per vim signa pulcherrima dico abstulisse; item Erythris,[5 s] et Halicarnasso.[t] Tenedo[u] (prætereo pecuniam quam eripuit) Tenem[6] ipsum,[x] qui apud Tenedios sanctissimus Deus habetur, qui urbem illam dicitur condidisse,[7] cujus ex nomine Tenedus[8] nominatur: hunc ipsum, inquam, Tenem, pulcherrime factum, quem quondam in comitio[y] vidistis, abstulit magno cum gemitu civitatis. 50. Illa vero expugnatio fani antiquissimi et nobilissimi Junonis Samiæ,[z] quam luctuosa Samiis fuit! quam acerba toti Asiæ! quam clara apud omnes![9] quam

---

vett. nonnullæ *fugisse*.—1 Lamb. et Schutz. *depeculari*.—2 Al. *illa cupid*.—3 Leid. *tamdiu*.

CAP. XIX. 4 Quidam conj. *adventu*.—5 Huyd. *Chrythus;* et mox Leid. *Tenedon*.—6 ψ et Leid. *Tenuem:* Huyd. *Tennem*.—7 Pro *Tenedios* Huyd. habet *Tenedos*. 'Verba *qui apud Tenedios . . . condidisse* suspecta nonnullis fuerunt, quod Servius ad Virg. Æn. II. ea omisit. Male.' *Beck*.—8 Leid. *Tenedo*.—9 Pro *apud omnes* ψ et alii Mss. item edd. vett. nonnullæ habent

NOTÆ

[q] *In Asiam*] Ciliciam intellige, quæ Asiæ pars erat, cui C. Nero præfectus erat.

[r] *Chio*] Hæc insula Maris Ægæi fuit nongentorum circiter stadiorum ambitu.

[s] *Erythris*] Erythræ, civitas Asiæ non longe a Chio, e qua una ex Sibyllis, quæ Erythræa dicta est.

[t] *Halicarnasso*] Halicarnassus Cariæ civitas, patria Herodoti et Heracliti poëtæ.

[u] *Tenedo*] Tenedos insula Maris Ægæi, sive Hellesponti: de qua Virgil. Æn. II.

[x] *Tenem ipsum*] Hanc fabulam de Tene ex ultima vetustatis memoria repetitam negat Bochartus, quod nihil de Tene apud poëtas vetustiores reperiatur: quare vult dici eam quasi insulam luti rubri: in illa enim insula celeberrimæ fuerunt figulinæ. Unde et 'Tenedia vasa' maximo olim in pretio fuere, ut Plut. in lib. de Vitand. Cens. docet.

[y] *In comitio*] Id moris erat, ut si quæ signa pretiosa rapta essent ab hostibus, vel accepta mutuo a sociis, Romam ad ædiles deferrentur, ut in loco comitiorum populo videnda proponerentur.

[z] *Junonis Samiæ*] In insula Samo Junonem natam ferunt, et Jovi nuptam.

nemini vestrum inaudita! de qua expugnatione cum legati ad C. Neronem in Asiam Samo venissent, responsum tulerunt, ejusmodi querimonias, quæ ad legatum populi Romani pertinerent,[10] non ad prætorem, sed Romam[a] deferri oportere. Qua de re Charidemum Chium testimonium priore actione dicere audistis: sese, cum esset trierarchus,[11 b] et Verrem ex Asia[c] decedentem prosequeretur, jussu Dolabellæ fuisse una cum isto Sami; seseque tum scire spoliatum esse fanum Junonis et oppidum Samum; posteaque se causam apud Chios, cives suos, Samiis accusantibus, publice dixisse;[12] eoque se esse absolutum, quod planum fecisset, ea quæ legati Samiorum dicerent, ad Verrem, non ad se, pertinere. Quas iste tabulas illinc, quæ signa sustulit? quæ cognovi egomet apud istum in ædibus nuper, cum obsignandi gratia venissem.[d] 51. Quæ signa nunc, Verres, ubi sunt? illa quæro quæ apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiam intercolumniis,[e] in sylva[13 f] denique disposita sub divo[b 14] vidimus. Cur ea, quamdiu alium prætorem, cum iis judicibus quos in horum locum subsortiturus[g] eras,[15] de te in consilium iturum putasti,[c] tamdiu domi fuerunt? posteaquam nostris

[b] *Cælo.* [c] *Putasti de te laturos esse sententiam.*

apud Deos; unde Lamb. et al. dederunt *apud eos.* Mox pro *vestrum* in Mein. *nostrum* legitur.—10 Leid. *pertinere arbitrarentur.*—11 ψ et Mein. *Aristarchus.*—12 Beck. Schutz. et Orell. de Ern. sententia distinxere *accusantibus publice, dixisse.*—13 Edd. vett. *insula.* '*In silva*, etsi potest intelligi de viridario, ut interpretatur Asconius; tamen et *insula* explicari potest; nam Verris domus potuit esse insula.' *Ern.* Vid. Ind. in 'Insula.'—14 Al. *sub dio.* —15 *Subsortitus es* ψ, Mein. Leid. Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *sortitus es*

NOTÆ

[a] *Non ad prætorem, sed Romam*] Pertinebat tantum ad populum animadvertere in personam publicam.

[b] *Trierarchus*] Trierarchus dicitur qui navi triremi præest.

[c] *Ex Asia*] Totam Asiam pro Cilicia, Asiæ parte, nominat.

[d] *Obsignandi gratia venissem*] Accusator obsignabat domum illius, quem erat accusaturus, ne quid inde removeretur, quo scelerum indicia tegerentur.

[e] *Intercolumniis*] Intercolumnium spatium est inter columnas interpositum.

[f] *In sylva*] Erant sylvæ ædibus additæ; quo se vitandi caloris causa conferebant.

[g] *Subsortiturus*] Quasi jam certos haberet, quos anno proxime sequenti

testibus nos, quam horis tuis,[16 h] uti malle[17] vidisti; nullum signum domi reliquisti, præter duo, quæ in mediis ædibus sunt; quæ ipsa Samo sublata sunt? non putasti me tuis familiarissimis in hanc rem testimonia denuntiaturum, qui tuæ domi sæpe[18] fuissent; ex quibus quærerem, signa scirentne fuisse, quæ non essent? XX. 52. Quid tum hos[19] de te judicaturos arbitratus es, cum viderent, te jam non contra accusatorem tuum, sed contra quæstorem[20 i] sectoremque[k] pugnare? 53. Aspendum, vetus oppidum et nobile in Pamphylia scitis esse, plenissimum signorum optimorum: non dicam illinc hoc signum ablatum esse, et illud: hoc dico, nullum te Aspendi signum, Verres, reliquisse: omnia ex fanis, ex locis publicis, palam, spectantibus omnibus, plostris[1] evecta asportataque esse. Atque etiam illum Aspendium[2] citharistam,[l] de quo sæpe audistis id, quod est Græcis hominibus[3] in proverbio,[m] quem

quidam Mss. et Steph. *subsortitus eras* Grut. Græv. Oliv. Lall.—16 Abest *tuis* ab Ascon. et Ursini Ms.—17 Huyd. *male*.—18 Steph. et Lamb. *semper*.

Cap. XX. 19 Leid. *nos*.—20 Ascon. *quæsitorem*. Vid. Nott. Varr. Dein Leid. *pugnarent*. Post *pugnare* vulgo inseruntur verba *Qua de re Charidemum . . . non ad se pertinere*, quæ Ern. e conj. (prob. Wyttenb.) cum Beck. et Schutz. transposuit post superiora § 50. 'sed Romam deferri oportere.'—1 Pro *plostris* nonnulli legunt *plaustris*. Tum Schol. *avecta exportataque:* Leid. Steph. Lamb. *evecta exportataque*.—2 Huyd. *Aspendum*.—3 Leid. *nominibus*. Mox

NOTÆ.

subsortiretur.

[h] *Nostris testibus nos, quam horis tuis*] Id est, postquam vidisti maluisse nos uti nostris testibus in accusando, quam horis a lege concessis, quæ tibi erant longe commodiores, quia sic tempus protrahebatur; quod unum Verres peroptabat.

[i] *Quæstorem*] Ad quæstorem deferuntur bona proscriptorum, a quo deinde sociis, a quibus ablata sunt, redduntur.

[k] *Sectorem*] Sector is dicebatur, qui bona proscriptorum emebat. Jam de hoc hominum genere dictum est in Orat. pro Roscio Amer. § 8.

[l] *Aspendium citharistam*] Vulgares citharœdi cum canunt, utriusque manus fungnntur officio, ita ut dextera manu plectrum teneant, id quod foris canere appellant; sinistra digitis chordas carpant, quod quidem intus canere vocant: at Aspendius nequaquam utraque manu utebatur, sed omnia, id est totam cantionem intus et sinistra tantum manu complectebatur, atque ita tacito lenique modulamine sinistra contractis chordis cantilenam peragebat, ut vox ad citharœdum duntaxat, aut proxime assistentem, perveniret. Ita Asconius.

[m] *In proverbio*] In proverbio fuit ut furaces homines Aspendii citharistæ dicerentur a Græcis, quod ut

omnia intus canere dicebant, sustulit, et in intimis suis ædibus posuit: ut etiam illum ipsum artificio [n] suo superasse videatur. 54. Pergæ fanum [o] antiquissimum et sanctissimum Dianæ scimus esse: id quoque a te nudatum ac spoliatum esse; ex ipsa Diana, quod habebat auri, detractum atque ablatum esse dico. Quæ, malum, est ista tanta audacia atque amentia? quas enim sociorum atque amicorum urbes adisti legationis jure et nomine; si in eas vi cum exercitu imperioque [p] invasisses, tamen, opinor, quæ signa atque ornamenta [4] ex his urbibus sustulisses, hæc non in tuam domum, neque in suburbana [5 q] amicorum, sed Romam in publicum deportasses. [*p.* 87.] XXI. 55. Quid ego de M. Marcello [r] loquar, qui Syracusas, urbem ornatissimam, cepit? quid de L. Scipione, [s] qui bellum in Asia gessit, Antiochumque, regem potentissimum, vicit? quid de Flamininо, [6 t] qui regem Philippum et Macedoniam subegit? quid de L. Paullo, [u] qui regem Persen vi ac virtute superavit? quid de L. Mummio, [x] qui urbem pulcherrimam atque orna-

Huyd. *omnia intercanere.* Porro *suo* suspectum est nonnullis criticis, neque apud Ascon. habetur.—4 Al. *quæ signa, et quæ orn.*—5 Huyd. omittit præpositionem ante *suburbana.*

NOTÆ

hic carminis; ita illi furtorum essent occultores.

[n] *Ipsum artificio*] Facete ridet Verris rapacitatem: dicit enim eum Aspendium citharœdum sustulisse, et in suis mediis ædibus eum posuisse: hoc est, plusquam furem esse Verrem.

[o] *Pergæ fanum*] Strabo Geogr. lib. XIV. scribit proxime Pergam fuisse hoc fanum: unde Diana Pergæa dicta est. Perga autem oppidum Pamphyliæ fuit.

[p] *Imperioque*] Nempe accepto a populo Romano.

[q] *Suburbana*] Suburbana prædia sunt extra urbem, sed quæ tamen sub urbe sunt.

[r] *De M. Marcello*] M. Marcellus imperator pop. Rom. fuit.

[s] *De L. Scipione*] De Scipione mittendo imperatore cum senatus dubitaret, P. Scipio Africanus frater ejus legatum se ei obtulit ad bellum in Asia contra Antiochum gerendum, qui ab eo superatus est.

[t] *De Flaminino*] Loquitur de T. Quintii Flaminini triumpho Livius l. IV. dec. IV.

[u] *De L. Paullo*] De triumpho Paulli Liv. decad. IV. l. VII. Consule hunc. Ipse Cic. Off. lib. II. ait nihil in domum suam intulisse, præter memoriam nominis sempiternam.

[x] *L. Mummio*] Mummius delevit Corinthum propter violatos pop. Rom. legatos.

tissimam, Corinthum, plenissimam rerum omnium, sustulit, urbesque Achaiæ Bœotiæque multas sub imperium populi Romani ditionemque subjunxit? quorum domus, cum honore et virtute [7] florerent, signis et tabulis pictis erant vacuæ. At vero urbem totam, templa Deorum, omnesque Italiæ partes, illorum donis ac monumentis exornatas [8] videmus. 56. Vereor, ne hæc forte cuiquam [9] nimis antiqua et jam obsoleta videantur: ita enim tum æquabiliter [10] omnes erant hujusmodi,[d] ut hæc laus eximiæ virtutis et innocentiæ, non solum hominum, verum etiam temporum illorum esse videatur. P. Servilius, vir clarissimus,[11] maximis rebus gestis, adest: de te sententiam laturus est: [12] Olympum [y] vi, copiis, consilio, virtute cepit, urbem antiquam,[13] et omnibus rebus auctam et ornatam. Recens exemplum fortissimi viri profero: nam postea Servilius,[z] imperator populi Romani, Olympum, urbem hostium, cepit, quam tu in iisdem [14] locis legatus quæstorius [a] oppida pacata sociorum atque amicorum diripienda ac vexanda curasti. 57. Tu, quæ ex fanis religiosissimis per scelus et latrocinium [15] abstulisti, ea nos videre, nisi in tuis amicorumque tuorum tectis, non possumus: P. Servilius, quæ signa atque ornamenta ex urbe hostium, vi [16] et virtute capta, belli lege, atque imperatorio jure sustulit, ea populo

[d] *Æqualiter omnes boni erant.*

Cap. xxi. 6 ψ, Mein. et edd. vett. *Flaminio.*—7 Steph. et Lamb. *hon. ac virt.* Mox eædem edd. *templaque.*—8 Leid. *exornata.*—9 Schol. Ven. 1483. Junt. Steph. Lamb. et Orell. *cuipiam.*—10 Post *æquabiliter* Leid. addit *ad res,* et pro *hujusmodi* Leid. habet *vel ejusmodi.*—11 In Leid. desunt verba *vir clarissimus,* pro quibus ψ habet *Romanus consul,* et Huyd. *Romanus civis.*—12 Leid. duo Mss. Lambini et ed. Steph. omittunt *est.* Pro *Olympum* ψ habet *Olynacum;* et Guelf. Leid. Huyd. duo Mss. Lambini ac edd. vett. *Olynthum.* Vid. Nott. Varr.—13 Mein. *antiquissimam.*—14 Post *iisdem* Ven. 1483. Junt. Crat. Steph. Lamb. et Orell. addunt *illis.*—15 Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. et Orell. *per scel. et per latr.*—16 *Vi* non est in ψ,

NOTÆ

[y] *Olympum*] Olympus urbs sita in Tauri montis vertice. Mons item est, et arx ejusdem nominis.

[z] *Postea Servilius*] Servilius Ciliciæ præfuit A. U. C. 679.

[a] *Legatus quæstorius*] Legatus quæstorius dicitur, quia Verres ex quæstore legatus factus est.

Romano apportavit, per triumphum vexit,[b] in tabulas publicas[17] [c] ad ærarium perscribenda curavit. Cognoscite ex literis publicis hominis amplissimi diligentiam. Recita. (*Rationes relatæ P. Servilii.*)[18] Non solum numerum signorum, sed etiam uniuscujusque magnitudinem, figuram,[d] statum,[e] literis definiri vides. Certe major est virtutis victoriæque jucunditas, quam ista voluptas, quæ percipitur ex libidine et cupiditate: multo diligentius habere dico Servilium prædam populi Romani, quam te tua furta notata atque descripta.[19] XXII. 58. Dices, tua[20] quoque signa et tabulas pictas ornamento urbi foroque populi Romani fuisse. Memini: vidi simul cum populo Romano forum comitiumque adornatum, ad speciem magnifico ornatu,[1] ad sensum cogitationemque acerbo et lugubri. Vidi collucere omnia furtis tuis, præda provinciarum, spoliis sociorum atque amicorum. Quo quidem tempore, judices, iste spem maximam reliquorum quoque peccatorum nactus est. Vidit enim eos, qui judiciorum dominos[f] se dici volebant, harum cupiditatum esse servos. 59. Socii vero nationesque exteræ spem omnium tum primum abjecere[2] rerum ac fortunarum suarum: propterea, quod casu legati ex Asia atque Achaia plurimi Romæ tunc fuerunt, qui Deorum simulacra, ex suis fanis sublata, in foro venerabantur:[3]

Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag.—17 Ms. Cujac. *in tabulis publicis.* Tum ed. Oxon. (1784. 4to.) *præscribenda.*—18 Verba *Rec. Rat. rel. P. Serv.* absunt a Leid. In Ven. 1483. Junt. *Recita rationes relatas P. S.* prob. Orell.—19 Duo Mss. Lambini et Steph. *perscripta.*

CAP. XXII. 20 Hnyd. omittit *tua.* Tum Hnyd. *ornamenta.*—1 Lamb. conjecit *comitiumque ornatu ad sp. magnif.*—2 Al. *abjecerunt.*—3 '*Venerabantur*] Debebat esse *venerarentur:* et videtur sic habuisse in exemplo suo scholiastes anonymus Vossianus.' *Ern.* Pro *Itemque* in Leid. *item qui* legitur.—

NOTÆ

[b] *Per triumphum vexit*] Vehebantur ante triumphantem signa, quæ ex urbibus direptis pretiosissima asportaverat.

[c] *In tabulas publicas*] Quicquid ablatum erat e devicta provincia, in tabulas referebatur, eæque in ærario publico servabantur.

[d] *Figuram*] Per figuram significatur ornatus et habitus vestis.

[e] *Statum*] Per statum significatur gestus et situs membrorum.

[f] *Judiciorum dominos*] Hortensium et nobiles ceteros indicat, qui a Verre signa acceperant accommodato.

itemque cetera signa et ornamenta cum cognoscerent, alia alio in loco lacrymantes intuebantur: quorum omnium hunc sermonem tum esse audiebamus: 'Nihil esse, quod quisquam dubitaret de exitio sociorum atque amicorum; cum quidem viderent in foro populi Romani, quo in loco antea, qui sociis injurias fecerant,[4] accusari et condemnari solebant, ibi esse palam posita ea, quæ ab sociis per scelus ablata ereptaque essent.' [*p.* 88.] 60. Hic ego non arbitror illum negaturum, signa sese[5] plurima, tabulas pictas innumerabiles habere: sed, ut opinor, solet hæc, quæ[6] rapuit et furatus est, nonnunquam dicere, se emisse; quoniam quidem in Achaiam, Asiam, Pamphyliam, sumtu publico, et legationis nomine, mercator[7] signorum tabularumque pictarum missus est. XXIII. Habeo[8] et istius, et patris ejus, accepti[e] tabulas omnes:[g] quas diligentissime legi atque digessi;[f] patris, quoad vixit; tuas, quoad ais te confecisse.[h] Nam in isto, judices, hoc novum reperietis. Audimus, aliquem tabulas[9] nunquam confecisse: quæ est opinio hominum de Antonio falsa:[i] nam fecit[10] diligentissime: verum sit hoc genus aliquod minime probandum.[g] Audimus, alium

[e] *Acceptæ pecuniæ.* [f] *Disposui.*
[g] *Hujusmodi aliqui homines minime sint probandi.*

4 Huyd. *fecerint.*—5 Al. *se.*—6 Leid. *qui.*—7 Manut. et Lamb. ex Asconio *nomine * cum imperio et securibus * mercator*, prob. Garaton. Vid. Ind. in 'Imperium.'

CAP. XXIII. 8 In Mein. *Habeo* deest. Mox ψ, Leid. Huyd. Mein. et ed.

NOTÆ

[g] *Tabulas omnes*] Romani domesticas totius vitæ suæ rationes per dies singulos scribebant, ut constaret quid sumtus damnive fecissent: item, quid de reditibus suis, et quid de lucro possent quoque die secernere.

[h] *Quoad ais te confecisse*] Negligentiam Verris accusat, quod ad tempus duntaxat aliquot rationes accepti confecerit.

[i] *De Antonio falsa*] Is M. Antonius L. Crassi æqualis fuit et familiaris, et summus orator; quem ipse Cicero in lib. II. de Oratore hac ipsa de re sic loquentem inducit: 'Quasi vero non ea præcipiam aliis, quæ mihi ipsi desunt: sed tamen ne tabulas quidem conficere existimor: verum et in hoc ex re familiari mea, et in illo ex eo quod dico, quantulumcumque id est, quid faciam judicari potest.' Non igitur ille est Antonius, quem Sallustius ait, 'perdendæ pecuniæ genitum.'

non ab initio fecisse, sed ex tempore aliquo confecisse?[11] est aliqua etiam hujusce rei ratio. Hoc vero novum et ridiculum est, quod hic nobis respondit, cum ab eo tabulas postularemus: usque ad M. Terentium et C. Cassium consules[k] confecisse;[12] postea destitisse. 61. Alio loco, hoc cujusmodi sit, considerabimus: nunc nihil ad me attinet. Horum enim temporum, in quibus nunc versor, habeo tabulas, et tuas, et patris. Plurima signa pulcherrima, plurimas tabulas optimas[13] deportasse te, negare non potes: atque utinam[14] neges! Unum ostende in tabulis aut tuis aut patris tui emtum esse: vicisti. Ne hæc quidem duo signa pulcherrima, quæ nunc ad impluvium tuum[l] stant, quæ multos annos ad valvas[15] Junonis Samiæ steterunt, habes[16] quomodo emeris; hæc, inquam, duo, quæ in ædibus tuis sola jam sunt, quæ sectorem expectant,[m] relicta ac destituta a ceteris signis. XXIV. 62. At, credo, in hisce solis rebus indomitas cupiditates atque effrænatas habebat: ceteræ libidines ejus ratione aliqua aut modo continebantur. Quam multis istum ingenuis,[17] quam multis matribusfamilias, in illa tetra atque impura legatione, vim attulisse existimatis? ecquo[18] in oppido pedem posuit, ubi non plura stuprorum flagitiorumque suorum, quam

Junt. habent *accepi.*—9 Mein. *alium tab.*—10 Steph. *legit.*—11 Post *confecisse* non interrogandi notam, sed colon ponunt ψ, Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—12 Lamb. *se conf.*—13 *Optimas* abest ab Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat.—14 Pro *utinam* Mein. habet *ut.*—15 Steph. *ante valvas.*—16 Post *habes* Lamb. addit *dicere.* Post *emeris* ψ ponit interrogandi notam.

CAP. XXIV. 17 ' *Istum pueris ingenuis* Lamb. Schutz. Videtur tamen arbitraria correctio, ideo facta, ne quis de puellis cogitaret.' *Orell.*—

NOTÆ

[k] *M. Terentium et C. Cassium coss.*] Isti consules non longe ab hoc tempore abfuisse debuerunt. Cum autem de M. Terentio nihil reperiatur, recte putat Hotomannus non *coss.* sed *cess.* id est censores, legendum esse: quia tabularum cura ad censores pertinebat. De hoc Terentio sive consule sive censore nihil constat: existimat tamen Manutius M. Lucullum intelligi, qui a M. Terentio Varrone adoptatus, nomen id sibi datum retinuit.

[l] *Impluvium tuum*] Impluvium locus est quadratus, quo aqua de cœlo collecta impluit in domum.

[m] *Sectorem expectant*] Id est, expectant te repetundarum condemnari: quia bona subrepta redigebantur in pretium, et emebantur a sectore: de quo jam pro Rosc. Amer. § 80. nott. [u x].

adventus sui vestigia reliquerit? Sed ego omnia, quæ negari poterunt,[19] prætermittam: etiam hæc, quæ certissima[20] sunt et clarissima, relinquam: unum aliquod[1] de nefariis istius factis eligam; quo facilius ad Siciliam possim aliquando, quæ mihi hoc oneris negotiique imposuit, pervenire. 63. Oppidum est in Hellesponto Lampsacum,[n] judices, in primis Asiæ provinciæ clarum et nobile: homines autem ipsi Lampsaceni tum summe[2] in omnes cives Romanos officiosi, tum præterea maxime sedati et quieti, prope præter ceteros ad summum Græcorum otium[o] potius, quam ad ullam vim[3] aut tumultum accommodati. Accidit, cum iste a Cn. Dolabella efflagitasset, ut se ad regem Nicomedem,[p] regemque Sadalam mitteret, cumque iter hoc sibi magis ad quæstum suum, quam ad reipublicæ tempus accommodatum depoposcisset; ut illo itinere veniret Lampsacum, cum magna calamitate et prope pernicie civitatis. Deducitur iste ad Janitorem[q] quendam hospitem; comitesque ejus item apud ceteros hospites[4] collocantur. Ut mos erat istius, atque ut eum suæ libidines flagitiosæ[5] facere admonebant, statim negotium dat illis suis comitibus, nequissimis turpissimisque hominibus, uti videant et investigent, ecqua[h] virgo[6] sit, aut mulier digna, quamobrem ipse[7] Lampsaci diutius

[h] *An aliqua.*

18 Huyd. Leid. Mein. *et quo.*—19 Huyd. *potuerint.*—20 Huyd. *artissima.*—1 Leid. *aliquid.*—2 Mein. Steph. Lamb. Græv. *cum summe.*—3 Pro *ad ullam vim* ψ et Huyd. habent *adulterium.*—4 Ursini Ms. et margo Crat. *apud certos hosp.* prob. Ursino.—5 *Flagitiose* Franc. 1. Guelf. duo Pariss. Crat. Græv. Lall. Beck. et Orell. Verbum *facere* deleri voluerat Gulielm. prob. Ern. Tum Leid. et Guelf. *commovebant:* vulg. *admonuerant;* Ms. Cujac. Steph. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *admonebant.*—6 Huyd. *uti vid. ut invest., et qua virgo.* In edd. vett. nonnullis *ecquæ virgo.*—7 Vulg. *iste.* Guelf. Steph. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *ipse.* Dein vulg. *commoraretur.* E conj. Ern. cum Beck. et Schutz. dedit *commoretur.*

NOTÆ

[n] *Lampsacum*] Urbs in littore Hellesponti ex parte Asiæ. Hellespontus autem Asiam ab Europa dividit; hinc Sesto et Calliopoli; illinc Lampsaco et Abydo, clarissimis urbibus.

[o] *Græcorum otium*] Vulgo desides et otiosi habiti sunt Græci.

[p] *Nicomedem*] Bithyniæ rex fuit Nicomedes, Sadala vero Thraciæ, uterque socius populi Rom.

[q] *Janitorem*] Janitor, nomen proprium: unde 'quendam' addidit.

commoretur. XXV. 64. Erat comes ejus Rubrius quidam, homo factus ad istius libidines, qui miro artificio, quocumque venerat, hæc investigare omnia solebat. Is ad eum rem istam[9] defert: Philodamum esse quendam, genere, honore, copiis, existimatione facile principem Lampsacenorum: [*p.* 89.] ejus esse filiam,[i] quæ cum patre habitaret, propterea quod virum non haberet,[r] mulierem eximia pulchritudine; sed eam summa integritate pudicitiaque existimari. Homo, ut hæc audivit, sic exarsit ad id, quod non modo ipse nunquam viderat, sed ne audierat quidem ab eo, qui ipse vidisset,[10] ut statim ad Philodamum migrare se diceret velle. Hospes Janitor, qui nihil suspicaretur, veritus, ne quid in ipso se offenderetur,[11 s] hominem summa vi retinere cœpit. Iste, qui hospitis relinquendi causam reperire non posset, alia sibi ratione viam munire[12] ad stuprum cœpit: Rubrium, delicias suas, in omnibus ejusmodi rebus adjutorem suum et conscium, parum laute[k] deversari dicit: ad Philodamum deduci jubet. 65. Quod ubi est Philodamo nuntiatum, tametsi[13] erat ignarus, quantum sibi ac liberis suis jam tum mali[14] constitueretur,[l] tamen ad istum venit; ostendit, munus illud suum non esse; se, cum suæ partes essent hospitum recipiendorum,[m] tum ipsos tamen[15] præ-

[i] *Habere suam filiam.* [k] *Non satis commode.*
[l] *Pararetur.* [m] *Cum esset sui muneris recipiendi hospites.*

CAP. XXV. 9 '*Ad . . . istam*] Suspecta hæc Grutero. *Rem istam* delend. judicat Schutz. sine causa.' *Orell.*—10 Huyd. *quid ipse vid.*—11 Vulg. *ne quid in ipso se offenderit.* Pal. 1. Cujac. Franc. 1. 2. edd. vett. cum Beck. et Orell. *ne quid in ipso se offenderetur:* Lamb. et Schutz. *ne quid in se offenderit.* Grævius vult *ipso* deleri. Hotom. varie tentat, *ne quid ipsum in se offenderit; ne quid in se ipsum offenderit; ne quid ipse* (Verres) *in se offenderit.* Scheller. Obss. p. 50. servato verbo *offenderetur*, pro *se* legi vult *forte.* In Huyd. *ostenderetur.*—12 Mein. *viam invenire.*—13 Quidam Mss. *tamen etsi.* Tum Leid. Huyd. Ven. 1483. Junt. *non erat ign.* Mein. et Crat. *erat non ignarus.* —14 *Jam tum*, omisso *mali*, Leid. Steph. *jam mali* Crat. *tantum mali* Huyd. *jam tum* de Ern. sententia delevit Schutz. qui mox e conj. ejusdem dedit *illud jam suum.* Ern. suspicatus est Ciceronem h. l. ita scripsisse, *ignarus, sibi ac liberis suis quantum mali constitueretur . . . munus illud jam suum non esse.*—15

NOTÆ

[r] *Virum non haberet*] Nam erat mortuus.

[s] *In ipso se offenderetur* [*offenderit*] Id est, ne quid ipse Verres in se offenderit.

tores et consules, non legatorum asseclas,[n] recipere solere. Iste, qui una cupiditate raperetur, totum illius postulatum causamque[o] neglexit: per vim ad eum, qui recipere non debebat, Rubrium [16] deduci imperavit. XXVI. Hic Philodamus, posteaquam jus suum[t] obtinere non potuit, ut humanitatem consuetudinemque suam retineret, laborabat. Homo, qui semper hospitalissimus amicissimusque nostrorum hominum existimatus esset, noluit videri ipsum illum Rubrium invitus in [17] domum suam recepisse: magnifice et ornate, ut erat in primis inter suos copiosus,[18] convivium comparat: rogat Rubrium, ut, quos ei commodum sit,[p] invitet: locum sibi soli, si [19] videatur, relinquat: etiam filium suum, lectissimum adolescentem, foras ad propinquum suum quendam mittit [20] ad cœnam. 66. Rubrius [1] istius comites invitat: eos omnes Verres certiores facit, quid opus esset. Mature veniunt: discumbitur. Fit sermo inter eos, et invitatio, ut Græco more biberetur.[u] Hortatur hospes: poscunt[q] majoribus poculis: celebratur omnium sermone lætitiaque convivium. Posteaquam satis calere[x] res Rubrio visa est; Quæso, inquit, Philodame, cur ad nos filiam tuam non intro vocari jubes? Homo, qui et summa gravitate, et jam id[r] ætatis, et parens esset, obstupuit hominis improbi dicto.[2] Instare[y] Rubrius. Tum

[n] *Servos.* [o] *Excusationem.*
[p] *Quos ei placuit.* [q] *Provocant se.* [r] *Illius.*

Tum ipsos tantum Manut. *tamen ipsos tantum* Ald. nepos.—16 Huyd. *debeat, Rubrum.*

CAP. XXVI. 17 Leid. Cujac. Steph. et Lamb. carent præpositione.—18 Huyd. *copiosius.*—19 *Si* in Huyd. deest. Tum Ven. 1483. Junt. *relinquat, etiam:* Crat. *relinquat, ut etiam.*—20 ψ, Huyd. Mein. Pall. et edd. vett. *mitteret.*—1 Nonnullæ edd. *Tum Rubrius.*—2 Maluit Ern. *improbe dicto,* ut

NOTÆ

[t] *Jus suum*] Philodamus jus habuit non recipiendi apud se Rubrium, quia hospes illius non erat.

[u] *Græco more biberetur*] Græco more bibere, ut observavit Pedianus, est merum libando primum Deos, tum amicos salutare nominatim: vel etiam, ut Hotomannus scripsit, est a minoribus poculis incipere, et a majoribus finem facere.

[x] *Satis calere*] Id est, postquam animi comitum incensi sunt compotationibus ad constitutum facinus exequendum.

[y] *Instare*] Supple, cœpit.

ille,[3] ut aliquid responderet, negavit moris esse Græcorum, ut in convivio virorum accumberent[4] mulieres. Hic tum alius ex alia parte: Enimvero ferendum hoc non est:[5] vocetur mulier: et simul servis suis Rubrius, ut januam clauderent, et ipsi[6] ad fores assisterent, imperat. 67. Quod ubi ille intellexit id agi, atque id parari, ut filiæ suæ vis afferretur; servos suos ad se vocat: his imperat, ut se ipsum negligant, filiam defendant: excurrat aliquis, qui hoc tantum domestici mali[s] filio suo[7] nuntiet. Clamor interea fit tota domo, pugna[8] inter servos Rubrii atque hospitis. Jactatur domi suæ vir primus,[9] et homo honestissimus: pro se quisque manus affert: aqua denique ferventi[z] a Rubrio ipso Philodamus perfunditur. Hæc ubi filio nuntiata sunt; statim exanimatus ad ædes contendit, ut et vitæ patris, et pudicitiæ sororis succurreret. Omnes eodem animo Lampsaceni, simul ut hoc audiverunt, quod eos tum Philodami dignitas, tum[10] injuriæ magnitudo movebat, ad ædes noctu convenerunt.[11] Hic lictor istius Cornelius, qui cum ejus servis erat a Rubrio, quasi in præsidio, ad auferendam mulierem collocatus, occiditur, servi nonnulli vulnerantur: ipse Rubrius in turba sauciatur. [*p.* 90.] Iste, qui sua cupiditate tantos tumultus concitatos videret,[12] cupere aliqua evolare,[t] si posset. XXVII. 68. Postridie mane homines in concionem[13] veniunt: quærunt,

[s] *Domesticum malum.* [t] *Per locum aliquem evadere.*

cap. 29.—3 Steph. non habet *ille.*—4 Huyd. *occumberent.*—5 Cujac. Steph. *hoc quidem non est.*—6 Mein. omittit *ipsi.*—7 Mein. et quædam editiones veteres carent *suo.*—8 In Mss. et edd. vett. deest *pugna.* E Jul. Rufinian. de Figg. cap. 36. inseruit Hotomannus, quem Lamb. Grut. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—9 Vict. et Manut. *vir optimus*, improb. Ern. Lambinus e Nonio v. 'Jactare' dedit *primarius.* Propter hanc varietatem Harles. existimat verba *vir primus* spuria esse. Dein Leid. et edd. vett. non agnoscunt *homo.*—10 Steph. et Lamb. *cum.*—11 Huyd. *pervenerunt:* Schutz. de conj. Herelii *conveniunt.*—12 Pro *videret* Hotom. conj. *audiret.* Tum Leid. *aliquo.*

CAP. XXVII. 13 ψ, Huyd. *in concione:* et Cujac. Steph. Lamb. *conveniunt.*

NOTÆ

[z] *Ferventi*] Ridicule dictum in Rubrium, qui non armis ut vir, sed ut mulier instrumentis e culina sumtis pugnat.

quid optimum factu[14] sit: pro se quisque, ut in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur: inventus est nemo, cujus non hæc et sententia esset et oratio:[15] 'Non esse metuendum, si istius nefarium scelus Lampsaceni ulti vi[16] manuque essent, ne senatus populusque Romanus in eam civitatem animadvertendum putaret. Quodsi[17] hoc jure legati populi Romani in socios nationesque exteras uterentur, ut pudicitiam liberorum servare ab eorum libidine tutam non liceret; quidvis esse perpeti satius, quam in tanta vi atque acerbitate versari.' 69. Hæc cum omnes sentirent, et cum in eam rationem pro suo quisque sensu ac dolore loqueretur; omnes ad eam domum, in qua iste deversabatur,[18] profecti sunt: cædere januam saxis, instare ferro, ligna et sarmenta circumdare, ignemque subjicere[19] cœperunt. Tum cives Romani, qui Lampsaci negotiabantur, concurrunt: orant Lampsacenos, ut gravius apud eos nomen legationis, quam injuria legati putaretur: sese intelligere hominem illum esse impurum ac nefarium: sed, quoniam nec[20] perfecisset, quod conatus esset, neque futurus esset Lampsaci postea, levius eorum peccatum fore, si homini scelerato pepercissent, quam si legato non pepercissent. 70. Sic iste multo sceleratior et nequior,[1] quam ille Hadrianus,[2 a] aliquanto etiam felicior fuit. Ille, quod ejus avaritiam cives Romani ferre non potuerant,[3] Uticæ domi suæ vivus exustus est: idque ita illi[4] merito accidisse existimatum est, ut lætarentur omnes, neque ulla animadversio constitueretur: hic sociorum ambustus incendio, tamen[5] ex illa flamma periculoque evolavit; neque

—14 Mein. *factum*.—15 Al. *ratio*.—16 Pro *ulti vi* Huyd. habet *multi in*.—17 Idem Ms. *Quod quidem si*.—18 ψ, Ven. 1483. Junt. *versabatur*: al. *diversabatur*.—19 Al. *ignem*, sine copula. Cujac. et Steph. *ignemque circum subj*.—20 Lamb. *neque*.—1 Huyd. *scel. atque iniquior*.—2 Al. *Adrianus*.—3 Al. *potuerunt*.—4 Leid. Steph. omittunt *ita*. Ven. 1483. *id itaque illi*.—5 Huyd. *tum*.

NOTÆ

[a] *Ille Hadrianus*] De Hadriano sic Valerius Max. lib. IX. 'Cum Hadrianus cives Rom. qui Uticæ consistebant, sordido imperio vexasset, idcirco ab iis vivus esset exustus; nec quæstio ulla in urbe hac de re habita, nec querela versata est.' Hunc prætorem appellat lib. IV.

adhuc causam ullam [a] excogitare potuit, quamobrem commiserit, aut quid evenerit,[6] ut in tantum periculum veniret. Non enim potest dicere: Cum seditionem sedare vellem, cum frumentum imperarem, cum stipendium cogerem, cum aliquid denique reipublicæ causa gererem; quod acrius imperavi, quod animadverti, quod minatus sum. Quæ si diceret, tamen ignosci non oporteret, si nimis atrociter imperando sociis, in tantum adductus periculum videretur. XXVIII. 71. Nunc cum ipse causam illius tumultus neque veram dicere, neque falsam confingere audeat; homo autem ordinis sui frugalissimus, qui tum accensus [b] C. Neroni fuit, P. Tettius,[7] hæc eadem se Lampsaci cognosse dixerit;[8] vir omnibus rebus ornatissimus C. Varro, qui tum in Asia tribunus militum fuit, hæc eadem ipsa se ex Philodamo audisse dicat; potestis dubitare, quin istum [9] fortuna non tam ex illo periculo eripere voluerit, quam ad vestrum judicium reservare? Nisi vero illud dicet, quod et in testimonio Tettii, priore actione interpellavit [c] Hortensius: (quo tempore quidem signi satis dedit, si quid [10] esset, quod posset dicere, se tacere non posse; ut, quamdiu in ceteris rebus tacuerit,[11] scire omnes possemus, nihil habuisse quod diceret) hoc tum [12] dixit, Philodamum, et ejus filium, a C. Nerone esse

[a] *Excusationem aliquam.*

—6 Hotom. conj. *quamobrem evenerit, aut quid commiserit.* Repugnat Lamb. et, si quid mutandum sit, mavult scribi, *quid commiserit, aut quid evenerit quamobrem.*

CAP. XXVIII. 7 ψ et Pall. *Petirius:* Cujac. *Pectius:* ed. vet. *Petricius:* Leid. *Pectrus:* Huyd. *Petreius:* Mein. et Junt. *Petilius.* Infra pro *Tettii* in ψ est *Cettii;* Pall. *Cetrii;* Cujac. *Tecti.*—8 Leid. *dixerat.*—9 Huyd. *ipsum.*—10 Leid. *si quod.*—11 *Tacuerit* abest a ψ, Pall. Franc. 1. 2. et edd. pr. *tacuit* Leid. In Cujac. est, *in ceteris testibus scire:* Lamb. *quamdiu tacuit in ceteris*

NOTÆ

[b] *Accensus*] Accensi, teste Festo, dicebantur qui in locum mortuorum militum subrogabantur, et ad censum legionum erant ascripti. Varro ait eos fuisse magistratuum ministratores, qui ab acciendo, id est vocando, dicti sunt; quod ad consulem sive prætorem cives advocabant.

[c] *Interpellavit*] Hortensius interrupit Tettium in medio testimonio, quod diceret Philodamum adeo malam causam habuisse, ut a C. Nerone damnatus sit.

damnatos.[d] 72. De quo ne multa[13] disseram, tantum dico, secutum id esse Neronem, et ejus consilium, quod Cornelium lictorem occisum esse constaret: putasse non oportere esse cuiquam, ne in ulciscenda quidem injuria, hominis[14] occidendi potestatem. In quo video, Neronis judicio non te absolutum esse improbitatis, sed illos damnatos esse cædis. Verum ista damnatio tamen cujusmodi fuit?[15] Audite, quæso, judices, et aliquando miseremini sociorum, et ostendite, aliquid his in vestra fide præsidii esse oportere. XXIX. Quod toti Asiæ jure occisus videbatur istius ille, verbo lictor, re vera minister improbissimæ cupiditatis;[16] [*p.* 91.] pertimuit iste, ne Philodamus Neronis judicio liberaretur:[17] rogat et orat Dolabellam, ut de sua provincia decedat: ad Neronem proficiscatur: se demonstrat incolumem esse non posse, si Philodamo vivere, atque aliquando Romam venire licuisset. 73. Commotus est Dolabella: fecit id, quod multi reprehenderunt,[e] ut exercitum, provinciam, bellum[18] relinqueret, et in Asiam, hominis nequissimi causa, in alienam provinciam, proficisceretur. Posteaquam ad Neronem venit: contendit[x] ab eo, ut Philodami causam cognosceret. Venerat ipse, qui esset in consilio, et primus[19] sententiam diceret:[f] adduxerat etiam præfectos,[g] et tribunos militares suos, quos Nero omnes in consilium vocavit: erat in consilio etiam æquissimus judex ipse Verres: erant nonnulli

[x] *Extorsit.*

---

testibus.—12 Lamb. et Orell. *sed hoc tum.*—13 Leid. Steph. Lamb. *multum.* Pro *disseram*, Huyd. habet *dixerim.*—14 Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. *esse, ne in ulcisc. quidem inj., cuiquam hom.* Huyd. *esse, ne in ulcisc. quidem inj., ni cuiquam hom.*—15 Huyd. *damn. tum cujusm. fuerit.*

CAP. XXIX. 16 Pro *cupiditatis*, Mss. Lambiniani et ed. Lamb. habent *voluptatis.*—17 Leid. a m. pr. *absolveretur.*—18 *Bellum* non est in Huyd.—

NOTÆ

[d] *Esse damnatos*] Philodamus cum filio damnatus est, quasi malam habuissent causam, et Verres innocens fuisset.

[e] *Multi reprehenderunt*] Multi reprehenderunt Dolabellam, quod ad Neronem exivisset, quia imperatoribus abire ex provincia sine senatus potestate non fas erat.

[f] *Primus sententiam diceret*] Nempe Dolabella.

[g] *Præfectos*] Qui turmis equestribus præerant, præfecti dicebantur.

togati creditores [h] Græcorum, quibus ad exigendas [20] pecunias improbissimi cujusque legati plurimum prodest gratia. 74. Ille miser defensorem reperire neminem poterat. Quis enim esset aut togatus, qui Dolabellæ gratia; aut Græcus, qui ejusdem vi et imperio non moveretur? Accusator autem apponitur civis Romanus de creditoribus [i] Lampsacenorum; qui, si dixisset, quod iste jussisset, per ejusdem istius lictores a populo pecuniam posset exigere. Cum hæc omnia tanta contentione, tantis [z] copiis agerentur; cum illum miserum multi accusarent, nemo defenderet; cumque Dolabella cum suis præfectis pugnaret in consilio; [3] Verres fortunas agi suas [k] diceret; idem testimonium diceret; idem esset in consilio; idem accusatorem parasset; [4] hæc cum omnia fierent, et cum hominem constaret occisum; tamen tanta vis istius injuriæ, tanta in isto improbitas putabatur, [5] ut de Philodamo 'Amplius' pronuntiaretur. [6] [1] XXX. 75. Quid ego nunc in altera actione [7] Cn. Dolabellæ spiritus, [y] quid hujus lacrymas et concursationes [z] [8] proferam? quid C. Neronis, viri optimi atque innocentissimi, nonnullis in rebus animum nimis [9] timidum atque demissum? qui in illa re quid facere potuerit, [10] non habebat, nisi forte, id quod omnes tum desiderabant, ut ageret eam rem sine

[y] *Contentiones.* [z] *Itiones et reditiones.*

19 Mein. *ut primus.*—20 Huyd. *agendas.*—1 Lamb. ex Asconio dedit *et ex cred.*—2 Huyd. *tantisque.*—3 ψ post *pugnaret* interpungit, et verba *in consilio* ad sequentia trahit.—4 Leid. *pararet.*—5 Lamb. *improb. esse putab.*—6 Crat. *ampliaretur.*

Cap. xxx. 7 Vulg. *in alteram actionem.* Franc. 1. duo Pariss. Guelf. Ascon. Manut. Lamb. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *in altera actione.*—8 *Concursationes*, pro vulg. *concursiones*, Lamb. dederat ex Hotomanni conjectura, Ern. ex Ms. Guelf. et sic Beck. Schutz. et Orell.—9 Huyd. Ven. 1483. Junt. Steph. et Lamb. *nimium.*—10 Schutz. dedit *quid facere posset* e conj. Ern.

NOTÆ

[h] *Togati creditores*] Non dixit equites Romanos, ne eos offenderet; sed togatos et creditores Græcorum, ut ostenderet causas gratificationis in Verrem.

[i] *Accusator apponitur*] A Verre corruptus testis profertur.

[k] *Fortunas agi suas*] Id est, agi de suo capite, existimatione, et bonis.

[1] *Amplius pronuntiaretur*] Si quis in judicio absolvendus erat, statim absolvebatur; si condemnandus, statim damnabatur; si de causa non satis adhuc constaret, ampliabatur.

Verre et Dolabella.[11] Quicquid esset sine his actum, omnes probarent; tum vero quod[12] pronuntiatum est, non per Neronem judicatum, sed per Dolabellam ereptum existimabatur. Condemnatur enim perpaucis[13] sententiis Philodamus et ejus filius. Adest, instat, urget Dolabella, ut quamprimum securi feriantur, quo[a] quam minime[14] multi ex illis de istius nefario scelere audire possent.[15] 76. Constituitur in foro Laodiceæ[16 m] spectaculum acerbum, et miserum, et grave toti Asiæ provinciæ; grandis[17] natu parens adductus ad supplicium; ex altera parte filius: ille, quod pudicitiam liberorum; hic, quod vitam patris famamque sororis defenderat.[18] Flebat uterque, non de suo supplicio, sed pater de filii morte, de patris, filius. Quid lacrymarum ipsum Neronem putatis profudisse? quem fletum totius Asiæ fuisse? quem luctum et gemitum Lampsacenorum? securi esse percussos homines innocentes,[19] nobiles, socios populi Romani atque amicos, propter hominis flagitiosissimi singularem nequitiam atque improbissimam cupiditatem? 77. Jam jam, Dolabella,[20] neque tui, neque tuorum liberum, quos tu miseros in egestate atque in solitudine reliquisti, misereri potest.[1] Verresne tibi tanti fuit, ut ejus libidinem hominum innocentium[2] sanguine lui[b] velles? Idcircone exercitum[n] atque hostem relinquebas, ut tua vi et crudelitate istius hominis improbissimi pericula sublevares? Quod enim[3] eum tibi quæ-

[a] *Ut.* [b] *Deleri.*

qui etiam conj. *quid faceret*, omisso *potuerit*.—11 Al. *et sine Dol.*—12 Leid. *quoddam.*—13 ψ *pro paucis.*—14 Huyd. *quod quam min.*—15 Pro *audire possent* Ven. 1483. habet *audiret*, i. e. *audirent.*—16 Al. *Laodiciæ.*—17 Lamb. *hinc grandis.*—18 Al. *defenderet.*—19 Mein. *innocentissimos.*—20 *Jam Dol.* Huyd. Steph. *Nemo jam Dol.* Junt. Crat. Lamb. *Neque jam Dol.* edd. nonnullæ. Dein vulgo deest pronomen *me*, quod Grævius e Franc. 1. et Ascon. inseruit; et id habent Guelf. Oliv. Lall. et Orell. E Memmianis Lamb. dedit *me neque tui:* Ern. aut sic, aut neque *tui me* legi vult. Cf. Quintil. IX. 1. 16. Porro *tuorum* non est in Mein.—1 Ascon. *miseret:* Mss. ap. Lamb. *miserere potest.*—2 Al. *innocentum.*—3 Leid. *Quid enim.* Vox *enim*

NOTÆ

[m] *Laodiceæ*] Laodicea civitas in provincia Neronis fuit, postea Ciliciensi provinciæ addita.

[n] *Idcircone exercitum*] Bellum enim gerebatur in Cilicia.

storis in locum[4] constitueras, idcirco tibi amicum in[5] perpetuum fore putasti? [*p.* 92.] Nesciebas, ab eo Cn. Carbonem consulem, cujus re vera quæstor fuit,[6] non modo relictum, sed etiam spoliatum auxiliis, pecunia,[7] nefarie oppugnatum et proditum? Expertus igitur es istius perfidiam tum, cum se[8] ad inimicos tuos contulit; cum in te homo ipse nocens acerrimum testimonium dixit; cum rationes ad ærarium,[o] nisi damnato te, referre noluit. XXXI. 78. Tantæne tuæ, Verres, libidines erunt, ut eas capere ac sustinere non provinciæ populi Romani, non nationes exteræ possint? Tune, quod videris, quod audieris, quod concupieris, quod cogitaris, nisi id ad nutum tuum præsto fuerit, nisi libidini tuæ cupiditatique paruerit,[9] immittentur homines? expugnabuntur domus? civitates non modo pacatæ,[p] verum etiam sociorum[q] atque amicorum, ad vim atque ad arma confugient, ut ab se atque ab liberis suis legati populi Romani scelus ac libidinem[10] propulsare possint? Nam quæro abs te, circumsessusne[c] sis Lampsaci? cœperitne domum, in qua deversabare, illa multitudo incendere? voluerintne legatum populi Romani comburere vivum Lampsaceni? Negare non potes: habeo enim testimonium tuum,[11] quod apud Neronem dixisti: habeo, quas ad eundem literas misisti. 79. Recita hunc ipsum locum de testimonio. (*Testimonium C. Verris in Artemidorum.*[12])

[c] *Obsessus.*

---

suspecta Lambino et Wolffio.—4 *In loco* ψ, Leid. Huyd. Steph. Lamb.—5 Gulielm. maluit *in* ante *perpetuum* omitti. Tum pro *putasti* Leid. habet *sperasti;* et mox *Nesciebam.*—6 Steph. Lamb. *fuerat.*—7 Lamb. Manut. et Schutz. omittunt *pecunia,* prob. Wolffio.—8 Steph. et Lamb. *cum ipse se.*

CAP. XXXI. 9 Lamb. conj. *patuerit.*—10 Nonnullæ edd. vett. *scel. atque libid.*—11 Steph. et Lamb. non habent *tuum.*—12 *Testimonium* non est in

NOTÆ

[o] *Rationes ad ærarium*] Non poterat Verres rationes falsas ad ærarium referre, nisi prius Dolabella damnaretur, qui arguere præsens duntaxat mentientem poterat.

[p] *Civitates non modo pacatæ*] Pacatæ sunt civitates, quæ fœderatæ sunt cum republica.

[q] *Etiam sociorum*] Id est, quibuscum belli pacisque societas contracta est.

Recita ex Verris literis ad Neronem. (*Ex literis C. Verris ad C. Neronem: non multo post in domum.*) Bellumne populo Romano Lampsaceni facere conabantur? deficere ab imperio ac nomine nostro volebant?[13] Video enim, et ex iis, quæ legi et audivi, intelligo: in qua civitate non modo legatus populi Romani circumsessus,[14] non modo igni, ferro, manu, copiis oppugnatus, sed aliqua ex parte violatus sit; nisi publice satisfactum sit,[7] ei civitati bellum indici atque inferri solere. 80. Quæ fuit igitur causa, cur cuncta civitas Lampsacenorum de concione, quemadmodum tute scribis, domum tuam concurrerent?[15] Tu enim neque in literis, quas Neroni mittis, neque in testimonio, causam tanti tumultus ostendis ullam: obsessum te dicis, ignem allatum,[16] sarmenta circumdata, lictorem tuum occisum esse dicis, prodeundi tibi in publicum potestatem factam negas: causam hujus tanti terroris occultas. Nam si quam Rubrius injuriam suo nomine, ac non impulsu tuo et tua cupiditate fecisset; de tui comitis injuria questum ad te potius, quam te oppugnatum venirent. Cum igitur, quæ causa illius tumultus fuerit, testes a nobis producti dixerint, ipse celarit:[17] nonne causam hanc, quam nos proposuimus, tum illorum[18] testimonia, tum istius taciturnitas perpetua confirmat? XXXII. 81. Huic homini parcetis igitur, judices,

Hotom. nec *Artemidorum* in Lamb. Pro *Artemidorum* Pantagathus et Lall. conjecerunt *Philodemum* legend. [12] 'Verba *Recita ex Verris literis* .... *ad C. Neronem* sunt e conjectura Hotomanni, nec in ullo codice, aut vetustiori editione inveniuntur.' Lall. Dein pro *in domum* Augustinus conjecit *in Philodemum*, et nr, aut *in Philodemum et Artemidorum* legi jubet Garaton.—13 *Lampsaceni civitas fac. conabatur* ... *volebat* Ms. ap. Hotom. *Lampsaceni civitas fac. conabatur* ... *volebat* Pall. et edd. pr. *Lampsacena civitas fac. conabatur* ... *volebat* Ms. Cujac. Franc. 1. Guelf. Lamb. Græv. et Orell. *Lampsaceni cives fac. conabantur* ... *volebant* vulg. Vocem *cives* delevit Ern. quem Beck. et Schutz. sequuntur. Grut. conj. *Lampsaceni facere conabantur? civitas defic.* ... *volebat*.—14 Schutz. de Hotomanni conjectura edidit *leg. pop. Rom. non modo circums.*—15 Franc. 1. *concurreret*: Gruter. Oliv. Lall. *concurreret*: Cujac. Lsd. Steph. Lamb. *concurrerit*, omisso *tuam*: Franc. 1. Guelf. Ven. 1485. Junt. Crat. Græv. Beck. Schutz. et Orell. *concurrerent*.—16 *Illatum* Schutz. tacite.—17 Mein. *ipse Verres celarit*.—18 Al. *cum illorum*.

NOTÆ

7 *Nisi publice satisfactum sit*] Eo in loco publice satisfacere, est publica auctoritate culpæ auctores plectere.

cujus tanta peccata sunt, ut ii, quibus injurias fecerit, neque legitimum tempus[s] expectare ad ulciscendum, neque vim tantam doloris in posterum differre potuerint? [19] Circumsessus es: a quibus? a Lampsacenis, barbaris hominibus, credo, aut iis,[20] qui populi Romani nomen contemnerent. Immo vero ab hominibus, et natura, et consuetudine, et disciplina lenissimis; porro autem populi Romani, conditione sociis, fortuna servis, voluntate supplicibus: ut perspicuum sit omnibus, nisi tanta acerbitas injuriæ, tanta vis sceleris fuisset, ut Lampsaceni moriendum sibi potius, quam perpetiendum putarent; nunquam illos in eum locum progressuros fuisse, ut vehementius odio libidinis tuæ, quam metu legationis moverentur. 82. Nolite, per Deos immortales, cogere socios atque exteras nationes hoc uti perfugio; quo,[1] nisi vos vindicatis, utentur necessario. [*p.* 93.] Lampsacenos in istum nunquam ulla res mitigasset, nisi eum pœnas Romæ daturum credidissent. Etsi talem acceperant injuriam, quam nulla lege satis digne persequi poterant;[2] tamen incommoda sua nostris[3] committere legibus et judiciis, quam dolori suo permittere maluerunt. Tu mihi,[t] cum circumsessus a tam illustri civitate sis propter tuum[4] scelus atque flagitium; cum coëgeris homines miseros et calamitosos, quasi desperatis[5] nostris legibus et judiciis, ad vim, ad manus, ad arma confugere; cum te[6] in oppidis et civitatibus amicorum non legatum populi Romani, sed tyrannum libidinosum crudelemque præbueris; cum apud exteras nationes, imperii nominis-

---

Cap. xxxii. 19 Huyd. et edd. vett. *potuerunt*.—20 Huyd. *aut ab iis*. Mox Ald. et Crat. *populum Romanum*, omisso *nomen*.—1 Leid. *quod*. Tum Hotom. conj. *vindicetis*, et Ern. *vindicaritis*.—2 ψ, Guelf. Huyd. Ven. 1483. Junt. Steph. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *possent*, prob. Ern.—3 Vulg. *vestris*.—4 Pro *propter tuum* Huyd. habet *perpetuum*.—5 Leid. *desperati*. Mox Huyd. Mein. *judicibus*.—6 Huyd. caret *te*.

NOTÆ

[s] *Legitimum tempus*] Legitimum tempus accusandi comites magistratuum fuit, cum in provincia summa cum potestate versarentur, aut cum accepto successore Romam redierant.

[t] *Tu mihi*] Vox ista 'mihi' redundans est, et figura Latinis consueta.

que nostri famam tuis probris flagitiisque violaris; cum te ex ferro amicorum populi Romani eripueris, atque e flamma sociorum evolaris; hic tibi perfugium speras futurum? Erras: ut huc incideres, non ut hic conquiesceres, illi te vivum exire passi sunt. XXXIII. 83. Et ais, judicium esse factum, te injuria circumsessum esse Lampsaci, quod Philodamus cum filio condemnatus sit.[7] Quid? si doceo, si planum facio, teste homine nequam, verum ad hanc rem tamen idoneo, te ipso, inquam, teste, doceo,[8] te hujus circumsessionis [d] tuæ causam et culpam in alios transtulisse?[9] neque in eos, quos tu insimularas, esse animadversum? jam nihil te judicium Neronis adjuvat. Recita, quas ad Neronem literas misit. (*Epistola C. Verris ad Neronem.—Themistagoras et Thessalus.*[u]) Themistagoram et Thessalum scribis[10] populum concitasse. Quem populum? qui te circumsedit: qui te vivum comburere conatus est. Ubi hos persequeris? ubi accusas? ubi defendis jus nomenque legati? 84. In Philodami judicio dices id actum? Cedo mihi ipsius Verris testimonium. Videamus, quid idem iste juratus dixerit.[x] Recita.[11] 'Ab accusatore rogatus[12] respondit, in hoc[13] judicio non persequi: sibi in animo esse, alio tempore persequi.' Quid igitur te juvat[14] Neronis judicium? quid Philodami damnatio? Legatus cum esses circumsessus, cumque, quemadmodum tute ad Neronem scripsisti, populo Romano communique causæ legatorum facta esset injuria insignis, non es persecutus: dicis tibi in animo esse alio tempore persequi. Quod fuit id tempus?[15] quando es persecutus? Cur imminuisti jus le-

[d] *Obsessionis.*

CAP. XXXIII. 7 'Post *condemnatus sit* forsan melius interrog. nota ponatur.' *Beck.*—8 Vulg. *docebo.* E conj. *doceo* dedit Ern. quem Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—9 Lamb. ex Ascon. *contulisse*, prob. Garaton. Dein Guelf. *insimulares:* Lamb. *insimularis.*—10 Leid. et edd. vett. *scribit.*—11 Leid. Steph. Lamb. omittunt *Recita.*—12 Ascon. *interrogatus.*—13 Lamb. *se*

NOTÆ

[u] *Themistagoras et Thessalus*] Ab illis nominibus incipit Verris epistola.

[x] *Juratus dixerit*] Nemo testis adhibebatur, nisi prius juravisset se veritatem dicturum.

gationis?[y] cur causam populi Romani deseruisti ac prodidisti? cur injurias tuas, conjunctas cum publicis, reliquisti? Non te[16] ad senatum causam deferre; non de[17] tam atrocibus injuriis conqueri; non eos homines, qui populum concitarant,[18] consulum literis evocandos curare oportuit? 85. Nuper, M. Aurelio Scauro postulante, quod is Ephesi[z] se quæstorem vi prohibitum esse dicebat, quo minus e fano[a] Dianæ servum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret; Pericles Ephesius, homo nobilissimus, Romam evocatus est, quod auctor injuriæ illius fuisse argueretur:[19] tu, si te legatum ita Lampsaci tractatum esse, senatum docuisses, ut tui comites vulnerarentur, lictor occideretur, ipse circumsessus pæne incenderere;[20] ejus autem rei duces et auctores et principes[1] fuisse, quos scribis, Themistagoram et Thessalum; quis non commoveretur? quis non ex injuria, quæ tibi esset facta, sibi provideret?[e] quis non in ea re causam tuam, periculum commune agi[2] arbitraretur? Etenim nomen legati ejusmodi[3] esse debet, quod non modo inter sociorum jura, sed etiam inter hostium tela incolume versetur.

XXXIV. 86. [*p.* 94.] Magnum hoc Lampsacenum[4] crimen est libidinis atque improbissimæ cupiditatis. Accipite nunc[5] avaritiæ propemodum in suo genere non levius. Milesios navem poposcit, quæ eum præsidii causa Myn-

[e] *Caveret.*

in hoc.—14 Lamb. *adjuvat.*—15 Huyd. *ad tempus.*—16 ψ, Mein. Huyd. et edd. vett. nonnullæ, *Nonne te.*—17 Huyd. *num de.*—18 Ven. 1483. et Junt. *concitarunt:* Guelf. *concitarent.*—19 Leid. Steph. et Lamb. *arguebatur.*—20 Huyd. *incenderetur.*—1 ψ, Guelf. Huyd. Mein. tres Pall. et edd. pr. cum Beck. *duces et auctores principes:* Schutz. e conj. Ernesti edidit *duces, auctores et principes.* Vulg. *duces et auctores et principes.* Mox Steph. *Themistagoran.*—2 Franc. 1. *causam tuam suumque periculum agi.*—3 Leid. *ejuscemodi.*

CAP. XXXIV. 4 Mein. *Lampsacenorum.*—5 Pro *nunc* nonnulli habent *vero.*

NOTÆ

[y] *Imminuisti jus legationis*] Is imminuere jus suum dicitur, qui suam in administrando potestatem non defendit: ideoque reus læsæ majestatis censeri debet.

[z] *Ephesi*] Ephesus civitas Ioniæ, in qua Diana colebatur.

[a] *E fano*] Illud fanum ab Amazonibus consecratum dicitur, et a Ctesiphonte architecto ædificatum.

dum [b] prosequeretur.[6] Illi statim myoparonem [c] egregium de sua classe,[d] ornatum atque armatum dederunt. Hoc præsidio Myndum [7] profectus est. Nam, quid Milesiis lanæ publicæ [8 e] abstulerit, item de sumtu in adventum, de contumeliis et injuriis in magistratum Milesium, tametsi dici tum vere,[9] tum graviter et vehementer potest, tamen dicere prætermittam, eaque omnia testibus integra reservabo: illud, quod neque taceri ullo modo, neque dici pro dignitate [10] potest, cognoscite. 87. Milites remigesque Miletum Myndo pedibus reverti jubet: ipse myoparonem pulcherrimum, de decem Milesiorum navibus electum, L. Magio [11] et L. Rabio,[f] qui Myndi habitabant, vendidit. Hi sunt homines, quos nuper senatus in hostium numero [g] habendos censuit: hoc illi navigio ad omnes populi Romani hostes, usque ab Dianio,[12 h] quod in Hispania est, ad Sinopen,[i]

—6 Hnyd. *Mindum prosequatur;* et mox *myoparem.*—7 Pro *Myndum* in Leid. *nondum* legitur.—8 Lamb. conj. *publice.*—9 Steph. Lamb. *cum vere.*—10 Schutz. e Franc. 1. *pro indignitate;* unde Græv. conj. *pro indignitate digne.* Hnyd. Ven. 1483. Junt. Crat. verbum *potest* ponunt post *ullo modo.*—11 ψ et Huyd. *Maio:* Pro *Rabio* Ascon. habet *Phanio;* Manut. et Lamb. 1666. *Fannio;* Steph. *Fabio.*—12 ψ, Huyd. *Diano.* Verba *quod in Hisp. est* et *quæ in Ponto est* absunt ab Ascon. Ms. et suspecta erant Hotomanno et Lambino: ea Schutz. delevit. 'Car. et Roh. Steph. edd. ut et Mss. *ad Sinopam:* sed unde *Sinopem* irrepserit in editiones P. Manutii, Lambini, Hoto-

NOTÆ

[b] *Myndum*] Cariæ oppidum fuit maritimum ad Phœnicis montis radices, e regione Coæ insulæ. Plin. v. 29.

[c] *Myoparonem*] Myoparo genus quoddam est navis mediæ formæ inter onerariam et triremem longiorem.

[d] *De sua classe*] Milesii ex fœdere cum Romanis inito classem præbere populo Rom. præsidii causa tenebantur.

[e] *Milesiis lanæ publicæ*] Miletus civitas est Asiæ, ubi lana optima, ut Plin. VIII. 47. sic refert: 'Lana laudatissima Appula, et quæ in Italia Græci pecoris appellatur, alibi Italica. Tertium locum Milesiæ oves obtinent.'

[f] *L. Magio et L. Rabio*] Hi a Mario defecerunt ad Mithridatem, a quo postea ad Sertorium legati sunt, ut cum eo de societate ineunda contra Romanos agerent.

[g] *In hostium numero*] Qui hostes fuerant a senatu judicati, sic puniebantur ut eorum cervices furcæ inserentur, et corpora ad mortem usque virgis cæderentur.

[h] *Ab Dianio*] Dianium oppidum est in Hispania Tarraconensi ad oram maris Balearici.

[i] *Ad Sinopen*] Sinope est urbs Ponti, quæ olim frequentibus gymnasiis floruit, et quam Milesii condidere.

quæ in Ponto est, navigaverunt. O Dii immortales! incredibilem avaritiam, singularemque audaciam! Navem tu de classe populi Romani, quam tibi Milesia civitas, ut te prosequeretur, dedisset, ausus es vendere? Si te magnitudo maleficii, si te[13] hominum existimatio non movebat; ne illud quidem cogitabas,[14] hujus improbissimi furti, sive[15] adeo nefariæ prædæ, tam illustrem ac tam nobilem civitatem testem futuram? 88. An, quia tum Cn. Dolabella in eum,[16] qui ei myoparoni præfuerat, Milesiisque rem gestam renuntiarat, animadvertere tuo rogatu conatus est, renuntiationemque[k] ejus, quæ erat in publicas literas relata illorum legibus, tolli jusserat; idcirco te ex hoc crimine elapsurum esse arbitrabare?[17] XXXV. Multum te ista fefellit opinio, et quidem multis in locis. Semper enim existimasti, et maxime in Sicilia, satis cautum tibi ad defensionem fore,[18] si aut referri aliquid in literas publicas vetuisses, aut, quod relatum esset, tolli coëgisses. Hoc quam nihil sit, tametsi ex multis Siciliæ civitatibus priore actione didicisti, tamen etiam in hac ipsa civitate cognosce. Sunt illi quidem dicto audientes, quamdiu adsunt ii,[19] qui imperant: simulac discesserunt, non solum illud perscribunt,[20] quod tum prohibiti sunt, sed etiam causam ascribunt, cur non tum in literas relatum sit. 89. Manent istæ literæ Mileti; manent, et, dum erit illa civitas, manebunt. Decem enim naves jussu L. Murenæ[l] po-

manni, Gruteri, equidem ignoro. Nam omnino legend. esse *Sinopem*, aut *Sinopam*, quis dubitabit?' *Græv.*—13 Steph. et Lamb. non habent *te*.—14 ψ, Huyd. *excogitabas*.—15 Pro *sive* Manut. Lamb. et al. habent *hujus*.—16 Pro *in eum* ψ habet *mihi eum*.—17 Præpositionem ante *hoc* omittit Lamb. Tum *elapsum esse arbitrabare* Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Beck. et Orell. *elapsum esse arbitrabere* Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *elapsurum esse arbitrabare* e conj. dedit Ern. quem Schutz. sequitur; ut etiam § 102. In ψ et Guelf. quoque *arbitrabare*.

CAP. XXXV. 18 Verba *ad defens. fore* pro glossa habet Grut.—19 Ven. 1483. et Junt. *hi*; et sic Goerenz. ad Fin. ii. 34.—20 Huyd. *proscribunt*.—

NOTÆ

[k] *Renuntiationemque*] Renuntiaverat navem a Verre L. Magio venditam esse.

[l] *Jussu L. Murenæ*] Murena legatus fuit Syllæ in bello contra Mithridatem, ac pater illius, pro quo Cicero dixit.

pulus Milesius ex pecunia vectigali populi Romani [1] fecerat, sicut pro sua quæque [2] parte[f] Asiæ ceteræ civitates: quamobrem unam ex decem, non prædonum repentino adventu, sed legati latrocinio; [3] non vi tempestatis, sed hac horribili tempestate sociorum, amissam, in literas publicas retulerunt. 90. Sunt Romæ legati Milesii, homines nobilissimi, ac principes civitatis; qui, tametsi mensem Februarium,[m] et consulum designatorum [n] nomen expectant,[4] tamen hoc tantum facinus non modo negare interrogati, sed ne producti quidem reticere poterunt: [5] dicent, inquam, et religione adducti, et domesticarum legum [6] [o] metu, quid illo [7] myoparone factum sit. Ostendent, C. Verrem in ea classe, quæ contra piratas ædificata sit, piratam ipsum consceleratum fuisse.

XXXVI. C. Malleolo, quæstore Cn. Dolabellæ, occiso, duas sibi hæreditates venisse arbitratus est: unam quæstoriæ procurationis (nam a Dolabella statim proquæstore jussus est esse); 91. alteram tutelæ; [p] nam, cum pupilli Malleoli tutor esset, in bona ejus impetum fecit: nam Malleolus [q] in provinciam sic copiose [8] profectus erat, ut domi prorsus nihil relinqueret. [*p.* 95.] Præterea pecunias occuparat apud populos, et syngraphas fecerat: [r] argenti

[f] *Pro sua facultate.*

1 ψ, Pall. et Schutz. *populo Romano*, probb. Lallem. et Beck.—2 Leid. *quoque*.—3 Idem Ms. *patrocinio*.—4 *Februarium expectant, et cons. des. nomen extimescunt* Manut. et Lamb. e conj. Lambini: *consulum design. nutum expectant* Lall. e conj. Grævii.—5 Edd. nonnullæ *potuerunt*.—6 *Legum domesticarum* Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Steph. Lamb. et Orell.—7 Huyd. Mein. Ven. 1483. Junt. *quid de illo*, prob. Facio et Wolffio. Mox Huyd. *Ostendit*.

CAP. XXXVI. 8 *Copiose* suspectum est Ern. quoniam Cicero *sic, ita* nude po-

NOTÆ

[m] *Mensem Februarium*] Hoc mense senatus Rom. audiendis provinciarum legationibus vacabat, ut patet ex Fam. Ep. I. 4. et Ep. ad Q. Frat. II. 3.

[n] *Consulum designatorum*] Hortensius et Metellus consules erant designati.

[o] *Domesticarum legum*] Leges domesticæ, id est patriæ, jubent non tacere, quando de patriæ incommodis agitur.

[p] *Alteram tutelæ*] Tutor factus est Verres Malleoli.

[q] *Nam Malleolus*] Scilicet pater.

[r] *Syngraphas fecerat*] Syngrapha ta-

optimi cælati grande pondus secum tulerat: (nam ille quoque sodalis[s] istius erat[9] in hoc morbo et cupiditate) grande pondus argenti, familiam magnam, multos artifices, multos formosos homines[10] reliquerat. Iste, quod argenti placuit, invasit: quæ mancipia voluit, abduxit: vina, ceteraque, quæ[11] in Asia facillime comparantur, quæ ille reliquerat, asportavit: reliqua vendidit, pecuniam exegit. 92. Cum eum[12] ad H-S vicies quinquies[t] redegisse constaret; ut Romam rediit, nullam literam[13] pupillo, nullam matri ejus, nullam tutoribus reddidit: servos artifices pupilli cum haberet domi, circum pedes autem homines formosos et literatos;[g] suos esse dicebat, se emisse. Cum sæpius mater et avia pueri postularent, uti, si non redderet pecuniam, nec rationem daret,[14] diceret saltem, quantum pecuniæ Malleoli[15] deportasset; multis[16] efflagitatus aliquando dixit H-S[17] decies:[u] deinde in codicis extrema cera[h 18] nomen infimum in flagitiosa litura[19 x] fecit: ex-

[g] *Servos honorarios.* [h] *Ultima tabula.*

nit.—9 Steph. *sodalitius erat.*—10 Post *formosos* Schutz. conjecit verba *et literatos* excidisse. Vid. paulo post. Dein Ern. e conj. et Harles. *reliquerat:* omnes aliæ edd. et Mss. *reliquit.*—11 Huyd. *cetera, neque;* et mox *comparentur.* 'Cledonius grammaticus, p. 1898. ed. Putsch. laudat locum ita, *vina Græca, ceteraque, quæ ex Asia facillime comportantur:* sed vulgata lectio servatur a Servio ad Virg. Ecl. v. 36. nisi quod ibi *facile* habetur.' *Garaton.* Verba *quæ ille reliquerat* suspecta Ern.—12 Leid. Ven. 1483. Junt. Crat. omittunt *eum:* Beck. uncis inclusit. Dein, Hotom. correxerat *H-S vicies quinquies;* et in Pal. 2. reperit postea Gruter. *H-S XX. quinquies.* Ante excusi libri exhibent *H-S XXIIX. quinquies,* aut, ut Victor. *H-S XXD. quinquies.* In Huyd. *H-S XXX. quinquies.*—13 '*Nullam libellam* Schutz. e conj., ingeniose, et, ut opinor, vere: Cf. Verr. II. 10.' *Orell.* Pro *pupillo,* in Huyd. *publio* legitur.—14 Ernesto videntur esse verba permutata, *non rationem rederet, non pecuniam daret.*—15 Leid. *Malleolus.*—16 Al. *a multis.*—17 Pro *H-S* quidam Mss. habent *SS,* et sic infra.—18 ψ, Huyd. Mein. Pall. et edd. vett. *extremam ceram.* In Ms. Ursini *Deinde codicis ad extremam oram.*—

NOTÆ

bella est, in qua perscripta est pactio utriusque, et manu paciscentis obsignata.

[s] *Sodalis*] Id est, ut in ceteris rebus, sic in avaritia sodalis istius erat.

[t] *H-S vicies quinquies*] Id est, ducenta et quinquaginta millia librarum.

[u] *H-S decies*] Id est, centum mille libras.

[x] *Litura*] Profert duo corrupti codicis signa, et quod in extrema cera, et quod in litura nomen illud factum

pensa[20] Chrysogono servo[y] H-S sexcenta millia accepta pupillo Malleolo retulit. Quomodo ex decies[z] H-S sexcenta sint facta; quomodo DC. eodem modo quadrarint,[a] ut illa de Cn. Carbonis pecunia, reliqua H-S sexcenta facta sint; quomodo[i] Chrysogono expensa lata sint;[1] cur id nomen infimum, in lituraque sit, vos existimabitis. 93. Tamen H-S sexcenta millia cum accepta retulisset, H-S quinque millia[2] soluta non sunt. Homines, posteaquam reus factus est, alii redditi, alii etiam nunc retinentur; peculia[b] omnium vicariique[c] retinentur. Hæc est istius[d] præclara tutela. XXXVII. En, cui tuos liberos committas! en memoria mortui sodalis![e] en metus[3] vivorum ex-

[i] *Cujus jussu.*

19 Mss. nonnulli *litera*, et infra *literaque.*—20 'Ante *expensa* Lamb. addi voluit *H-S quadringenta millia*, quod et nonnullæ edd. receperunt, ut dicatur quadringenta millia Chrysogono, Malleoli servo, expensa tulisse, sexcenta millia pupillo accepta referre. At interpunctione post *millia*, præeunte Græv. et cod. Guelf., sublata, Ern. constituit hunc sensum, Sexcenta millia, quæ Chrysogono data sunt, de Malleoli pecunia data esse, scripsit.' *Beck.*—1 In Huyd. *SS centena sunt facta; quomodo D. eodem modo quadrarit. &c.* E Lambini conjectura nonnullæ edd. dederunt *quomodo ex decies H-S sexcenta millia reliqua sint facta: ut illa, de Cn. Carbonis pecunia, reliqua H-S sexcenta sunt facta: quomodo hæc sexcenta eodem modo quadrarint: quomodo H-S quadringinta millia Chrysogono expensa lata sint.* Pro vulg. *facta sint*, duo Pariss. Ven. 1483. Oliv. Lall. et Beck. habent *facta sunt*, prob. Græv. et Garaton.—2 Pro vulg. *quinque millia*, e Guelf. et uno Pariss. *quinquaginta millia* dederunt Lall. Schutz. et Orell. *quingenta millia* conj. Hotom.

NOTÆ

est: nempe id quod sequitur: expensa Chrysogono servo sestertiorum quadraginta millia, id est, librarum nostrarum quatuor millia; in litura autem, id est in cera interlita.

[y] *Expensa Chrysogono servo*] Id est, ea quæ data sunt et expensa a servo meo, (Verris scilicet) pupilli nomine, illi expensa sunt, egoque accepi, et habeo. 'Acceptum autem referre alicui,' aliud nihil est quam in tabulas referre, id est, scribere se ab aliquo accepisse: et 'expensum ferre alicui,' id est, scribere se ei dedisse, et appendisse.

[z] *Ex decies*] Corruptas ostendit fuisse tabulas, nam pro *decies* scripsit *sexties*.

[a] *Eodem modo quadrarint*] Id est, quod tam bene quadrent, et perfectæ sint acceptorum et expensorum summæ, inde furti suspicio conjicitur.

[b] *Peculia*] Peculium pecunia est quæ ab hero servis concedebatur, ut inde labore suo aliquid sibi lucrarentur.

[c] *Vicarii*] Vicarii dicuntur illi servi, qui in familia erga alios servos domini vices gerunt.

[d] *Hæc est istius, &c.*] Præclara ironia ad exaggeranda Verris crimina.

[e] *Sodalis*] Talis dicitur ex jurisconsultorum sententia, qui ejusdem est collegii.

istimationis! Cum tibi se tota Asia spoliandam ac vexandam tradidisset;[4] cum tibi exposita esset omnis ad prædandum Pamphylia; contentus his tam opimis[5] rebus non fuisti? manus a tutela, manus a pupillo, manus a sodalis filio abstinere non potuisti? Jam te non Siculi, non aratores, (ut dictitas,) circumveniunt; non hi,[6] qui decretis edictisque tuis in te concitati infestique sunt: Malleolus a me productus est,[7] et mater ejus atque avia; quæ miseræ, flentes,[8] eversum a te puerum patriis bonis esse dixerunt. 94. Quid expectas? an dum ab inferis ille[9] Malleolus existat, atque abs te[10] officia tutelæ, sodalitatis, familiaritatisque flagitet?[11] Ipsum putato adesse. Homo avarissime et spurcissime, redde bona sodalis filio: si non[12] quæ abstulisti; at quæ confessus es. Cur cogis sodalis filium hanc primam in foro vocem cum dolore et querimonia emittere?[13] cur sodalis uxorem, sodalis socrum,[14] domum denique totam sodalis mortui, contra te testimonium dicere? cur pudentissimas lectissimasque fœminas in tantum virorum conventum insolitas invitasque prodire cogis? Recita omnium testimonia. (*Testimonium matris et aviæ.*)

XXXVIII. 95. Proquæstore vero quomodo iste commune[k] Milyadum[f] vexarit, quomodo Lyciam,[g] Pamphyliam, Pisidiam, Phrygiamque totam frumento imperando, æstimando,[15] [h] hac sua, quam tum primum excogitavit, Si-

[k] *Rempublicam.*

CAP. XXXVII. 3 Duo Mss. ap. Lamb. *memoriam . . . metum.*—4 Steph. Lamb. *præbuisset.*—5 Huyd. Mein. *optimis.*—6 Lamb. *ii.*—7 Edd. nonnullæ addunt *sed* ante *Malleolus*, et omittunt *sed* post *productus.*—8 Beck. et Schutz. e Guelf. Franc. 1. 2. et Lambini Ms. *misere flentes.*—9 Leid. Steph. Lamb. *ipse.*—10 Quidam carent *abs te.*—11 Huyd. *flagitetur.*—12 Pro *si non*, ψ et Pal. 2. habent *sine;* Huyd. et Pal. 1. *sive.* Ms. Cujac. omittit *si.* Dein pro *at quæ* ψ habet *atque.*—13 Lamb. *mittere.*—14 Huyd. *socium.*

CAP. XXXVIII. 15 Huyd. *extimando*, et paulo post *extimatione.* Pro *hac*

NOTÆ

[f] *Milyadum*] Milyas Carbaliæ civitas in Pamphylia.

[g] *Lyciam, &c.*] Lycia regio Minoris Asiæ, sicut Pamphylia, Pisidia, Phrygia, quæ Ciliciensi provinciæ adjectæ erant.

[h] *Imperando, æstimando*] Licebat magistratibus frumentum in usus suos accipere, si vellent, aut pro frumento pecuniam.

ciliensi æstimatione afflixerit, non est necesse demonstrare verbis. Hoc scitote: his nominibus, (quæ res per eum [16] gestæ sunt, cum iste civitatibus frumentum, coria, cilicia,[i] saccos [17] imperaret, neque ea sumeret, pro [18] his rebus pecuniam exigeret,) his nominibus solis, Cn. Dolabellæ H-S ad tricies [k] litem esse æstimatam.[l] [19] [*p.*96.] Quæ omnia, etiamsi voluntate Dolabellæ fiebant, per istum[1] tamen omnia [20] gerebantur. 96. Consistam in uno nomine:[m] [1] multa enim[2] sunt ex eodem genere. Recita. (*De litibus æstimatis*[3] *Cn. Dolabellæ Pr. pecuniæ redactæ,*[4] *quod a communi Milyadum.*) Te hæc coëgisse, te æstimasse, tibi pecuniam numeratam esse dico: eademque vi et injuria, cum pecunias [5] maximas cogeres, per omnes partes provinciæ te, tanquam aliquam calamitosam tempestatem pestemque pervasisse demonstro. 97. Itaque M. Scaurus, qui Cn. Dolabellam accusavit, istum in sua potestate ac ditione [6] tenuit. Homo adolescens cum istius[7] in inquirendo multa furta ac flagitia cognosceret, fecit perite et callide: volumen ejus rerum gestarum maximum isti ostendit: ab homine, quæ voluit, in Dolabellam abstulit: istum testem produxit: dixit iste, quæ velle accusatorem putavit.[8] Quo ex genere mihi testium, qui cum isto furati sunt, si uti voluissem, magna copia fuisset; qui ut se periculo litium,

[l] *Expensas taxatas fuisse.*
[m] *Perseverabo in eodem titulo.*

---

sua Menard. legit *ex sua.*—16 *Per ipsum* Leid. *per hunc* Steph.—17 Grævius censet Ciceronem scripsisse *sagos.*—18 Leid. Steph. Lamb. *proque.*—19 Leid. *existimaret:* Huyd. *existimatam.*—20 Edd. quædam *nomina.*—1 Quidam ap. Lamb. *crimine.*—2 Edd. vett. omittunt *enim.*—3 Huyd. *existimatis.*—4 Vict. Ald. Græv. Beck. et Orell. *Cn. Dolabellæ Pr. P. R. pec. red.* Vulg. *P. R.* omittuntur. Lamb. dedit *Cn. Dolabellæ Pr. pecuniaque populo Rom. redactæ.* Cf. § 99.—5 ψ *ea denique vi et injuria, ad pec.*—6 Huyd. *dictione.*—7 ψ et Huyd. *isti.*—8 In Huyd. Pall. et edd. pr. desunt verba *istum testem . . . pu-*

NOTÆ

[i] *Cilicia*] Texta sunt e pilis in usum castrorum ac nautarum, et ita a Cilicibus populis dicta, apud quos primum confecta sunt. Varr. de Re Mil. l. II.

[k] *H-S ad tricies*] Id est, tricies centena millia sestertium, quæ nostræ pecuniæ centum numinorum millia efficiunt.

[l] *Per istum*] Verrem designat, quia ad quæstorem pertinebat procuratio frumentaria.

conjunctione criminum [m] liberarent, quo ego vellem, descensuros [9] pollicebantur. 98. Eorum ego voluntatem omnium repudiavi.[n] Non modo proditori, sed ne perfugæ quidem locus in meis castris cuiquam fuit. Forsitan meliores illi accusatores habendi sunt, qui hæc omnia fecerunt:[10] sed ego defensorem in mea persona, non accusatorem, maxime laudari volo. Rationes ad ærarium,[o] ante quam Dolabella condemnatus est, non audet referre:[p] impetrat a senatu, ut dies sibi prorogaretur,[11] quod tabulas suas ab accusatoribus Dolabellæ obsignatas diceret; proinde [12] quasi exscribendi potestatem [q] non haberet. Solus est hic, qui nunquam rationes ad ærarium referat. XXXIX. Audistis quæstoriam rationem [r] tribus [s] versiculis [n] relatam; legationis [13] [t] non, nisi condemnato et ejecto eo, qui posset reprehendere: nunc denique prætura,[u] quam ex senatus consulto statim referre debuit, usque ad hoc tempus non retulit. 99. Quæstorem [14] [x] se in senatu ex-

[n] *Verbis.*

tavit. In ψ verbum *putavit* omittitur.—9 Cujac. Steph. et Lamb. *discessuros.*—10 Post *fecerunt* Leid. Steph. Lamb. addunt *Ita est.*—11 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Steph. Lamb. *prorogarentur:* al. Ms. *prorogetur.*—12 Crat. Oliv. Lall. *perinde*, prob. Ern.

CAP. XXXIX. 13 ψ et Huyd. *legationem.*—14 Ascon. Menard. Lamb.

NOTÆ

[m] *Conjunctione criminum*] Testes fatebuntur se fuisse participes criminum, et judices futuros contra Verrem.

[n] *Voluntatem omnium repudiavi*] Non ut adolescens Scaurus, inflammatus cupiditate, Cicero accusabat.

[o] *Rationes ad ærarium*] Verrem accusat, quod rationes falsas ad ærarium retulit.

[p] *Non audet referre*] Quæstores antequam decederent e provincia, Romam redituri, soliti erant rationes ad ærarium referre.

[q] *Exscribendi potestatem*] Qui reos repetundarum accusabant, tenebantur facere copiam amicis rei exscribendi tabulas rationum, et eas in exempla transferendi.

[r] *Quæstoriam rationem*] Nunquam retulit Verres ad ærarium rationes administratæ pecuniæ, cum Carbonis quæstor erat.

[s] *Tribus*] Hi erant versiculi ut refert Asconius: 'Accepi, dedi, reliqui,' nempe tantam pecuniam.

[t] *Legationis*] Id est, legationis ratio relata est.

[u] *Nunc denique prætura*] Id est, nunc rationem audiamus prætura Siciliensis.

[x] *Quæstorem* [*Quæstores*] Duo hi erant in Sicilia: quæstores tantum Lilibytanus et Syracusanus.

pectare dixit: perinde quasi non, ut quæstor,[15] sine prætore, posset rationem referre, (ut tu, Hortensi, ut omnes) eodem modo sine quæstore prætor.[16] Dixit, idem Dolabellam impetrasse.[y] Omen magis[z] patribus[17] conscriptis, quam causa[o] placuit: probaverunt. Verum quæstores quoque jampridem venerunt: cur non retulisti? illarum rationum ex ea fæce[a] legationis, quæstoriæque[b] tuæ procurationis, illa sunt nomina,[p] quæ Dolabellæ necessario[18] sunt æstimata.[19] (*Ex litibus æstimatis Dolabellæ Pr. P. R. pecuniæ redactæ.*[20]) 100. Quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quam Verres illi expensum tulerit,[q] H-S[c] quingenta triginta quinque millia; et quod plus fecit Dolabella Verrem accepisse, quam iste in suis tabulis habuit, H-S ducenta[d] triginta duo millia; et quod plus frumenti fecit accepisse istum, H-S decies et octingenta millia:[e] quod tu, homo castissimus, aliud in tabulis habebas.[f] Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ,[f] quas nullo duce, tamen

[o] *Excusatio.* [p] *Tituli.*

[q] *Quod Dolabella minus in suis tabulis scripserit, accepisse se a Verre, quam Verres in suis scripsit, se ei dedisse.*

Schutz. et Orell. *Quæstores.* Mox al. *proinde.*—15 Crat. Steph. *et quæstor:* Ven. 1483. Junt. *quæstor* sine copula. Mox Huyd. Steph. Lamb. *possit.* Quædam edd. vett. omittunt *rationem.*—16 ψ et Huyd. *prætores.*—17 ψ *impetrasse omen magistratibus:* Huyd. *imperasse. Omen magistratibus.* Mox ψ et Huyd. *qua causa.* Dein Huyd. *complacuit.*—18 Verbum *necessario* suspectum Gulielmio.—19 Huyd. *extimata;* et mox *extimatis.*—20 Vulg. *Pr. et propr.* omissis verbis *pecuniæ redactæ.* E Franc. 1. *Pr. P. R. pecuniæ redactæ* edidit Græv. quem Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur. Garaton. maluit, *PRo- PRætore pec. red.*—1 *Quod* (omisso *et*) *plus frumenti te fecit accepisse, quam tu, homo castissimus, in tabulis habebas, H-S decies et octingenta millia* Lamb. partim ex conjectura Hotomanni, qui volebat *quod plus frumenti fecit*

NOTÆ

[y] *Dolabellam impetrasse*] Cum Romam e Cilicia rediisset.

[z] *Omen magis*] Videbatur Verres ominari, quod idem sibi eveniret, quod Dolabellæ, qui repetundarum crimine damnatus est; cum idem peteret Verres, ac Dolabella.

[a] *Fæce*] Id est, residuis sordibus.

[b] *Quæstoriæque*] Dolabellæ proquæstor fuit Verres.

[c] *H-S*] Quingenta triginta quinque millia sestertiorum, sunt nostræ monetæ quinquaginta et tria millia, cum libris quingentis.

[d] *H-S ducenta, &c.*] Efficiunt viginti tria librarum millia cum ducentis.

[e] *H-S decies et octingenta* [*octoginta*] *millia*] Id est, centum et octo millia librarum.

[f] *Extraordinariæ pecuniæ*] Per illas extraordinarias pecunias sordida lu-

aliqua ex particula investigamus,[g] redundarunt: hinc ratio cum Q. et Cn. Postumiis, Curtiis,[2] multis nominibus;[r h] quorum in tabulis iste habet nullum:[3] hinc H-S quaterdecies[i] P. Tadio[k] numeratum[4] Athenis, testibus planum faciam: hinc emta apertissime prætura; nisi forte id etiam dubium est, quomodo iste prætor factus sit. 101. Homo scilicet aut industria,[5] aut opera probata, aut frugalitatis existimatione præclara, aut denique, id quod levissimum est, assiduitate;[l] [*p.* 97.] qui ante quæsturam cum meretricibus lenonibusque vixisset, quæsturam ita gessisset, quemadmodum cognovistis, Romæ post quæsturam illam nefariam vix triduum constitisset, absens non in oblivione jacuisset, sed in assidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuisset; is repente, ut Romam venit, gratis prætor factus est? Alia porro[m] pecunia, ne accusaretur, data. Cui sit data, nihil ad me, nihil ad rem pertinere arbitror: datam quidem esse tum inter omnes recenti negotio facile constabat. 102. Homo stultissime et amentissime, tabulas cum conficeres, et cum extraordinariæ pecuniæ[6]

[r] *Titulis.*

---

accepisse istum quam tu, &c. ut Lamb. Pro *quod tu* Ern. conj. *id tu.* Wyttenbach. Bibl. Crit. Vol. I. P. II. p. 9. habet *aliis in tabulis.*—2 *Cn. Postumis Curtiis* Ursin. Schutz. et Orell.—3 Pro *nullum* Ant. Augustin. scribi jussit *millies,* improb. Ursin. prob. Beck.—4 Vulgo *numerata.* E J. F. Gronovii conjectura *numeratum* ediderunt Ern. Lall. Beck. et Orell.—5 Ern. conj. vocem *nulla* excidisse ante *aut industria.*—6 *Extraordinaria pecunia* ψ, Huyd. et edd. pr. cum Beck. et Wolff. *judiciaria pecunia* Leid. *extraordinariæ pecuniæ*

NOTÆ

cra et furta intelligit: nam omnes aliæ legitimæ in tabulas referebantur, hæ autem minime.

[g] *Investigamus*] Investigatur unde habeat Verres has pecunias: nam ex tabulis ejus non constat, nec ex earum minima parte, quas tamen tractant Posthumii.

[h] *Multis nominibus*] Sic explicat hunc locum Manutius: In tabulis Curtiorum nomina multa sunt, quibus illi pecunias Verri acceptas referunt; at eorum nominum in ejus tabulis nullum est; patere enim noluit, unde ea pecunia ad se venerit.

[i] *H-S quaterdecies*] Quaterdecies centena millia sestertiorum faciunt quadringenta librarum millia.

[k] *P. Tadio*] Tadius legatus fuit Verris.

[l] *Assiduitate*] Assiduitas eorum erat, qui honoris et officii causa aliquem observabant.

[m] *Alia porro*] Pecuniam aliam dedit Verres, ut prætor fieret.

crimen subterfugere velles; satis[7] te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si, quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres,[n] neque in tuas tabulas ullum nomen referres, cum tot tibi nominibus acceptum Curtii[o] referrent? Quid proderat tibi, te expensum illis non tulisse? An tuis solis tabulis te causam dicturum existimasti?

XL. 103. Verum ad illam jam veniamus præclaram præturam, criminaque ea, quæ notiora sunt his qui adsunt, quam nobis qui meditati ad dicendum paratique venimus: in quibus non dubito, quin offensionem[8] negligentiæ vitare atque effugere non possim. Multi enim ita dicent: 'De illo nihil dixit, in quo ego interfui: illam injuriam non attigit, quæ mihi, aut quæ amico[9] meo facta est, quibus ego in rebus interfui.' His omnibus, qui istius injurias norunt, hoc est, populo Romano universo, me vehementer excusatum[10] volo, non negligentia mea fore, ut multa prætereram, sed quod alia testibus integra reservari[11] velim, multa autem propter rationem brevitatis ac temporis prætermittenda existimem. Fatebor etiam illud[12] invitus, me prorsus, cum iste punctum temporis nullum vacuum peccato præterire passus sit, omnia, quæ ab isto commissa sunt,[13] non potuisse cognoscere. Quapropter ita me de præturæ criminibus auditote, ut ex utroque genere, et juris dicundi,[p] et sartorum[14] tectorum[q] exigendorum, ea postuletis, quæ maxime digna sint[15]

---

vulg.—7 Ern. conj. *statim*, et Harles. *cunctis*.

CAP. XL. 8 Leid. *quid in ostensionem*.—9 Huyd. Mein. Leid. Ven. 1483. Junt. Crat. omittunt *quæ* ante *amico*.—10 Huyd. *excusato*.—11 Idem Ms. *recusari*.—12 Pro *illud* Ern. conj. *haud* legend.—13 Steph. et Lamb. *commissa sint*.—14 ψ et Huyd. *factorum*.—15 Pro vulg. *digna sunt*, Ern. e vet.

NOTÆ

[n] *Expensum non ferres*] Ferre expensum, est scribere se pecuniam dedisse.

[o] *Acceptum Curtii*] Acceptum ferre, est scribere se ab aliquo accepisse.

[p] *Juris dicundi*] Ex prætoribus alii juri dicundo præerant; alii quæstionibus de repetundis pecuniis; alii vero de sicariis; alii de peculatu; alii de aliis criminibus cognoscebant: qui vero sortitus præerat juri dicundo, is prætor urbanus dicebatur.

[q] *Sartorum tectorum*] Opera publica quæ locabantur, ut integra præstarentur, sarta tecta vocabantur. Proprie sartorum tectorum exigendo-

eo reo, cui parvum ac mediocre [16] objici nihil oporteat. 104. Nam ut prætor factus est, qui auspicato a Chelidone [r] surrexisset, sortem nactus est urbanæ provinciæ, magis ex sua [s] et Chelidonis, [17] quam ex populi Romani voluntate: qui principio, qualis in edicto constituendo [t] fuerit, cognoscite. XLI. P. Annius Asellus [18] mortuus est, C. Sacerdote [u] prætore. Is cum haberet unicam filiam, neque census esset; [x] quod eum [19] natura hortabatur, lex nulla prohibebat, fecit, ut filiam bonis suis hæredem institueret. Hæres erat filia. [20] Faciebant omnia cum [s] pupilla, legis æquitas, voluntas patris, edicta prætorum, consuetudo juris ejus, quod erat tum, cum Asellus est mortuus. 105. Iste, prætor designatus, (utrum admonitus, [y] an tentatus, an, qua

[s] *Pro.*

---

cod. cum Beck. Schutz. et Orell. dedit *digna sint.*—16 Priscian. Lamb. et Schutz. *parvum aut med.* prob. Garaton.—17 ψ, Huyd. et quædam edd. vett. *ex sua Chel.* Pro *ex sua* Leid. habet *sententia.*

CAP. XLI. 18 ψ, Ven. 1483. Junt. Steph. Lamb. *C. Annius Asellus*, sed infra *P. Annius Asellus.*—19 ψ, Huyd. Mein. Franc. 1. Pall. edd. vett. omittunt pronomen *eum*, et id deleverunt. Beck. Schutz. et Orell.—20 Verba *Hæres erat filia* Schutz. uncis inclusit. Mox Græv. et Schutz. e Priscian.

NOTÆ

rum cura ad censores pertinuit. At si censores nulli tum essent, ex senatus decreto penes fuit prætorem urbanum ei muneri præesse. *Sarta* vero *tecta*, a verbo 'sarcio' dicta sunt, quod est integrum facere.

[r] *Auspicato a Chelidone*] Ridicule hic cavillatur Verrem, quem ait auspicia suæ præturæ e lectulo cepisse, ubi cum Chelidone jacuerat. Chelidon autem hirundinem significat: et in eo jocus est, quod auspicia avibus fiebant.

[s] *Magis ex sua, &c.*] Id est, nactus est potius ex animi sui sententia præturam urbanam, quam ex pop. Rom. voluntate, quia quæstuosa magis est, et avaritiæ conveniens.

[t] *In edicto constituendo*] Mos fuit apud Rom. ut prætor urbanus ineundo magistratum, edictum proponeret, quod per annuam ejus jurisdictionem inprimis vellet observari.

[u] *C. Sacerdote*] Is prætor urbanus ante Verrem fuit.

[x] *Census esset*] Ser. Tullius rex censum in Rempub. intulit: itaque pop. universum jure jurando adactum fortunarum suarum æstimationem apud se proferre jussit: quo cognito, eundem in sex classes distribuit, et unumquemque secundum facultates suas retulit, ut qui plus æris haberet, in primam; qui minus, in secundam referretur; atque ita de ceteris.

[y] *Admonitus*] Admoneri nempe ab aliquo potuit Verres, vel tentari spe pecuniæ, qui ejus avaritiam noverat.

est iste [1] sagacitate in his rebus, sine duce ullo, sine indice,[2] pervenerit ad hanc improbitatem, nescio: vos tantum hominis audaciam amentiamque cognoscite) appellat hæredem L. Annium, qui erat institutus [3] secundum filiam;[t] non enim mihi persuadetur, istum ab illo prius appellatum; dicit, se posse ei condonare edicto hæreditatem; docet hominem, quid possit fieri.[4] Illi bona res, huic vendibilis videbatur. Iste, tametsi singulari est audacia,[5] tamen ad pupillæ matrem submittebat: malebat pecuniam accipere, ne quid novi ediceret, quam ut hoc edictum tam improbum et inhumanum interponeret. 106. Tutores, pecuniam prætori si pupillæ nomine dedissent, grandem præsertim, quemadmodum in rationem inducerent,[u] quemadmodum sine periculo suo dare possent, non videbant: simul et istum fore tam improbum non arbitrabantur: sæpe appellati, pernegaverunt. Iste ad arbitrium ejus,[z] cui condonarat [6] hæreditatem ereptam liberis, quam æquum edictum scripserit,[7] quæso, cognoscite, [*p.* 98.] 'Cum intelligam, legem Voconiam . . .'[a] Quis [8] unquam crederet, Verrem mulierum adversarium futurum? an ideo [9] aliquid contra mulieres fecit, ne totum edictum ad Chelidonis arbitrium scriptum videretur? Cupiditati hominum ait se obviam ire.[10]

[t] *Substitutus filiæ.* [u] *Scriberent in tabulis rationum.*

l. XVIII. edidernnt *cum puella, leges, æquitas.*—1 Leid. Lamb. *ipse.*—2 Huyd. *si judice.*—3 Franc. 1. *substitutus.*—4 Oliv. *posset.* In Franc. 1. *fieri* omittitur.—5 Mein. Ven. 1483. Junt. *singularis est audaciæ.* In ψ quoque *singularis.*—6 Leid. Steph. *condonabat.* Mox iidem *a liberis.*—7 Priscian. Leid. Steph. Lamb. *conscripserit.*—8 Ven. 1483. Junt. *Voconiam Quirites. Quis.*—9 Leid. *an ita.*—10 Cujac. Franc. 1. Pall. duo, Ven. 1483. et Junt. *se obviare.*

NOTÆ

[z] *Ad arbitrium ejus*] Nempe L. Annii secundi hæredis.

[a] *Cum intelligam, legem Voconiam*] Principium est decreti quod tulit Verres.

Legem Voconiam] Hæc lex lata fuit a Q. Voconio tribuno plebis anno 584. Cæpione et Philippo consulibus. Sic autem præcipiebat: 'Ne qui census esset, virginem neve mulierem supra quadrantem suorum bonorum hæredem instituerit, plusve cuiquam legaret, quam ad hæredem hæredesve perveniret: ne fœminæ ultra consanguineos ab intestato succederent.'

Quid potius,[11 b] non modo his temporibus, sed etiam apud majores nostros? quis tam remotus fuit a cupiditate? Dic, quæso, cetera: delectat enim me hominis gravitas, scientia juris, auctoritas. 'Qui ab A. Postumio, Q. Fulvio[c] censoribus,[12] postve[x] ea fecit,[13] fecerit ...' 107. Fecit,[d] fecerit?[e] Quis unquam edixit isto modo? quis unquam ejus rei fraudem[y] aut periculum proposuit edicto, quæ neque[14] post edictum, neque ante edictum[f] provideri potuit? XLII. Jure, legibus, auctoritate omnium, qui consulebantur, testamentum P. Annius fecerat, non improbum, non inofficiosum, non inhumanum: quodsi ita fecisset; tamen post illius mortem nihil de testamento illius novi juris constitui oporteret. Voconia lex te videlicet[15] delectabat? imitatus esses ipsum illum C. Voconium,[16] qui lege sua hæreditatem ademit nulli neque virgini, neque mulieri: sanxit in posterum, qui post eos censores census esset, ne quis hæredem virginem, neve mulierem faceret. 108. In lege Voconia non est, 'Fecit, fecerit:' neque in ulla[17] præteritum tempus reprehenditur, nisi ejus rei, quæ sua sponte scelerata[g] ac nefaria est, ut, etiamsi lex non esset, magnopere vitanda fuerit. Atque in his rebus[18] multa videmus

[x] *Posteave.* [y] *Pœnam.*

—11 *Quis potius* Guelf. Franc. 1. Cujac. tres Pariss. Steph. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *qui potius* quædam edd. vett. *quid potius* vulg.—12 Huyd. *centurionibus.*—13 Priscian. et Lamb. *testamentum fecit*, prob. Garaton.—14 ψ, Huyd. Mein. *quod neque.*

CAP. XLII. 15 Pro *videlicet* in ψ est *unum.* Tum Huyd. Mein. *imitatus es.*—16 Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *Q. Voconium.*—17 ψ et Mein. *in illa.*—

NOTÆ

[b] *Quid potius* [*Quis potius*] Id est, quis potius quam Verres occurrit hominum cupiditati, qui ab ea longe remotissimus est? Ironice dicit.

[c] *Ab A. Postumio, Q. Fulvio*] Aulus Postumius et Q. Fulvius Flaccus censores fuerunt A. U. 579. Quinquennio post legem suam tulit Voconius.

[d] *Fecit*] Filiam nempe hæredem suam. Tempus præteritum designat.

[e] *Fecerit*] Respicit futurum. Jam autem ostendit edictum prætoris in futurum tantum tempus valuisse debere.

[f] *Ante edictum*] Cum edicti nondum editi sententia occulta esset.

[g] *Sua sponte scelerata*] Sponte scelerata sunt, quæ non civili, sed communi omnium gentium opinione mala sunt: ut veneficium, parricidium, &c.

ita sancta esse legibus, ut ante facta in judicium non vocentur. Cornelia testamentaria,[h] nummaria, ceteræ complures:[19] in quibus non jus aliquod novum populo constituitur, sed sancitur, ut, quod semper malum facinus fuerit, ejus quæstio ad populum[20] pertineat,[i] ex[1] certo tempore.[k] 109. De jure vero civili si quis novi quid[2] instituit, is omnia, quæ ante acta sunt, rata[z] esse patitur.[3] Cedo mihi leges Atinias,[l] Furias,[4 m n] ipsam, ut dixi, Voconiam, omnes præterea de jure civili; hoc reperies in omnibus statui jus, quo post eam legem populus utatur. Qui plurimum tribuunt edicto, prætoris edictum legem annuam[o] dicunt esse.

[z] *Constituta.*

18 '*In ipsis rebus* Steph. Forte *in his ipsis rebus.*' Orell.—19 Ern. conjecit *Corneliâ ... ceteris compluribus.*—20 Hotom. et Lamb. malnerunt *ad prætorem.*—1 Leid. Steph. carent præpositione.—2 In ψ *quid novi quis.* Tum pro vulg. *instituit*, Priscian. Lamb. Græv. Beck. Schutz. et Orell. dederunt *instituerit.* Porro *is non omnia* Priscian. Steph. Lamb. Beck. et Schutz.—3 Vulg. *rata esse patitur:* Græv. et Oliv. *rata esse non patitur:* Beck. *rata esse patietur:* Priscian. Lamb. Schutz. *rata esse patiatur:* Orell. ex Ascon. *rata esse non patietur.*—4 *Furias, Fusias* Franc. 1. Cujac. Ascon. Pall. et edd. pr.

NOTÆ

[h] *Cornelia testamentaria*] Subauditur 'sunt.' Duæ tantum leges sunt quæ a Cornelio Sylla latæ sunt; nempe de ratione condendi testamenti, et de nummis adulterinis, sive, ne quis privatam pecuniam faceret.

[i] *Ad populum pertineat*] Putant aliqui, *ad prætorem*, non *ad populum* reponendum esse: id autem suadent verba legis quæ a Sigonio de Judiciis II. 32. refertur: 'Prætor qui ex hac lege quæret, de ejus capite quærito, qui testamentum amoverit, celaverit, eripuerit,' &c.

[k] *Ex certo tempore*] Id est, ut id etiam quod semper reprehensum est, tamen a certo tempore in judicium veniat, et a certo tempore puniri possit.

[l] *Atinias*] Lege Atinia cautum fuit, ut ejus rei quæ subrepta erat, æterna esset auctoritas, nisi in potestatem ejus, cui subrepta esset, reverteretur. Vide Gellium XVII. 7.

[m] *Furias*] Lex illa sic extat apud Sigonium de Judiciis I. 6. 'Ne cui, nisi manumissoris cognato, certisque aliis personis, supra mille asses legare, mortisve causa donare liceret. Quod si quis majorem summam sibi legatam accepisset, quadruplum ejus, qui plus, quam licebat, accepisset, redderet.'

[n] [*Fussias*] De illis legibus mentionem alibi fieri non reperitur.

[o] *Legem annuam*] Edictum prætoris legem annuam idcirco appellat, quod valeret duntaxat per annum, quo is erat prætor, a quo fuerat propositum. Verum cum prætores passim ab edictis suis recederent, Cornelius trib. pleb. legem tulit, ut prætores ex edictis suis perpetuis jus dicerent; et quod semel Kal. Januariis edixissent, id toto prætoræ suæ tempore observarent.

Tu edicto plus complecteris,[5] quam lege.[p] Si finem edicto prætoris afferunt Kalendæ Januarii;[6] cur non initium quoque edicti nascitur a Kalendis Januarii? an in eum annum progredi nemo poterit edicto, quo prætor alius futurus est; in illum, quo alius prætor fuit, regredietur? 110. Ac si hoc juris non unius causa hominis edixisses, cautius composuisses. XLIII. Scribis, 'Si quis hæredem fecit,[7] fecerit.' Quid si[8] plus legarit,[q] quam ad hæredem hæredesve perveniat, quod per legem Voconiam ei, qui census non sit, licet?[9] Cur hoc, cum in eodem genere sit,[r] non caves? quia non generis, sed hominis,[s] causam verbis amplecteris;[10] ut facile appareat, te pretio esse commotum.[11] Atque[a] hoc si in posterum edixisses, minus esset nefarium: tamen esset improbum: sed tum vituperari[12] posset, in dubium venire non posset: nemo enim committeret. Nunc est ejusmodi edictum, ut quivis intelligat, non populo esse scriptum, sed P. Annii secundis hæredibus. 111. Itaque cum a te caput illud tam multis verbis, mercenario[13] proœmio, esset ornatum; ecquis est inventus postea prætor, qui illud idem ediceret? Non modo nemo edixit; sed ne metuit quidem quisquam, ne quis ediceret.[14] Nam post te prætorem multi testamenta eodem modo fecerunt; in his nuper Annia. Ea de multorum propinquorum sententia,

[a] *Atqui.*

Furias, Fuffias quidam: *Furias, Fussias* al.—5 Ed. vet. *amplecteris.*—6 Orell. dedit *Kalendæ Januariæ*, et mox e Franc. 1. *Januariis.* Pro *nascitur* Lamb. e Quintil. v. 10. dedit *nascatur.*

CAP. XLIII. 7 Lamb. *hæredem virginem mulieremve fecit.*—8 Vulg. *Quod si:* Priscian. Lamb. Græv. Beck. Schutz. et Orell. *Quid si.*—9 Le Clerc recepit Lambini conjecturam, *qui census sit, non licet.*—10 Leid. Steph. *complecteris.*—11 Herelius conj. *corruptum.* Tum Huyd. et Ursini Ms. cum Grævio *Atqui.*—12 Græv. e Ms. Hotom. et Ursin. edidit *sed tantum vitup.*—13 Steph.

NOTÆ

[p] *Edicto plus quam lege*] Volebat Verres, ut ad præteritum tempus edictum suum pertineret; cum lex tantum ad futurum valeat.

[q] *Si plus legarit*] Id est, si aliquid testamento relictum sit, quod plus sit, quam quod ad hæredem et hæredes perveniat.

[r] *In eodem genere sit*] Nempe hæreditatum, quæ ad mulieres deferuntur.

[s] *Hominis*] L. Annium secundum hæredem subindicat.

pecuniosa mulier, quod censa non erat, testamento fecit hæredem filiam. [*p.* 99.] Itaque hoc[15] magnum judicium hominum[t] de istius singulari improbitate, quod Verres sua sponte instituisset, id neminem metuisse, ne quis reperiretur, qui [istius institutum[16]] sequi vellet. Solus enim tu inventus es, cui non satis fuerit corrigere voluntates[17] vivorum, nisi etiam rescinderes mortuorum.[u] 112. Tu[18] ipse ex Siciliensi edicto[x] hoc sustulisti. Voluisti,[19] ex improviso si quæ res natæ essent, ex urbano edicto decernere. Quam postea tu tibi defensionem relinquebas,[20 y] in ea maxime offendisti, cum tuam auctoritatem tute ipse edicto provinciali repudiabas. XLIV. Atque ego non dubito, quin, ut mihi, cui filia maxime cordi est, sic unicuique vestrum, qui simili sensu, atque indulgentia filiarum commovemini, res hæc acerba videatur atque indigna. Quid enim[1] natura nobis jucundius, quid carius esse voluit? quid est dignius, in quo omnis nostra diligentia indulgentiaque[2] consumatur? 113. Homo importunissime, cur tantam injuriam P. Annio[3] mortuo fecisti? cur hunc dolorem cineri ejus atque ossibus inussisti, ut liberis ejus bona patria, voluntate patris, jure, legibus tradita, eriperes, et, cui tibi esset commodum, condonares?[b] Quibuscum vivi bona nostra

[b] *Donares.*

Lamb. *mercenarioque.*—14 Post *ediceret,* Leid. addit *quis ediceret.*—15 ψ, Leid. Priscian. Steph. Lamb. et Orell. *Jam hoc.*—16 Schutz. delevit verba *istius institutum,* quæ Ern. et Beck. uncinis incluserunt, quia constructionem turbabant.—17 *Voluntates* in ψ deest.—18 Priscian. p. 4. ed. Putsch. *Tute.*—19 Menardus conj. *Noluisti.*—20 Huyd. *delinquebas.* Grævius tacite edidit *in eam.* Mox Huyd. *ipso.*

CAP. XLIV. 1 Omnes Mss. et edd. ante Ern. cum Orell. *cordi est, res hæc ... indigna, sic ... commovemini. Quid enim.* E conjectura Ern. verba transposuit, et eum secuti sunt Beck. et Schutz. *Videtur* dedit Lamb. *judicatur* conj. Gruter. In Franc. 1. *videatur, ita indigna sit unic. vestrum.*—

NOTÆ

[t] *Itaque hoc magnum judicium hominum*] Subauditur 'est.'

[u] *Rescinderes mortuorum*] Ultima voluntas mortuorum rata esse debet.

[x] *Ex Siciliensi edicto*] Prætores in provinciis edicta constituebant, quæ, si ex urbanis depromta essent, translatitia dicebantur.

[y] *Relinquebas*] Ostendit quod ipse primus se læserit, et aliis etiam viam hoc ipsum faciendi indicarit, cum caput illud ex suo urbano edicto sustulit.

partimur, iis prætor adimere, nobis mortuis, bona fortunasque poterit? 'Nec petitionem,'[z] inquit, 'nec possessionem dabo.'[a] Eripies igitur pupillæ togam prætextam?[b] detrahes ornamenta,[c] non solum fortunæ, sed etiam ingenuitatis? Miramur, ad arma contra istum hominem[4] Lampsacenos isse? miramur istum de provincia decedentem clam Syracusis profugisse? Nos, si alienam vicem pro nostra injuria doleremus, vestigium istius in foro non esset relictum.[5] 114. Pater dat filiæ: prohibes. Leges sinunt: tamen te interponis. De suis bonis ita dat, ut ab jure non abeat. Quid habes, quod reprehendas? Nihil, opinor. At ego concedo: prohibe, si potes; si habes qui te audiat; si potest tibi dicto[6] audiens esse quisquam. Eripias tu voluntatem mortuis, bona vivis, jus omnibus? Hoc populus Romanus non manu vindicasset,[7] nisi te huic tempori atque huic judicio reservasset? Posteaquam jus prætorium[d] constitutum est, semper hoc jure usi sumus: si tabulæ testamenti[e] non proferrentur, tum, uti proximum[8] quemque potissimum hæredem esse oporteret,[9] ita secun-

2 Herel. conj. *industriaque*, prob. Schutz.—3 Nonnulli *Anneio*.—4 Muretus conj. *homines*.—5 '*In foro esset rel.* Steph. Lamb. Bene.' *Orell.*—6 *Tibi edicto* ψ, Pall. Vict. Crat. *tuo decreto* Franc. 1.—7 *Hoc populo Romano non manu vindicandum esset* ψ, Franc. 1. Huyd. Mein. et edd. vett. nonnullæ. Vid. Nott. Varr.—8 *Proximum* abest a ψ, Franc. 1. Mss. ap. Hotom. et eam omittunt Ven. 1483. Junt. Crat. Schutz. et Orell. Beck. uncis inclusit.—9 Post *oporteret* ψ, Huyd. Mein. Pall. et edd. pr. addunt verba *si is intestato mortuus esset*, quæ Hotom. Manut. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et

NOTÆ

[z] *Petitionem*] Petendi facultatem.

[a] *Dabo*] Sic scriptum erat in Veris edicto: 'Si quis hæredem fecit, fecerit; nec petitionem, nec possessionem dabo.'

[b] *Togam prætextam*] Toga communis fuit vestitus et maris et fœminarum, sed prætexta honestorum toga virorum: quod etiam circa mulieres servabatur. Prætexta porro erat toga alba purpureo limbo circumdata.

[c] *Ornamenta*] Bullam appensam e collo pueri gestabant, quæ in ingenuis aurea erat; in libertinis scortea.

[d] *Jus prætorium*] A quo tempore jus prætorium institutum est, sive a Roma condita, hoc semper constantissime usi sunt Romani.

[e] *Si tabulæ testamenti, &c.*] Sensus totius illius sententiæ est; si quis fecit testamentum, et illud non proferatur, perinde haberi debet ac si intestatus obiisset, quare bonorum possessio debet ad agnatos mortui proximos pertinere: id autem jus ve-

dum eum possessio daretur. Quare hoc sit æquissimum, facile est docere:[10] sed in re tam usitata, satis est ostendere, omnes antea jus ita dixisse, et hoc vetus edictum translatitiumque[f] esse.

XLV. 115. Cognoscite aliud hominis in re vetere edictum novum: et simul, dum est unde jus civile discatur, adolescentes ei in disciplinam tradite. Mirum est hominis ingenium, mira prudentia. Minucius quidam mortuus est ante istum prætorem. Ejus testamentum erat nullum: lege hæreditas ad gentem Minuciam[c] veniebat. Si habuisset iste edictum,[g] quod ante istum et postea omnes habuerunt, possessio Minuciæ genti esset data. Si quis testamento se hæredem esse arbitraretur, quod tum non extaret,[11] lege ageret[h] in hæreditatem: aut, pro præde[12] litis vindiciarum cum satis accepisset,[i] sponsionem faceret: ita de hæreditate certaret.[13] Hoc, opinor, jure[k] et majores

[c] *Ad familiam Minucii.*]

Orell. delevernnt.—10 Huyd. *dicere.*

CAP. XLV. 11 Græv. e Franc. 1. *quod cum non ext.* et sic Mein.—12 Hotom. conj. *et pro præde:* Huyd. et Ven. *aut prædes litis:* Manut. suspic. *aut per prædes.*—13 'Ursinus e lib. antiq. scribi vult, *et ita de hær. certatur;* sed Græv ius mavult, *et ita de hær. certaret.* Recte observat Ern., copula adjecta

NOTÆ

tus imperat, quod a prætoribus institutum olim est.

[f] *Translatitium*] Tale illud jus a veteribus dictum est, quod nec novum nec nuper inventum, sed aliunde translatum est.

[g] *Si habuisset iste edictum*] Scilicet translatitium.

[h] *Lege ageret, &c.*] Id est, experiretur jure, quemadmodum probaret se hæredem scriptum esse, et possessionem a prætore peteret.

[i] *Aut, pro præde litis vindiciarum cum satis accepisset, &c.*] Sic sententiam hanc explicat Asconius omnium optime, meo judicio: Aut peteret ut possessor esset; aut acciperet ab adversario satis pro præde litis vindiciarum adversario suo, quo illi satisfaciat, nihil se deterius in possessione facturum, de qua jurgium esset. Rursus sponsione ipse provocatur ab adversario suo certæ pecuniæ, aut æstimationis quam amittat, ni sua sit hæreditas de qua contendit.

Pro præde] Prædes sponsores divites sunt pro re, de qua apud judicem lis est: ne interea, qui tenet, diffidens causæ, possessionem deteriorem faciat, tecta dissipet, exscindat arbores, &c.

Litis vindiciarum] Lis vindiciarum est jurgium de ea re apud prætorem, cujus incertum est, quis debeat esse possessor.

[k] *Hoc jure*] Hoc fuit jus, ut, cum

nostri, et nos semper usi sumus. Videte, ut hoc iste correxerit. 116. Componit edictum iis verbis, ut quivis intelligere possit, unius hominis causa conscriptum esse: tantum quod hominem non nominat, causam quidem totam perscribit:[14][l] jus, consuetudinem, æquitatem, edicta omnium negligit. [*p.* 100.] 'Ex edicto urbano. Si de hæreditate[m] ambigitur, si possessor sponsionem non faciet ...'[n] Quid id ad prætorem,[15] uter possessor sit? nonne id quæri oportet, utrum possessorem esse oporteat? Ergo quia possessor est, non moves possessione;[d][16] si possessor non esset, non dares: nusquam enim scribis, neque tu aliud quicquam edicto amplecteris, nisi eam causam, pro qua pecuniam acceperas.[o] 117. Jam hoc ridiculum est: 'Si de hæreditate[p] ambigetur,'[17] et tabulæ testamenti[q] obsignatæ non minus multis signis, quam e lege oportet,[18] ad me proferentur; secundum tabulas testamenti potissimum hæreditatem dabo.'[19] Hoc translatitium est:[r] sequi illud oportet,[20]

[d] *Non removes a possessione.*

---

fieri *orationem languidam.*' Beck.—14 Franc. 1. Huyd. Mein. *proscribit*, prob. Græv.—15 Vulg. *Jam quid id ad præt.* 'Non putavi particulam *Jam* cum Ern. [et Schutz.] una auctoritate Asconii et Prisciani, (si modo iis aliquid tribui potest; in Priscian. etiam *id* omittitur,) aut quia mox sequitur *Jam*, et vividior ei oratio sine hac particula fore videtur, deleri recte posse. Immo orator indignatus eam bis ponit.' *Beck.*—16 Post *possessione* vulgo colon ponitur.—17 *Ambigitur* Mss. nonnulli et edd. vett. cum Beck. et Orell.—18 Pro vulg. *oporteat*, ex edd. pr. *oportet* revocavit Ern. quem Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—19 Hotom. conj. *test. possessionem hæreditatis dabo.*—20 Ascon. legit, *sequitur illud*, deleto verbo *oportet*. Conj. Ern. *sequi*

NOTÆ

testamentum non extaret, aut possessio, hæreditas ipsa peteretur.

[l] *Causam totam perscribit*] Id est, complectitur totam illius conditionem, a quo pecunia corruptus est.

[m] *Ex edicto urbano. Si de hæreditate, &c.*] Initium est edicti.

[n] *Sponsionem non faciet*] Id est, non litem intendet: quod sponsione fieri solebat.

[o] *Pecuniam acceperas*] Pecuniam accepit Verres contra Minuciam familiam, ut is possessor haberetur qui hæreditatem occupaverat, quamvis ad eum lege non pertineret.

[p] *Si de hæreditate, &c.*] Initium est edicti quod a Verre latum est.

[q] *Tabulæ testamenti*] Tabulæ illæ pro ipso testamento sumuntur: dicuntur etiam folia testamenti. Quare, Budæo teste, primæ et secundæ tabulæ intelligi possunt prima et secunda charta testamenti, quæ etiam primæ et secundæ ceræ dicuntur. Septem autem fuerunt, ut indicat imperator in institut. titulo de testamentis ordinandis.

[r] *Translatitium est*] Translatitium

'Si tabulæ testamenti non proferentur.' Quid ait? se ei daturum, qui se dicat hæredem esse. Quid ergo interest, proferantur, necne? si protulerit; uno signo ut sit minus,[s] quam ex lege oportet, non des possessionem: si omnino tabulas non proferet,[1] dabis. Quid nunc dicam? neminem unquam postea alium edixisse?[2] Valde sit mirum, neminem fuisse, qui istius se similem dici vellet. Ipse in Siciliensi[t] edicto hoc non habet; exegerat enim jam mercedem: item ut illo edicto,[u] de quo ante dixi,[3] in Sicilia de hæreditatum possessionibus dandis, edixit idem, quod omnes Romæ, præter istum. 'Ex edicto Siciliensi.—Si de hæreditatc ambigitur.' XLVI. 118. At, per Deos immortales, quid est, quod de hoc dici possit? Iterum enim jam quæro abs te, sicut modo in illo capite Anniano[x] de mulierum hæreditatibus, nunc[4] in hoc de hæreditatum possessionibus; cur ea capita in edictum provinciale transferre nolueris? Utrum digniores homines[5] existimasti eos qui habitabant in provincia, quam nos qui æquo[e] jure uteremur?[6y] an aliud Romæ æquum est, aliud in Sicilia? Non enim hoc potest hoc loco[7] dici, multa esse in provinciis aliter edicenda; non de hæreditatum quidem possessionibus, non

[e] *Justo.*

illud oportebat.—1 Huyd. *proferat.*—2 Lamb. e conj. *ita edix.* Schutz. conj. quoque *sic edix.* Tum Gulielm. voluit *sit* post *Valde* deleri. Priscian. habet *Valde hoc est mirum:* unde Lamb. voluit *Valde hoc sit mirum.*—3 Post *dixi* colon poni jubet Hotom. quem Græv. sequitur.

CAP. XLVI. 4 Lamb. *item nunc.*—5 Idem *homines esse.*—6 Hotom. e conj. cum Schutz. et Orell. dedit *uterentur*, prob. Ern.—7 'Male in ed. Grut.

NOTÆ

est quod sumtum est partim ex aliis edictis, quæ tunc vim non habent.

[s] *Uno signo ut sit minus*] Testamentum censetur imperfectum, quod non obsignatum est septem testium signis.

[t] *Ipse in Siciliensi*] Verrem accusat quod aliter in provincia, aliter in urbe prætor edixerit.

[u] *Item ut illo edicto*] Hic sensus est: Idem edixit in Sicilia de hæreditatum possessionibus dandis, quod omnes Romæ præter istum; similiter atque illo edicto de quo ante dixi. Edictum autem intelligit de mulierum hæreditatibus. Ita Hotom.

[x] *Capite Anniano*] Caput hic appellatur, quod nos paragraphum dicimus.

[y] *Uteremur*] Reponit Hotomannus *uterentur;* sic enim facilior erit intellectu sententia.

de mulierum hæreditatibus. Nam utroque[8] genere video non modo ceteros, sed te ipsum totidem verbis edixisse, quot verbis edici Romæ solet. Quæ Romæ magna cum infamia, pretio[9] accepto, edixeras, ea sola te, ne gratis in provincia male audires, ex edicto Siciliensi[z] sustulisse video. 119. Et, cum edictum totum eorum arbitratu, quamdiu fuit designatus,[10] componeret, qui ab isto jus ad utilitatem suam nundinarentur;[f] tum vero in magistratu contra illud edictum suum[a] sine ulla religione decernebat. Itaque L. Piso multos codices implevit earum rerum, in quibus ita intercessit,[b] quod iste aliter, atque ut edixerat, decrevisset. Quod vos oblitos esse non arbitror, quæ multitudo, qui ordo ad Pisonis sellam[g c] isto prætore[d] solitus sit convenire, quem iste collegam nisi habuisset, lapidibus coopertus esset in foro: sed eo leviores istius injuriæ videbantur, quod erat in æquitate prudentiaque Pisonis paratissimum perfugium, quo sine labore, sine molestia, sine impensa, etiam sine patrono homines uterentur. 120. Nam, quæso, redite[11] in memoriam, judices, quæ libido istius in jure dicundo fuerit, quæ varietas decretorum, quæ nundinatio, quam inanes domus eorum omnium, qui de jure civili consuli solent, quam plena atque referta Chelidonis: a qua muliere[e] cum erat ad eum ventum, et in aurem ejus insusurratum, alias revocabat eos, inter quos jam decreverat, decretumque mutabat, alias inter alios contrarium sine ulla

[f] *Emerent.* [g] *Tribunal.*

---

potest in loco.' Beck.—8 Lamb. *Nam in utroque.*—9 Mein. *premio.*—10 Huyd.

NOTÆ

[z] *Ex edicto Siciliensi*] Prolepsis est: nondum enim de Siciliensibus rebus egit.

[a] *Contra illud edictum suum*] C. Cornelius tribunus plebis legem tulit, ut prætores ex edictis suis perpetuis jus dicerent.

[b] *Ita intercessit*] Mos fuit ut prætor prætoris, et consul consulis decreta rescinderet, si quod in eis esset peccatum contra leges.

[c] *Ad Pisonis sellam*] Hic Piso jus inter peregrinos dicebat, et Verres inter cives.

[d] *Isto prætore*] Verre.

[e] *A qua muliere*] Chelidonis ad arbitrium omnia egisse Verrem ostendit.

religione decernebat, ac proximis paulo ante decreverat. 121. Hinc illi homines erant, qui etiam ridiculi[h] inveniebantur ex dolore: [*p.* 101.] quorum alii, ut audistis,[12] negabant mirandum esse, jus tam nequam esse verrinum:[f] alii etiam frigidiores erant; sed, quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse, cum Sacerdotem execrabantur,[g] qui verrem tam nequam reliquisset. Quæ ego non commemorarem (neque enim perfacete[13] dicta, neque porro hac severitate digna sunt) nisi vos illud vellem recordari, istius nequitiam et iniquitatem tum in ore vulgi, atque in communibus proverbiis esse versatam.

XLVII. 122. In plebem vero Romanam utrum superbiam prius memorem,[14] an crudelitatem? sine dubio crudelitas gravior est atque atrocior. Oblitosne igitur hos putatis esse, quemadmodum sit iste solitus virgis plebem Romanam[h] concidere?[i] quam rem etiam tribunus plebis in concione egit, cum eum, quem virgis iste ceciderat, in prospectum[15] populi Romani produxit: cujus rei cognoscendæ faciam vobis suo tempore potestatem. 123. Superbia vero qua fuerit,[16] quis ignorat? quemadmodum[17] is tenuissimum quemque contemserit, despexerit, liberum esse nunquam duxerit?[k] P. Trebonius viros bonos et honestos

[h] *Faceti.* [i] *Cædere.* [k] *Habuerit servi loco.*

designatum.—11 Jannoctian. et Priscian. *reducite.*—12 Ursini Ms. *id quod sæpe audistis*, prob. Mureto.—13 ψ *perfacile.*

CAP. XLVII. 14 Huyd. Ven. 1483. Junt. *commemorem.*—15 Schutz. e Jannoctian. *conspectum:* quidam ap. Lamb. *aspectum.* ' *Populi Romani conspectum produxit* suspicor ego: ita ut syllaba prima vocis *prospectum* orta sit e notis *P. R.*' Orell.—16 ψ et Huyd. *quæ fuerit.*—17 Gœrenz. ad Cic. de Fin. v. 32. *quis ignorat? quis ignorat, quemadm.* Tum Garaton. ex Prisciano præfert

NOTÆ

[f] *Jus tam nequam esse verrinum*] Ludit in ambiguo, scilicet in juris et Verris nomine. Per jus enim verrinum aut jurisdictio ejus intelligi potest, aut jus seu liquor Verrinæ carnis. Verres enim exsectus porcus est.

[g] *Cum Sacerdotem execrabantur*] Ludit iterum in ambiguo, quia sacerdotes sues mactabant in sacrificiis; at Sacerdoti prætori Verres successit.

[h] *Virgis plebem Romanam*] Lege Porcia vetabatur ne quis civis Rom. virgis cæderetur.

complures fecit hæredes: in his fecit[18] suum libertum. Is A. Trebonium fratrem habuerat proscriptum: ei cum cautum vellet,[i] scripsit, ut hæredes jurarent, se curaturos, ut ex sua cujusque parte ne minus dimidium[k] ad A. Trebonium fratrem illum proscriptum perveniret. Libertus jurat: ceteri hæredes adeunt ad Verrem: docent, non oportere se jurare: facturos esse, quod contra legem Corneliam[19] esset, quæ proscriptum juvari vetaret.[20] Impetrant, ut ne jurent: dat his possessionem. Id ego non reprehendo: etenim erat iniquum, homini proscripto, egenti, de fraternis bonis quicquam dari; at ille libertus,[1] nisi ex testamento patroni jurasset, scelus se facturum arbitrabatur. 124. Itaque ei Verres[2] possessionem hæreditatis negat se daturum, ne posset patronum suum proscriptum[l] juvare; simul ut esset pœna, quod alterius patroni testamento obtemperasset. Das possessionem ei, qui non juravit. Concedo: prætorium est. Adimis tu[3] ei, qui juravit: quo exemplo? Proscriptum juvat. Lex est:[m] pœna est.[n] Quid ad eum, qui jus dicit?[o] utrum reprehendis, quod patronum juvabat eum, qui tum in miseriis erat; an, quod alterius patroni mortui voluntatem conservabat,[4] a quo summum benefici-

iste tenuiss. et sic edidit Orell.—18 Gulielm. Gronov. Græv. jubent verbum *fecit* deleri, ut glossema. Beck. uncis inclusit. Pro eo Herelius conj. *etiam* delend.—19 ' *Corneliam*] Male Hotom. conjecit *Valeriam.*' Beck.—20 Vulg. *vetat.* Ern. e conj. cum Schutz. edidit *vetaret.*—1 Vulg. *et ille lib.* E Ms. Hotomanni Ern. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. habent *at.*—2 Huyd. *Itaque et Verr.*—3 Priscian. Hotom. Lamb. Oliv. et Lall. *Adimas tu:* Huyd.

NOTÆ

[i] *Ei cum cautum vellet*] Id est, cum providere vellet, ut certum esset et ab omni periculo vacuum quod ei relinquebat.

[k] *Ne minus dimidium*] Subauditur 'quam.' Gellius III. 14. ait, 'dimidium esse, quod non ipsum dimidiatum est, sed quæ ex dimidiato altera pars est.'

[l] *Patronum suum proscriptum*] Servierat ille duobus illis Treboniis fratribus, et ab utroque manumissus erat.

[m] *Lex est*] Lex est quæ vetat juvare proscriptum.

[n] *Pœna est*] Pœna contra eos qui proscriptos juvant, constituta fuit: de qua statuere non prætoris est urbani, qui præest tantum causis civilibus, sed quæsitorum, qui de causis capitalibus cum concilio judicant.

[o] *Qui jus dicit*] Urbanum prætorem intelligit, qui in urbe jus dicebat.

um[l] acceperat? Utrum horum reprehendis? Et hoc tum de sella vir optimus dixit, 'Equiti Romano, tam locupleti, libertinus sit homo hæres?' O modestum ordinem,[5 p] quod illinc vivus[6] surrexit! 125. Possum sexcenta[7] decreta[q] proferre, in quibus, ut ego pecuniam non dicam intercessisse, ipsa decretorum novitas iniquitasque declarat.[8] Verum, ut ex uno de ceteris conjecturam facere possitis, id quod priore actione cognostis, audite. XLVIII. C. Sulpicius Olympus[9] fuit. Is mortuus est C. Sacerdote prætore, nescio an ante, quam Verres prætoram petere cœperit. Fecit hæredem M. Octavium Ligurem.[r] Ligur hæreditatem adiit: possedit Sacerdote prætore, sine ulla controversia. Posteaquam Verres magistratum iniit; ex edicto istius, quod edictum Sacerdos non habuerat,[10] Sulpicii patroni filia[s] sextam partem hæreditatis ab Ligure petere cœpit. Ligur non aderat. L. frater ejus causam agebat: aderant amici, propinqui. Dicebat iste, nisi cum muliere decideretur,[11] in possessionem se ire jussurum.[12] L. Gellius[t] causam Liguris defendebat: docebat, edictum ejus non oportere ad hæreditates[13] valere, quæ ante eum prætorem venissent. Si hoc tum fuisset edictum, fortasse Ligu-

[l] *Libertatem.*

Adimis tum. Ern. conj. *At adimis tu.*—4 Huyd. *conserrabatur.*—5 Quædam edd. vett. interjectionem omittunt. Pro *modestum* ψ habet *mœstum;* et ed. Vict. *molestum.* Loco *ordinem* Franc. 1. et Huyd. habent *hominem.*—6 Huyd. *vivis.*—7 ψ, Huyd. Pall. et edd. vett. *sexaginta.*—8 Lamb. *clamat.*

CAP. XLVIII. 9 *Olympiis* Pall. et ed. pr. *Olympius* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat.—10 Huyd. *habuerit.*—11 Idem Ms. *deciderentur.*—12 Franc. 1. et Mein. *se ire missurum;* unde Græv. conj. *se jure missurum.* In Nizolii Lex. *se iri passurum.* Dein Franc. 1. *L. Celius.*—13 *In eas hæred.* Priscian. et Lamb. *ad eas hæred.* Huyd. Mein. Ven. 1483. Junt. Crat. Beck. Schutz. et

NOTÆ

[p] *O modestum ordinem*] Libertinorum videlicet, ut iis gratificetur, quasi honestorum hominum ordinem faciant.

[q] *Sexcenta decreta*] Satis est Ciceroni familiare 'sexcenta' pro quamplurimis dicere.

[r] *M. Octavium Ligurem*] Senatorem.

[s] *Sulpicii patroni filia*] Illius filia, qui patronus fuerat mortui filii.

[t] *L. Gellius*] Gellius vir consularis et tunc censor, quem Cicero de Claris Oratoribus ait nec indoctum, nec tardum ad excogitandum, nec rerum Rom. immemorem, et verbis solutum fuisse.

rem hæreditatem aditurum non fuisse. [*p.* 102.] Æqua postulatio, summa hominum auctoritas pretio superabatur. 126. Venit Romam Ligur: non dubitabat, quin, si ipse Verrem convenisset, æquitate causæ et auctoritate sua [14] commovere hominem posset. Domum ad eum venit: rem demonstrat: quam pridem [15] sibi hæreditas venisset, docet. Quod facile in causa æquissima homini ingenioso fuit, multa, quæ quemvis movere [16] possent, dixit. Ad extremum petere cœpit, ne usque eo suam [17] auctoritatem despiceret, gratiamque contemneret, ut se tanta injuria afficeret. Homo Ligurem accusare cœpit, qui in re adventitia [u] atque hæreditaria tam diligens, tam attentus esset: debere eum aiebat suam quoque rationem ducere; multa sibi opus esse, multa canibus suis,[x] quos circa se haberet. Non possum illa planius commemorare,[18] quam ipsum Ligurem pro testimonio dicere audistis. 127. Quid enim, Verres? utrum ne his quidem testibus crederetur? [19] an hæc ad rem non pertinent? non M. Octavio? non L. Liguri? [y] Quis nobis credet? cui nos? quid est, Verres, quod planum fieri testibus possit, si hoc non fit? an id, quod dicunt, leve est? nihil levius, quam prætorem urbis hoc juris in suo magistratu constituere, omnibus iis, quibus hæreditas venerit, cohæredem prætorem esse oportere. An vero dubitamus, quo ore iste ceteros homines inferiore loco, auctoritate, ordine, quo ore homines rusticanos ex municipiis, quo denique ore, quos nunquam liberos putavit, libertinos homines, solitus sit [20] appellare, qui ob jus dicundum M. Octa-

Orell.—14 Mein. *auctoritate, gratia:* unde Facius conj. *auctoritate et gratia sua.*—15 ψ *quasi pridem.*—16 Huyd. *commovere.*—17 Lamb. *sui.*—18 Huyd. *commovere.*—19 *Credetur* vulg. '*Crederetur* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Ern. Hic errore typographico, nam etiam Grut. 1692. *credetur. Creditur* ed. 1584.' *Orell.* Verba *an hæc ad rem non pert.* Schutz. uncis inclusit.—20 In

NOTÆ

[u] *Adventitia*] Id est, non expectata, utpote quæ ab agnato non veniret.

[x] *Canibus suis*] Servos Verris canes allegorice vocat, vel quia ei adulabantur ad instar canum, vel quia odorabantur, ubi præda prætoris aliqua posset esse.

[y] *Non L. Liguri*] Qui Octavii frater est.

vium Ligurem, hominem ornatissimum loco,[m] ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis, poscere pecuniam non dubitarit?

XLIX. 128. In sartis tectis[1 z] vero quemadmodum sese gesserit, quid ego dicam? dixerunt, qui senserunt:[a] sunt alii, qui dicant: notæ res ac manifestæ, prolatæ sunt, et proferuntur.[2] Dixit C. Fannius, eques Romanus, frater germanus Q. Titinii, judicis tui,[3] tibi se pecuniam dedisse. Recita testimonium C. Fannii.[4] Nolite C. Fannio dicenti credere: noli, inquam, tu, Q. Titini, C. Fannio, fratri tuo, credere: dicit enim rem incredibilem: C. Verrem insimulat avaritiæ et audaciæ; quæ vitia videntur in quemvis potius, quam in istum convenire. Dixit Q. Tadius, homo familiarissimus patris istius, non alienus a matris ejus genere et nomine: tabulas protulit, quibus pecuniam se dedisse ostendit. Recita nomina Q. Tadii. Recita testimonium Q. Tadii. Ne tabulis quidem Q. Tadii, nec testimonio credetur? Quid igitur in judiciis sequemur? quid est aliud, omnibus omnia peccata et maleficia concedere, nisi hoc,[5] hominum honestissimorum testimoniis et virorum bonorum tabulis non credere? 129. Nam quid[6] ego de quotidiano sermone querimoniaque populi Romani loquar? de istius impudentissimo furto, seu potius novo ac singulari latrocinio? ausum esse in æde Castoris,[b] celeberrimo clarissimoque monumento,

[m] *Dignitate.*

ψ et Huyd. desunt *putavit libertinos.* Ven. 1483. Crat. *quos nunquam liberos homines. sol. sit:* Crat. Cam. *quos nunquam liberos hom. duxerit, sol. sit.*

CAP. XLIX. 1 *In sacris tectis* ψ: *In sucris rectis* Huyd.—2 Huyd. Mein. Ven. 1483. Junt. et Orell. *proferentur.*—3 *Judiciis tuis* ψ, Huyd. Ven. 1483. et Junt. *judicis hujus tui* Jannoctian. *hujus Q. Tit. jud. tui* conj. Garaton. prob. Schutz.—4 Post *Fannii* Lamb. et Lall. addunt *Testimonium C. Fannii.* Paulo infra iidem cum Oliv. *Recita nomina Q. Tadii. Nomina Q. Tadii. Recita testimonium Q. Tadii. Testimonium Q. Tadii.*—5 Ern. mavult *hoc* deleri.—6 Mss. ap. Hotom. *Jam quid.*

NOTÆ

[z] *Sartis tectis*] Jam de his § 103. not. q.

[a] *Qui senserunt*] Id est, qui pecuniam Verri dare coacti sunt.

[b] *In æde Castoris*] Ædes illa Castoris vota fuit a Postumio dictatore

quod templum in oculis quotidianoque aspectu populi Romani est positum, quo sæpenumero senatus convocatur, quo maximarum rerum frequentissimæ quotidie advocationes fiunt;[c] in eo loco, in sermone hominum, audaciæ suæ monumentum æternum relinquere? L. 130. Ædem Castoris, judices, P. Junius habuit tuendam, L. Sylla, Q. Metello, consulibus.[7] Is mortuus est: reliquit pupillum parvum filium. Cum L. Octavius, C. Aurelius, consules,[d] ædes sacras locavissent,[e] neque potuissent omnia sarta tecta exigere, neque ii prætores, quibus erat negotium datum, C. Sacerdos et M. Cæsius; [*p.* 103.] factum est senatusconsultum, quibus de sartis tectis cognitum et judicatum non esset, uti C. Verres, P. Cælius, prætores cognoscerent et judicarent. Qua potestate iste permissa, ut ex C. Fannio et ex Q. Tadio cognovistis; verumtamen cum esset omnibus in rebus apertissime impudentissimeque prædatus, hoc voluit[8] clarissimum relinquere indicium latrociniorum suorum; de quo non audire aliquando, sed videre quotidie possemus. 131. Quæsivit, quis ædem Castoris sartam tectam deberet tradere. Junium ipsum mortuum esse sciebat: scire volebat, ad quem illa res pertineret. Audit pupillum esse filium: homo, qui semper ita palam dictitasset, pupillos et pupillas certissimam prædam esse prætoribus, optatum negotium sibi in sinum delatum esse[n] dicebat.[9] Monumentum illa amplitudine, illo opere, quamvis sartum, tectum, integrumque esset, tamen aliquid se

[n] *Oblatum sibi ultro.*

CAP. L. 7 Pro *consulibus* Hotom. e duobus Mss. cum Grutero habet *censoribus.* Schutz. e conj. edidit *tuendam. Is mortuus est L. Sulla, Q. Metello, consulibus.*—8 Beck. et Schutz. ex Ernestii conjectura ediderunt *permissa, cum esset omnibus* (Schutz. suspic. *aliis*) *in rebus ap. imp. prædatus, ut ex C. F.*

NOTÆ

bello Latino, et ab ejus filio dedicata in foro, in cujus parte celeberrima locati erant Castor et Pollux.

[c] *Advocationes fiunt*] Advocationes fiunt, cum consilium advocatur in quo de rebus maximi momenti agitur.

[d] *Aurelius, consules*] Uno ante Verris præturam anno exercuit.

[e] *Locavissent*] Tuendas scilicet ac reparandas.

inventurum, in quo moliri [10] prædarique posset, arbitrabatur. 132. L. Rabonio [11] ædem Castoris tradi oportebat.[f] Is casu [12] pupilli Junii tutor erat testamento patris: cum eo sine ullo intertrimento [13 g] convenerat jam, quemadmodum traderetur. Iste ad se Rabonium vocat: quærit, ecquid sit, quod a pupillo traditum non sit, quod exigi debeat. Cum ille, id quod erat, diceret, facilem pupillo traditionem esse; signa et dona comparere [14] omnia; ipsum templum omni opere esse integrum; indignum isti videri cœpit, ex tanta æde, tantoque opere, se non opimum [15] præda, præsertim a pupillo, discedere. LI. 133. Venit ipse in ædem Castoris; considerat templum; videt undique tectum pulcherrime laqueatum, præterea cetera nova atque integra. Versat se: quærit, quid agat. Dicit ei quidam ex illis canibus, quos iste [16] Liguri dixerat esse circa se multos: Tu, Verres, hic quod moliare, nihil habes; nisi forte vis ad perpendiculum [h] columnas exigere.[o] Homo omnium rerum imperitus, quærit, quid sit, ad perpendiculum. Dicunt ei, fere nullam esse columnam, quæ ad perpendiculum esse possit.[17] Nam mehercule, inquit, sic agamus: columnæ ad perpendiculum exigantur. 134. Rabonius, qui legem nosset, qua in lege numerus tantum columnarum traditur,[18] perpendiculi mentio fit nulla, et qui non putaret sibi expedire, ita accipere, ne eodem modo reddendum [19] esset; negat, id sibi deberi; negat oportere exigi. Iste Rabonium quiescere jubet; et simul ei nonnullam

[o] *Metiri.*

et ex Q. T. cognovistis; verumtamen hoc voluit.—9 Grut. conj. *ducebat.*—10 Ante *moliri* Lamb. addi volnit *aliquid.*—11 Pro *Rabonio* ψ *Cabonio*, et Priscian. *Habonio.*—12 Pro *Is casu* Menardus legi jussit *Potitius casu.*—13 Huyd. *nutrimento.*—14 Idem Ms. *comparare.*—15 Huyd. *optimum.*

CAP. LI. 16 Ern. censet *iste* delend.—17 Pro *esse possit* Herelius conj. *exigi possit.* Tum quædam edd. vett. *Jam meh.*—18 Priscian. *traderetur*, prob. Garaton.—19 Lamb. *tradendum:* Priscian. *sibi tradendum:* Huyd. et

NOTÆ

[f] *Tradi oportebat*] Per pupillum.

[g] *Intertrimento*] Intertrimentum est dantis et recipientis damnum.

[h] *Ad perpendiculum*] Perpendiculum est linea laterum æqualitatem, summi ad imum proportionem probans. Vulgo plumbum vocant artifices.

spem societatis ostendit: hominem modestum, et minime pertinacem, facile coërcet: columnas ita se exacturum [i] esse confirmat. 135. Nova res atque improvisa pupilli calamitas nuntiatur statim C. Mustio,[20] vitrico pupilli,[k] qui nuper est mortuus, M. Junio, patruo, P. Potitio, tutori, homini frugalissimo. Hi rem ad virum primarium, summo officio ac virtute præditum, M. Marcellum, qui erat pupilli tutor, deferunt. Venit ad Verrem M. Marcellus: petit ab eo, pro sua fide ac diligentia, pluribus verbis, ne per summam injuriam pupillum Junium fortunis patriis conetur evertere. Iste, qui jam spe et opinione prædam illam devorasset, neque ulla æquitate orationis, neque auctoritate M. Marcelli, commotus est. Itaque, quemadmodum ostendisset, se id [1] exacturum esse, respondit. 136. Cum sibi omnes ad istum allegationes [p] difficiles, omnes aditus arduos, ac potius interclusos viderent, apud quem non jus, non æquitas, non misericordia, non propinqui oratio, non amici voluntas, non cujusquam auctoritas, pro pretio,[2] non gratia valeret; [*p.* 104.] statuunt, id sibi optimum esse factu, quod cuivis venisset in mentem, petere auxilium a Chelidone, quæ, isto prætore, non modo in jure civili, privatorumque omnium controversiis, populo Romano præfuit, verum etiam in his sartis tectis [3] dominata est. LII. 137. Venit ad Chelidonem C. Mustius, eques Romanus, publicanus, homo cum primis honestus: [4] venit M. Junius, patruus pueri, frugalissimus homo et castissimus: venit homo summo honore, pudore,[5] et summo officio spectatissi-

[p] *Solicitationes.*

Ven. 1483. *credendum.*—20 Huyd. *Mucio.*—1 Pro *id* Ern. conjecit *ita* legend.—2 Verba *pro pretio* pro gloss. habent Garaton. Beck. Wolff. Ea Orell. uncis inclusit. Lamb. et Schutz. e Mureti conjectura dederunt *præ pretio.*—3 ψ, Ascon. Ven. 1483. Junt. Beck. Schutz. et Orell. *sartis tectisque.* Vulgo copula deest.

CAP. LII. 4 Huyd. *homo et in primis hon.*—5 Ante *pudore* vulgo addebatur

NOTÆ

[i] *Exacturum*] Nempe ad perpendiculum.

[k] *Vitrico pupilli*] Vitricus est maritus matris pupilli. Vitricus autem quasi patricus dicitur seu πατρικὸς, quia in patris locum succedit, ac privignum, ut pater filium, amare debet.

mus ordinis sui, P. Potitius[6] tutor. O multis acerbam, o miseram, atque indignam prætoram tuam! Ut mittam cetera, quo tandem pudore tales viros, quo dolore, meretricis domum venisse arbitramini? qui nulla conditione istam turpitudinem subissent, nisi officii necessitudinisque ratio coëgisset. Veniunt, ut dico, ad Chelidonem. Domus erat plena: nova jura, nova decreta, nova judicia petebantur.[7] 'Mihi det possessionem: mihi ne adimat: in me judicium ne det:[l] mihi bona addicat.' Alii nummos numerabant; alii tabulas obsignabant:[m] domus erat non meretricio conventu, sed prætoria turba referta. 138. Simulac potestas primum data est, adeunt hi, quos dixi: loquitur Mustius: rem demonstrat: petit auxilium: pecuniam pollicetur. Respondit illa, ut meretrix, non inhumane:[8] libenter, ait, se esse facturam, et se cum isto diligenter sermocinaturam: reverti jubet. Tum discedunt. Postridie revertuntur: negat illa posse hominem exorari:[q] permagnam eum dicere[9] ex illa re pecuniam confici posse. LIII. Vereor, ne quis forte de populo, qui priori actione non affuit, hæc, quia[10] propter insignem turpitudinem sunt incredibilia, fingi a me arbitretur. Ea vos antea, judices, cognovistis. 139. Dixit juratus P. Potitius, tutor pupilli Junii: dixit M. Junius,[11] tutor et patruus: Mustius dixisset, si viveret: sed pro Mustio, recenti re de Mustio auditum[n] dixit L. Domitius: qui cum sciret, me ex Mustio vivo audisse, quod eo sum usus plurimum, (etenim id judicium,[12] quod prope omnium fortunarum suarum C. Mus-

[q] *Flecti precibus.*

et.—6 Mss. pauci *Titius.*—7 Mein. *patebant.*—8 Priscian. *inhumaniter.*—9 Mein. *perm. enim dicere.*

CAP. LIII. 10 Mein. *hæc quæ.*—11 Post *Junius* et ante *tutor* Priscian.

NOTÆ

[l] *In me judicium ne det*] Dare judicium est judices constitui a prætore in certa verba, qui de facto cognoscant, et quorum sententiam magistratus exsequatur.

[m] *Tabulas obsignabant*] Nempe Verris annulis, in quibus scribebatur se Verri pecuniam debere.

[n] *De Mustio auditum*] Ex his verbis patet ex auditione etiam testimonium dari.

tius habuit, me uno defendente [o] vicit) cum hoc, ut dico, sciret L. Domitius, me scire, ad eum res omnes Mustium solitum esse deferre; [13] tamen de Chelidone reticuit, quoad potuit: alio responsionem suam derivavit.[r] Tantus in adolescente clarissimo ac principe juventutis [p] pudor fuit, ut aliquamdiu, cum a me premeretur, omnia potius responderet, quam Chelidonem nominaret. Primo necessarios istius ad eum allegatos [s] esse dicebat; deinde aliquando coactus [14] Chelidonem nominavit. 140. Non te pudet, Verres, ejus mulieris arbitratu gessisse præturam, quam L. Domitius ab se nominari, vix sibi honestum esse arbitrabatur? LIV. Rejecti a Chelidone capiunt consilium necessarium, ut suscipiant ipsi negotium: [q] cum Rabonio [r] tutore,[15] quod erat vix H-S [s] quadraginta millium, transigunt H-S ducentis millibus.[t] Refert ad istum rem [16] Rabonius; ut sibi videatur,[17] satis grandem pecuniam, et satis impudentem esse. Iste, qui aliquanto plus cogitasset, male accipit verbis Rabonium: negat eum sibi illa decisione [18] satisfacere posse: ne multa, locaturum [u] se esse confirmat. 141. Tutores hæc nesciunt: [19] quod actum erat cum Rabonio, putant id esse certissimum: nullam majorem pupillo metuunt calamitatem. Iste vero non procrastinat; locare incipit, non proscripta neque edicta [20]

[r] *Transtulit ad alium.* [s] *Missos.*

addit *defensor*. Mox ψ *Titus Domitius*.—12 Franc. 1. et ed. Med. *in judicio*: Huyd. et edd. pr. *in judicium*.—13 Huyd. *defendere*.—14 ψ *actus*.

CAP. LIV. 15 Menardus conj. *tutores*.—16 Huyd. *ad istam rem*.—17 Mss. et vulg. *videbatur*. E conj. *videatur* dedit Ern. quem Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—18 Huyd. *defensione*.—19 Idem Ms. *hoc nesciunt*.—20 'Male

NOTÆ

[o] *Me uno defendente*] Hunc Mustium Cicero defendit in re pecuniaria, sed illius oratio in lucem edita non est.

[p] *Principe juventutis*] Laus hæc vulgo tribuitur adolescentibus laude dignis.

[q] *Negotium*] De reficiendis columnis.

[r] *Rabonio*] Faber erat Rabonius.

[s] *H-S*] Sestertium quadraginta millium: nempe nostræ monetæ quatuor millia librarum.

[t] *Transigunt H-S ducentis millibus*] Viginti librarum millibus.

[u] *Locaturum*] Alteri videlicet qui redimeret illam ædem tuendam multo majore pecunia, ut impensam illam

die,[x] alienissimo tempore, ludis ipsis Romanis,[y] foro ornato. Itaque renuntiat Rabonius illam decisionem tutoribus. Accurrunt tamen[1] ad tempus tutores: digitum tollit[z] Junius patruus. Isti color immutatus est: vultus, oratio, mens denique excidit. Quid ageret, cœpit cogitare: si opus pupillo[2] redimeretur, si res abiret ab eo mancipe,[a] quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse. [*p.* 105.] Itaque excogitat: quid? nihil ingeniose: nihil, quod[3] quisquam possit dicere, 'improbe, verum callide:[4]' nihil ab isto tectum, nihil veteratorium[t] expectaveritis: omnia aperta, omnia perspicua reperientur,[5] impudentia, amentia, audacia. 142. Si pupillo opus redimitur, mihi præda de manibus eripitur. Quod est igitur remedium? quod? ne liceat pupillo redimere. Ubi illa consuetudo in [bonis,[6]] prædibus prædiisque vendendis,[b] omnium consulum, censorum,[c] præ-

[t] *Astutum.*

Lamb. *neque prodicta:* Lipsius *atque edicta* conjecerunt.' *Beck.*—1 Mein. *Acc. tum.*—2 Ven. 1480. *a pupillo*, improb. Beck.—3 *Quod* deest in ψ et Huyd.—4 Lamb. e conj. Hotomanni *impr. vel call.* Mox pro *tectum* Huyd. habet *verum.*—5 Verba *omnia aperta* desunt Huyd. qui mox habet *aperientur.* —6 *Bonis* sine ulla distinctione Grævius conjunxit cum *prædibus prædiisque.* Ernesti vero et Beck. id incluserunt uncis, tanquam verbum a glossatore

NOTÆ

deinde pupillus solvere cogeretur.

[x] *Proscripta die*] De die qua vænalis declarata est, loquitur.

[y] *Ludis ipsis Romanis*] De his jam dictum est proœmio in Verr. § 31. not. [z].

[z] *Digitum tollit*] Hic mos fuit apud Rom. ut is tolleret digitum, qui se redemtorem bonorum exhibere vellet.

[a] *Ab eo mancipe*] Festus Pomponius sic explicat hanc vocem: 'Manceps dicitur, qui aliquid a populo emit conducitque; dictus manceps, quia sublata manu significat se emtorem emtionis esse.'

[b] *Prædibus prædiisque vendendis*] Per prædes significantur mancipia, aut aliquid quod moveri loco possit, et venduntur, ut prædia. Prædes igitur et prædia sunt bona, quæ et satisdationibus obligantur, et nisi promissum præstetur, a creditore venduntur: itaque sensus est Ciceronis quem ipsæ voces significant. Si cujus, inquit, bona venduntur, id est prædes, aut prædia, pro eò quod publice debeat; solet is in recuperatione suorum bonorum optima conditione esse; ut nemo minoris emat, quam ipse, qui suo periculo redemit, et cujus res est.

[c] *Consulum, censorum, &c.*] Eos magistratus nominat, penes quos potestas fuit locandi opera publica; et redemtorum bona, nisi sarta tecta opera reddidissent, vendendi.

torum, quæstorum denique, ut optima conditione[7] sit is, cuja res sit,[u] cujum periculum? Excludit eum solum,[d] cui prope dicam soli potestatem factam esse oportebat. Quid enim quisquam ad meam pecuniam, me invito, aspirat? quid accedit?[8] Locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur: ego me refecturum esse dico: probatio futura est tua, qui locas: prædibus et prædiis populo[e] cautum est: et, si non putas cautum,[9] scilicet tu prætor in mea bona,[f] quos voles, immittes? me ad meas fortunas defendendas accedere non sines?[10] LV. 143. Operæ pretium est, ipsam legem cognoscere. Dicetis, eundem conscripsisse, qui illud edictum de hæreditate:[g] 'Lex opere faciundo[11 h] quæ pupilli Junii.' Dic, dic, quæso, clarius. 'C. Verres Pr. urbis[12] addidit.' Corriguntur leges censoriæ.[13 i] Quid enim? Video in multis veteribus legibus: 'Cn. Domitius[k] L. Metellus, L. Cassius Cn. Servilius censores addiderunt.' Vult aliquid ejusmodi C. Verres. Dic: quid addidit? 'Qui de L. Mar-

[u] *Cujus res agitur.*

ortum.—7 Voorda conj. *ut non opt. cond.* Mox Priscian. et Lamb. *cuja res est.*—8 Verba *quid accedit*, quæ Gulielm. et Ern. suspecta erant, Schutz. delevit: Orell. uncis inclusit.—9 *Non putas cauta* ψ, Huyd. Ven. 1483. et Junt. *non putas, caveto* Ursini Ms. et unus Pariss. probb. Mureto et Lall. *non putas cautum, caveto* conj. Garaton.—10 Huyd. et edd. nonnullæ *sinas.*

CAP. LV. 11 *Ex opere faciundo* vulg. *Lex parieti faciundo* est apud Gruter. Inscript. p. 207. *Quæ ex opere fac. pupilli* Lamb. *Lex* dedit Ern. ex Augustino, et sic Beck. et Schutz. cum Orell. qui edidit *operi.* Vid. Nott. Varr.—12 Huyd. *urbanus.*—13 Ascon. et Lamb. *censorie.* Tum *Quod enim video*

NOTÆ

[d] *Excludit eum solum*] Sic intellige: quandoquidem pater pupilli ædem Castoris conductam habuit, et omnia pericula ejus operis in se recepit, æquum est, ut soli pupillo potestas redimendi hoc templum fiat.

[e] *Prædibus et prædiis populo, &c.*] Id est, dati sunt sponsores, oppositaque eorum bona, et prædia pignori, ni bonum, et non vitiosum opus fieret.

[f] *In mea bona*] Id est, in opus illud quod faciendum redemi.

[g] *De hæreditate*] Mulierum hæreditatem intelligit.

[h] *Lex opere faciundo*] Verba quædam sunt desumta ex Verris lege.

[i] *Corriguntur leges censoriæ*] A censoribus sartorum tectorum leges conscribebantur, quibus aliquid addere quandoque solebant censores qui succedebant, quos Verres imitatus est.

[k] *Cn. Domitius, &c.*] Cn. Domitius et L. Metellus censores fuerunt A. U. C. 673. et L. Cassius Longinus et Cn. Servilius Cæpio, anno 628.

cio M. Perperna[1] censoribus redemerit,[14] eum socium ne admittito;[m] neve ei partem dato, neve ei [15] redimito.' Quid ita? ne vitiosum opus fieret? at erat probatio tua. Ne parum locuples esset? at erat, et esset amplius, si velles: populo cautum prædibus[n] et prædiis. 144. Hic te si res ipsa, si indignitas injuriæ tuæ non commovebat; si pupilli calamitas, propinquorum lacrymæ, D. Bruti, cujus prædia subierunt periculum,[o] M. Marcelli[16] tutoris auctoritas apud te ponderis nihil habebat; ne illud quidem animadvertebas, ejusmodi fore hoc peccatum tuum, quod tu neque negare posses (in tabulas enim retulisti) nec cum defensione aliqua confiteri? Addicitur id opus H-S IↃLX.[p] millibus;[17] cum tutores H-S LXXX.[q] millibus id opus ad illius hominis iniquissimi arbitrium se effecturos esse clamarent. 145. Etenim quid erat operis? id, quod vos vidistis. Omnes illæ columnæ, quas dealbatas videtis, machina[r] apposita, nulla impensa dejectæ,[18] eisdemque lapidibus repositæ sunt. Hoc tu H-S IↃLX. millibus locavisti. Atqui[19] in illis columnis dico esse, quæ a tuo redemtore commotæ non sint: dico esse, ex qua tantum tectorium[s] vetus delitum[x 20] sit, et novum inductum. Quodsi

[x] *Deletum.*

---

quædam edd. vett.—14 *Redemerit* abest a ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Camer. quæ editiones cum Pall. omittunt *eum.*—15 Mss. pauci et edd. vett. nonnullæ omittunt *ei* et ante *partem* et ante *redimito.*—16 Lamb. *si propinq. lacr., si D. Bruti, . . . si M. Marc.* Pro *subierunt* Ascon. Hotom. et Lall. *subierant.*—17 ψ et Huyd. *H-S DLX. millibus.*—18 ψ *delectæ:* Huyd. *deletæ.* Mox Huyd. *H-S DLX. millibus.*—19 Idem Ms. *Atque.*—20 *Deletum* ψ, Mein. Pal. 2. et edd. pr. *delectum* Huyd. *dejectum* Priscian. prob. Garaton.

NOTÆ

[1] *L. Marcio, M. Perperna*] Censores illi fuerunt A. U. C. 667.

[m] *Socium ne admittito*] Hæc Verres tacite contra pupillum scripserat, et sic tribus modis a redemtione excludebat.

[n] *Populo cautum prædibus*] Vide supra not. in præcedenti sectione.

[o] *Subierunt periculum*] Si redemtor operis publici publicæ rationi non respondisset, bona fidejussorum redemtoris vendebantur.

[p] *H-S IↃLX.*] Nempe quinquaginta sex millia librarum.

[q] *H-S LXXX.*] Octo millia librarum.

[r] *Machina*] Machina instrumentum quodlibet est quo pondera elevantur ac impelluntur.

[s] *Tectorium*] Tectorium illa est crusta, sive ex gypso, sive ex alia materia, qua parietes inducuntur.

tanta pecunia columnas dealbari putassem, certe nunquam ædilitatem [t] petivissem. LVI. 146. At, ut videatur tamen res agi, et non eripi pupillo: 'Si quid operis causa rescideris,[1] reficito.' Quid erat, quod rescinderet, cum suo quemque loco lapidem reponeret? 'Qui redemerit, satisdet damni infecti [u] ei, qui a vetere redemtore acceperit.'[2] Deridet, cum sibi ipsum [x] jubet satisdare Rabonium. 'Pecunia præsens solvatur.' [*p.* 106.] Quibus de bonis? ejus, qui, quod tu H-S IↃLX. millibus locasti, H-S LXXX. millibus effecturum se[3] esse clamavit. Quibus de bonis? pupilli, cujus ætatem et solitudinem,[y] etiamsi tutores non essent, defendere prætor debuit.[4] Tutoribus defendentibus, non modo patrias[5] ejus fortunas, sed etiam bona tutorum ademisti. 'Hoc opus bonum [y] suo cuique[6] facito.' 147. Lapis aliquis cædendus, et apportandus fuit machina sua? nam illo[z] non saxum,[7] non materies advecta est: tantum operis[8] in ista locatione fuit, quantum paucæ operæ[z] fabrorum mercedis tulerunt, et manus pretium machinæ.[9 a]

[y] *Desertionem.* [z] *Illuc.*

CAP. LVI. 1 Huyd. *rescinderis.*—2 ψ et Huyd. *acciperet.* Mox iidem *solvitur.*—3 Mss. pauci cum Ven. 1483. Junt. Crat. omittunt *se.*—4 Lamb. mavult *debuisti.*—5 Huyd. *proprias.* Mox pro *bona* Schutz. conjecit *præsidia* legend. Cf. c. 58.—6 Lamb. et Manut. e conj. Hotomanni *bono suo cuique.*—7 Schutz. e conj. edidit *apport. fuit? Non. Illo non saxum,* omissis verbis *machina sua nam.* Alii *apport. fuit? Machina sua: nam illo, &c.* Tum pro *advecta* Huyd. habet *adducta.*—8 Pro *operis* Schutz. conj. *sumptus.*—9 *Manu-*

NOTÆ

[t] *Ædilitatem*] Cura ædium sacrarum et privatarum ad ædiles pertinebat.

[u] *Satisdet damni infecti*] Id est, satisdatione caveat nihil damni in opere futurum, quod non ipse præstet illi, cujus interierit.

Damni infecti] Subauditur 'nomine.' Porro damnum infectum est damnum nondum factum, sed quod futurum pertimescitur.

[x] *Deridet, cum sibi ipsum*] Id est, ridet cum pupillo; jubet Rabonium satisdare, quia tutor est pupilli; quare igitur jubet Verres ipsum sibi satisdare, cum res pupilli, res ipsius Rabonii sit.

[y] *Hoc opus bonum*] Id est, hoc opus bonum facito quaque re ac materia, v. g. bono latere, bono ligno, &c.

[z] *Paucæ operæ, &c.*] Id est, non valet illud axioma, 'hoc opus,' &c. nam nova nulla materies advecta est, et impensæ duntaxat factæ sunt in fabrorum operas, quæ paucæ fuerunt; ergo et paucæ fuerunt impensæ, nam illæ operis respondere debent.

[a] *Et manus pretium* [*manupretium*] *machinæ*] Manupretium est merces

Utrum existimatis minus operis esse, unam columnam efficere ab integro novam nullo lapide redivivo,[b] an quatuor illas reponere? nemo dubitat, quin multo majus sit novam facere. Ostendam, in ædibus privatis, longa difficilique vectura, columnas singulas ad impluvium,[c] H-S quadragenis[d] millibus, non minus magnas, locatas. 148. Sed ineptum est de tam perspicua istius impudentia pluribus verbis disputare, præsertim cum iste aperte tota lege omnium sermonem atque existimationem contemserit, qui etiam ad extremum ascripserit,[10] 'Rediviva sibi habeto:' quasi quicquam redivivi ex opere illo tolleretur, ac non totum opus ex redivivis constitueretur. At enim si[11] pupillo[e] redimi non licebat, non necesse erat rem ad ipsum pervenire: poterat aliquis ad id negotium de populo accedere. Omnes exclusi sunt non minus aperte, quam pupillus. Diem præstituit operi faciundo, Kalendas Decembres.[12] Locat circiter Idus Septembres: angustiis temporis excluduntur omnes. 149. Quid ergo? Rabonius istam diem quomodo assequitur?[a] LVII. Nemo Rabonio molestus est, neque Kalendis Decembribus, neque Nonis, neque Idibus. Denique aliquanto in provinciam iste proficiscitur prius, quam opus effectum est. Posteaquam reus factus est,[f] primo negabat opus in acceptum referre posse.[13] [g]

[a] *Quomodo accurrit ad diem?*

---

pretii machinæ Ascon. Lamb. Beck. et Schutz. Vid. Nott. Varr.—10 Huyd. *scripserit:* quædam edd. vett. *conscripserit.*—11 Quædam edd. vett. carent *si.* —12 ♆ *Kalendis Decembris.*

CAP. LVII. 13 Hotom. conj. *referri se posse:* Lamb. *referre se posse.*—

NOTÆ

pro opera manus, cum non tam materia quam manus ipsius et artis ratio æstimatur.

[b] *Lapide redivivo*] Redivivi lapides dicuntur, qui sumti ex veteri ædificio sic aptantur, ut novi lapides videantur.

[c] *Ad impluvium*] De hoc superius jam dictum est § 61.

[d] *H-S quadragenis* [*H-S XL.*] Id est, sestertiis quadraginta millibus, sive quinque librarum millibus.

[e] *At enim si pupillo*] Sensus is est: Esto non licuerit hoc templum pupillo redimi, certe alius aliquis de populo illud redimere potuit.

[f] *Reus factus est*] Verres.

[g] *Opus in acceptum referre posse*] Verres negavit se posse nomen illud, et pecuniam a Rabonio acceptam pro

Cum instaret Rabonius, in me causam conferebat, quod tum[14] codicem obsignassem.[h] Petit a me Rabonius, et amicos allegat:[i] facile impetrat. Iste, quid ageret, nesciebat. Si in acceptum[15 b] non retulisset, putabat se aliquid defensionis[16] habiturum. Rabonium porro intelligebat rem totam esse patefacturum: tametsi, quid poterat[17] esse apertius, quam nunc est, ut uno minus teste[k] haberet[18] Rabonio? Opus in acceptum retulit quadriennio[l] post, quam diem operi dixerat.[19] 150. Hac conditione,[m] si quis de populo redemtor accessisset, non esset usus.[20] Cum die[n] ceteros redemtores exclusisset, tum in ejus arbitrium ac potestatem venire nolebant,[1] qui sibi ereptam prædam arbitraretur.[2] Nam quid argumentamur, quo ista pecunia pervenerit? fecit ipse indicium.[3] Primum cum vehementius cum eo D. Brutus contenderet,[o] qui de sua pecunia H-S DLX. millia[p] numeraverit;[4] quod jam iste ferre[5] non

[b] *In tabulas accepti.*

14 *Eum* Ms. Ursini, Priscian. Lamb. et Beck. *suum* Schutz. de conj. Lambini.—15 ψ et Huyd. *Si inceptum.*—16 Ven. Crat. et Grut. *defensionum:* Ascon. Hotom. Junt. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *defensionis.*—17 Ern. putabat Ciceronem scripsisse *qui pot.* i. e. quomodo.—18 E conj. Lambini *haberem* edidit Schutz. *Rabonio* Junt. Schutz. et Orell. junxerunt *cum opus, &c.*—19 Lamb. conj. *edixerat.*—20 ' *Non esset usus*] Hæc verba e Prisciano addiderunt Lamb. Græv. Oliv. Lall. et Ern. [quem Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.] Habet ea unus cod. Paris. In aliis libris desunt. Ne sic quidem lacunam esse expletam recte observat Ern. Apud Priscian. sequitur *nam si qui accessisset*, verum nec hoc cohæret. Desunt fere hæc, *nec vero quisquam accessit.*' Beck. Dein Schutz. edidit *nunc quum die.*—1 *Nolebat* Mein. Ald. Naug. Crat. Steph. et Grut. *volebat* Ms. Asconii.—2 ψ et Pall. *arbitrarentur.* Tum edd. vett. nonnullæ *Nonne arg.* Lamb. e conj. Hotomanni *Non enim arg.* Camerar. malnit *Num quid arg.*—3 Al. *judicium.*—4 *Numeraverat* Schutz. e conj. Ernestii, qui etiam conj. *numerabat.*

NOTÆ

opere in suas tabulas referre, ne furtum suum patefaceret.

[h] *Codicem obsignassem*] Cicero obsignavit codicem Verris; nam accusator omnia clausa obsignabat.

[i] *Amicos allegat*] Rogavit amicos ut a Cicerone petant codicis videndi potestatem.

[k] *Uno minus teste*] Conatus est Verres de tot testibus quos habebat contra se, unum Rabonium detrahere.

[l] *Quadriennio*] Cum reus factus est; nam quatuor annos in Sicilia fuit.

[m] *Hac conditione*] Posuit conditionem, ut perfectum opus redderetur Kalendis Dec.

[n] *Cum die*] Id est, temporis brevitate.

[o] *Brutus contenderet*] Ut aliquid pupillo redimeretur, Brutus con-

poterat,[q] opere addicto, prædibus acceptis, de H-S IↃLX. millibus,[r] remisit D. Bruto H-S CX. millia. Hoc si aliena res esset, certe facere non potuisset. Deinde nummi numerati sunt Cornificio; quem scribam suum fuisse negare non potest. Postremo ipsius Rabonii tabulæ[s] prædam illam istius fuisse clamant. Recita nomina Rabonii.[6] LVIII. 151. Hic etiam priore actione Q. Hortensius pupillum Junium venisse prætextatum[t] in vestrum conspectum, et stetisse cum patruo[7] testimonium dicente, questus est; et me populariter[c] agere, atque invidiam commovere, quod[8] puerum producerem, clamitavit. Quid erat, Hortensi, tandem in illo puero populare? quid invidiosum? Gracchi, credo, aut Saturnini,[u] aut alicujus hominis ejusmodi produxeram filium, ut nomine ipso, et memoria patris, animos imperitæ multitudinis concitarem.[9] [*p.* 107.] P. Junii erat, hominis de plebe Romana, filius; quem pater moriens tum tutoribus et propinquis, tum legibus, tum æquitati[10] magistratuum, tum judiciis vestris commendandum putavit. 152. Hic istius scelerata locatione,[11] nefarioque latrocinio, bonis patriis fortunisque omnibus spoliatus, venit in judi-

[c] *Seditiose.*

—5 Ursinus conj. *facere:* Ascon. habet *referre*, quod Gronov. et Garaton. probant.—6 Oliv. Garaton. Lall. et Orell. *Recita. Nomina Rabonii.* Lamb. *Recita nomina Rabonii. Nomina Rabonii.*

CAP. LVIII. 7 Omnes Mss. præter unum Paris. *et testes secum patruo;* et sic Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. Græv. et Oliv. E conj. Memmii Lambinus, Ern. Lall. Beck. Schutz. et Orell. dederunt *et stetisse cum patruo.* In uno Paris. *et stet esse cum patruo.*—8 'Pro *quod* melius legeretur *qui.* In Mss. et edd. pr. per compendium scriptum est verbum.' *Ern.*—9 Huyd. *concitaret.* —10 ψ *æquitate;* et mox cum Huyd. *commendatum.*—11 ψ et Huyd. *scelera-*

NOTÆ

tendebat.

[p] *H-S DLX. millia*] Quinquaginta sex videlicet millia librarum.

[q] *Quod jam iste ferre non poterat*] Id est, quoniam tantam Bruti contentionem diutius ferre non poterat, opere addicto Rabonio.

[r] *H-S IↃLX. millibus*] Quinquaginta sex librarum millibus.

[s] *Rabonii tabulæ*] Rabonius in suis tabulis scripserat addictam sibi a Verre pecuniam, numeratam non esse.

[t] *Prætextatum*] Prætexta toga pueri ad annum decimum septimum utebantur, quo evoluto virilem sumebant.

[u] *Gracchi, aut Saturnini*] Seditiosi tribuni plebis fuerunt.

cium: si nihil aliud, saltem, ut eum, cujus opera ipse multos annos est [12] in sordibus,[x] paulo tamen [13] obsoletius vestitum [y] videret. Itaque tibi, Hortensi, non illius ætas, sed causa; non vestitus, sed fortuna, popularis videbatur. Neque te tam commovebat, quod ille cum toga prætexta, quam quod sine bulla [z] venerat: vestitus enim neminem commovebat is, quem illi mos, et jus ingenuitatis dabat: quod ornamentum pueritiæ pater dederat, indicium atque insigne fortunæ, hoc ab isto prædone ereptum esse, graviter et acerbe homines ferebant. 153. Neque erant hæ lacrymæ populares magis, quam nostræ, quam tuæ, Q. Hortensi, quam horum qui sententiam laturi sunt: ideo, quod communis est causa, commune periculum: communi præsidio talis improbitas, tanquam aliquod incendium, restinguenda est: habemus enim liberos parvos. Incertum est, quam longa nostrum cujusque [14] vita futura sit: consulere vivi ac prospicere debemus, ut illorum solitudo et pueritia quam firmissimo præsidio munita sit. Quis est enim, qui tueri possit liberum nostrorum pueritiam contra improbitatem magistratuum? Mater, credo. Scilicet [15] magno præsidio fuit Anniæ pupillæ mater, fœmina primaria: minus, illa Deos hominesque implorante, iste infanti pupillæ fortunas patrias [16] ademit. Tutoresne defenderent? perfacile vero apud istiusmodi prætorem, a quo M. Marcelli tutoris, in causa pupilli Junii, et oratio, et voluntas, et auctoritas repudiata est.

tione.—12 Ern. conj. *esset* legend.—13 Ursini Ms. *aliquando tamen.* Hotom. conj. *paulo tandem,* et Ern. *pariter tamen.*—14 Huyd. *cujuslibet.*—15 Punctum inter *credo* et *Scilicet* tollit ψ.—16 Idem Ms. *fortunas iste patrias.*

NOTÆ

[x] *Est in sordibus*] Sæpe per istam vocem 'sordes,' reorum conditio et status significatur, antequam illi vel damnentur vel absolvantur.

[y] *Obsoletius vestitum*] Id est, detritis et sordidis vestibus indutum, secundum reorum consuetudinem, ut misericordiam sibi conciliarent.

[z] *Sine bulla*] Aurea bulla fuit ornamentum puerorum cordis figura, quam ante pectus gestabant. Plinius lib. XXXIII. scribit: 'A Prisco Tarquinio omnium primo filium, cum in prætextæ annis occidisset hostem, bulla aurea donatum esse: unde mos bullæ duravit, ut eorum qui equo meruissent filii insigne hoc haberent, ceteri lorum.'

LIX. 154. Quærimus[17] etiam, quid iste in ultima Phrygia,[a] quid in extremis Pamphyliæ partibus fecerit? qualis in bello prædonum prædo ipse fuerit? qui in foro populi[b] Romani pirata nefarius reperiatur. Dubitamus, quid iste in hostium præda molitus sit, qui manubias sibi tantas[c] ex L. Metelli manubiis[d] fecerit? qui majore pecunia quatuor columnas dealbandas, quam ille omnes ædificandas locaverit? Expectemus,[18] quid dicant ex Sicilia testes? Quis unquam templum illud aspexit, quin avaritiæ tuæ, quin injuriæ, quin audaciæ testis esset? Quis a signo Vertumni[e] in circum maximum[f] venit, quin is in[19] unoquoque gradu de avaritia tua commoneretur? quam tu viam thensarum[g] atque pompæ ejusmodi[d] exegisti,[h] ut tu[20] ipse illa ire non audeas.[1 i] Te putet quisquam, cum ab Italia freto disjunctus esses,[k] sociis temperasse? qui ædem Castoris, testem furtorum tuorum esse volueris; quam populus

[d] *Sic.*

CAP. LIX. 17 Huyd. *Quæremus*, et mox *in illa ultima fuga.*—18 Schutz. et Le Clerc de Herelii conjectura *Expectamus.* Dein post *testes* non interrogationis notam, sed punctum posuit ψ.—19 Præpositionem *in* omiserunt edd. vett. Græv. et Lall. Pronomen *is* suspectum fuit Ernestio. Hinc Schutz. edidit *quin unoq. gradu.* Mox ψ cum edd. nonn. *commoveretur.*—20 *Tu* ante *ipse* omiserunt Priscian. et Lamb. ut volebat Ern.—1 Franc. 1.

NOTÆ

[a] *In ultima Phrygia*] In his regionibus legatus, et quæstor Dolabellæ fuit Verres.

[b] *In foro populi*] In foro ædes Castoris est, in quo furtum fecit.

[c] *Manubias sibi tantas*] Manubiæ appellantur pecuniæ a quæstore ex venditione prædæ redactæ.

[d] *Ex L. Metelli manubiis*] Ædem Castoris ex manubiis L. Metellus exstruxerat, qui subactis Dalmatis Dalmaticus dictus est.

[e] *A signo Vertumni*] Vertumnus Deus fuit, qui rebus vertendis, id est mercaturæ, præerat. Ejus signum fuit in vico Thusco.

[f] *In circum maximum*] Circus, locus ubi ludi dabantur.

[g] *Thensarum*] Thensæ sunt vehicula sacra, quibus Deorum imagines vehebantur.

[h] *Exegisti*] Exigere viam magistratus dicuntur, cum viciniam cogunt munire, quam diligentissime sumtu facto.

[i] *Ire non audeas*] Transeundo per illam viam, vicinis loquendi de se dat Verres occasionem recordantibus, quos quæstus fecerit in ea via ab ipsis exigenda.

[k] *Disjunctus esses*] Cum erat Verres in Sicilia, toto freto interfusi maris disjunctus erat ab Italia.

Romanus[2] quotidie, judices etiam tum, cum de te sententiam ferrent,[3] viderent?

LX. 155. Atque[4] etiam judicium in prætura[1] publicum exercuit; non enim prætereundum est ne id quidem. Petita mulcta est[m] apud istum prætorem a Q. Opimio; qui adductus est in judicium, verbo,[n] quod, cum esset tribunus plebis, intercessisset[5] contra legem Corneliam; re,[6] quod in tribunatu dixisset[7] contra alicujus hominis nobilis[o] voluntatem.[8] De quo judicio si velim dicere omnia, multi appellandi lædendique sint;[9] quod mihi non est necesse: tantum dicam, paucos homines, ut levissime dicam,[10] arrogantes,[p] hoc adjutore, Q. Opimium per ludum et jocum fortunis omnibus evertisse.

156. Is mihi[11] etiam queritur, quod a nobis, IX. solis diebus, prima actio sui judicii transacta sit; cum apud ipsum tribus horis Q. Opimius, senator populi Romani, bona, fortunas, ornamenta omnia[q] amiserit?[12] [*p.* 108.] cujus propter indignitatem judicii, sæpissime est actum in senatu, ut genus hoc totum mulctarum ac judiciorum ejusmodi tolleretur. Jam vero in bonis Q. Opimii vendendis, quas iste prædas, quam aperte, quam improbe fecerit, lon-

---

et Huyd. *gaudeas*. Lamb. *fretu*.—2 Mein. *qua populi Romani:* Priscian. *quam populi Romani*.—3 Græv. maluit *ferent*. Tum Franc. 1. Mein. et ed. vet. *viderunt*.

CAP. LX. 4 Ursini Ms. *Atqui*.—5 Vulg. *intercessit:* ψ, Huyd. et edd. vett. cum Ascon. et Prisciano, ac etiam Beck. Schutz. et Orell. *intercessisset*.—6 ψ et edd. vett. omittunt *re*. Priscian. habet *re vera*.—7 Ern. legi jussit *dixit* aut *dixerat*.—8 Margo Crat. *potestatem*.—9 Vulg. *sunt*. E conjectura Ern. cum Beck. Schutz. et Orell. dedit *sint*.—10 Verba *ut levissime dicam* desunt in ψ et edd. nonn. vett.—11 Priscian. et Lamb. *Hic mihi*. Mox pro *nobis* Huyd. habet *vobis*, et pro *IX*. ψ *vivi*.—12 Post *amiserit* ψ punctum po-

NOTÆ

[1] *Judicium in prætura*] Non publica judicia, sed privata tantum ad prætorem urbanum pertinebant.

[m] *Petita mulcta est*] De mulcta loquitur, quæ lege Cornelia constituta fuerat in eos qui eam legem præteriissent.

[n] *Verbo*] Sine ulla probatione.

[o] *Alicujus hominis nobilis*] Catulum pungi putat Asconius, qui Syllanæ factionis tunc princeps fuit.

[p] *Homines arrogantes*] Catulum, Curionem, Hortensium, omnes Syllanos designat.

[q] *Ornamenta omnia*] Senatoria videlicet, quia omisso censu per illam damnationem ordinem suum retinere non poterat.

gum est dicere. Hoc dico; nisi vobis id hominum honestissimorum tabulis planum fecero, fingi a me hoc totum temporis causa putatote.

157. Jam qui ex calamitate senatoris populi Romani, cum prætor judicio ejus præfuisset, spolia domum suam referre,[13] et manubias detrahere[r] conatus est;[14] is ullam ab sese calamitatem poterit deprecari? LXI. Nam de subsortitione[s] illa Juniana judicum[15] nihil dico. Quid enim? contra tabulas, quas tu protulisti, audeam[16] dicere? difficile est. Non enim me tua solum, et judicum auctoritas, sed etiam annulus aureus[t] scribæ tui deterret. Non dicam id quod probare difficile est: hoc dicam, quod ostendam, multos ex te viros primarios audisse, cum diceres, ignosci tibi oportere, quod falsum codicem protuleris: nam, qua invidia C. Junius conflagrarat,[17] ea, nisi providisses, tibi ipsi tum pereundum fuisse.

158. Hoc modo iste sibi et saluti suæ prospicere didicit, referendo in tabulas et privatas et publicas, quod gestum non esset; tollendo, quod esset, et semper aliquid demendo, mutando, curando ne litura appareret,[18] interpolando.[u]

---

nit.—13 Huyd. *referret*.—14 Beck. ex Ascon. Priscian. Naug. et Manut. edidit *con. sit*. Dein ψ *is nullam*, et post *deprecari* punctum ponit. In Huyd. *si ullam*.

CAP. LXI. 15 Manut. *judices*.—16 ψ et Huyd. *audes*. Mox Huyd. *judicii*. —17 *Conflagrarit* Priscian. *conflagrarit* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. et Orell. prob. Beck. Mox ψ et Huyd. *fuisset*.—18 Vulg. *appareat*. E Lambini conj. dederunt Ern. et Harles. *appareret*. Lambinus et Lipsius Var. l. 20. verba *curando ne litura appar.*, quod illa Nonius in voc. 'Interpolo' non habet, delenda censent. Schutz. ea delevit: Beck. et Orell. uncis includunt.—

NOTÆ

[r] *Manubias detrahere*] Veteres manubias appellarunt, teste Asconio, spolia quæsita ab hoste vivo nobili per deditionem.

[s] *Nam de subsortitione*] Junius in causa Oppianici, qui a Cluentio accusatus est, judex quæstionis fuit; et cum Verres prætor judices de more sortitus esset, facta rejectione, Junius ipse subsortitus est. Igitur Cicero indicat Verrem corrupisse tabulas suas, et sustulisse judicum nomina, quæ scripserat antea e subsortitione Juniana, alios autem judices reposuisse, ut auctor omnis culpæ Junius videretur, qui idcirco corrupti judicii damnatus est.

[t] *Annulus aureus*] Verres annulo aureo scribam suum donaverat, et eum participem suorum furtorum fecerat.

[u] *Interpolando*] Interpolare est no-

Eo enim usque progreditur, ut ne defensionem[x] quidem maleficiorum suorum sine aliis maleficiis reperire possit.[19] Ejusdem modi sortitionem[20] homo amentissimus suorum quoque judicum[1] fore putavit per sodalem[y] suum, Q. Curtium, judicem quæstionis:[z] cui nisi ego vi populi, et hominum clamore atque convicio restitissem; ex hac decuria nostra,[2 a] cujus mihi copiam quam largissime factam[b] oportebat, erepta esset facultas eorum, quos iste annuerat,[3 c] in suum consilium sine causa suæ[4] subsortiebatur. * * *

Multa desunt.[5]

19 Edd. pr. cum Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *posset.*—20 Ascon. Lamb. Schutz. et Orell. *subsortitionem*, prob. Garaton.—1 Huyd. *judicium.*—2 ψ *ex hac dec. vestra.* Tum Ascon. *cujus mihi potestatem largissimam fieri oport.* Ursini Ms. *cujus mihi potestatem quam largissimam factam oport.*—3 Hotom. *cum iis quos iste annuerat.* Pro *eorum* multæ edd. habent *bonorum*; et pro *annuerat* edd. pr. *annumerat.*—4 Ab omnibus Mss. et edd. præter Grut. 1692. Ern. et Beck. abest *suæ.*—5 Lambinus putabat nihil desiderari.

NOTÆ

vam formam reponere, vetere sublata; translato a fullonibus verbo, qui poliendo diligenter vetera quoque, ipsi quasi novam speciem inducunt.

x *Ut ne defensionem*] Sensus est: Existimavit Verres eodem modo potuisse supponi judices, qui se corrupti absolverent; quemadmodum suppositi erant, qui Oppianicum condemnaverant.

y *Per sodalem*] Sodalis dicitur, qui ejusdem imperii provincialis minister est et adjutor. Ita Hotomannus.

z *Judicem quæstionis*] Judex quæstionis prætor est urbanus, qui inquirendo crimini præest.

a *Ex hac decuria nostra*] Decuriam nempe senatorum intelligit, qui tunc soli judicabant.

b *Copiam quam largissime factam*] Talis copia non fieret, si in locum illorum senatorum, qui de Verre judicabant, alii substituerentur.

c *Quos iste annuerat*] Asserit quod, nisi Q. Curtius dejectus fuisset a suo munere per populum, nunquam habuisset judices, quos volebat. Verum cum dejectus ille Curtius a suo munere fuerit, sibi metuendum non esse ait, ne alii judices subsortiantur, qui, accepta a Verre pecunia, eum absolvant.

ACTIONIS SECUNDÆ

IN C. VERREM

LIBER II.

DE JURISDICTIONE SICILIENSI.

ORATIO VII.

ARGUMENTUM ASCONII.

Hæc sine dubio ad accusationem propositi criminis spectat oratio: nam in superiore anteactæ res sunt expositæ; quæ quia magis adjuvant accusationem, quam ipsæ sint principales, in unum librum coactæ sunt judicio Ciceronis cursim enumerantis, quæ Verres quæstor, quæ proquæstore, quæ legatus, quæ denique prætor urbanus admiserit. Ubi ventum est ad causam ipsam, et Siciliensia crimina, quatuor libros edidit: unum de jurisdictione; alterum de frumento; tertium de signis; quartum de suppliciis. In qua distributione non ordo temporis, sed facinorum genera et momenta, servata sunt. Incipit autem a laude Siciliæ, et egreditur ad crimen Dionis, deinde Sosippi et Epicratis. Sed de jure Siculorum everso frustra quidam Ciceronem reprehendunt, quod non inde cœperit: cum superiora crimina non egeant ejusmodi tractatu, qui ad sequentia pertinet; et oratoris consilio a magnis iisdemque clarioribus sumendum esset exordium. Itaque post hoc, duo criminum genera persequitur ad extremum. Primum de Heraclio;[1] de expressis honoribus ab invitis; de Epicrate Bidino; deque rebus capitalibus, ubi de Sopatro, de Sthenio: quæ omnia sunt de jure dicundo.[2] Alterum de senatoribus; de sacerdotibus; de censoribus pretio a Verre factis; de collatione in statuas; de publicanorum cum Verre convenientia in furtis; de tabulis Carpinatii pecunias Verris extraordinarias continentibus. Genus causæ in omnibus Verrinarum libris admirabile. Status principaliter conjectura.

1 Manutius *Itaque post hoc de Heraclio,* omissis pluribus.—2 Idem *quæ omnia genus unum criminum efficiunt: quod est de jure dicundo.*

1. 1. [*Ed. Ald. p.* 109.] MULTA mihi necessario, judices, prætermittenda sunt, ut possim aliquo modo [3] aliquando de iis rebus, quæ meæ fidei commissæ sunt, dicere. Recepi enim causam Siciliæ: ea me ad hoc negotium provincia attraxit. Ego tamen hoc onere suscepto, et recepta causa Siciliensi, amplexus animo sum aliquanto amplius. Suscepi enim causam totius ordinis;[a] suscepi causam populi Romani: quod putabam [4] tum denique recte judicari posse, si non modo reus improbus adduceretur, sed etiam diligens et firmus accusator ad judicium veniret. 2. Quo mihi maturius ad Siciliæ causam veniendum est, relictis ceteris ejus furtis ac flagitiis, ut et viribus quam integerrimis agere, et ad dicendum temporis satis habere possim. Atque adeo, antequam de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur esse de provinciæ dignitate,[b] vetustate,[c] utilitate[d] dicenda. Nam cum omnium sociorum provinciarumque rationem diligenter habere debetis, tum præcipue Siciliæ, judices, plurimis [5] justissimisque de causis: primum, quod omnium nationum exterarum princeps[e] Sicilia se ad amicitiam fidemque populi Romani applicuit: prima omnium (id quod ornamentum imperii est) provincia est appellata:[f] prima docuit majores nostros, quam præcla-

CAP. I. 3 Verba *aliquo modo* non habent Hotom. Manut. Græv. Oliv. Lall. et Schutz. Deest *aliquando* in edd. Vict. Crat. et Lamb.—4 Hotom. et Ern. maluerunt *quam put.*—5 Huyd. *pluribus*, et mox *primum quidem omn.*—

NOTÆ

[a] *Totius ordinis*] Senatorii ordinis judicia intelligit, quæ iniqua habebantur.

[b] *Dignitate*] Tanta Siciliæ fuit dignitas, ut, teste Strabone lib. II. maxima et pulcherrima insularum omnium habita sit.

[c] *Vetustate*] De vetustate sic scribit Diodorus: 'Sicilia optima insularum omnium, antiquitate rerum ceteras antecellit.'

[d] *Utilitate*] Tam utilis fuit, ut in orat. pro lege Manilia 'inter subsidia frumentaria reipub. Rom.' a Cicerone memoretur.

[e] *Princeps*] Messana civitas prima Siciliæ fuit, quæ seditione divisa a Romanis auxilium petiit, et Appio Claudio se dedidit.

[f] *Provincia est appellata*] Teste Festo, victas regiones provinciæ nomine appellarunt Romani. Zonaras scribit 'Lutatium Cerconem consulem in Siciliam profectum omnia cum Ca-

rum esset, exteris gentibus imperare: sola fuit ea fide benevolentiaque erga populum Romanum, ut civitates ejus insulæ, quæ semel in amicitiam[g] nostram venissent,[6] nunquam postea deficerent: pleræque autem, et maxime illustres in amicitia perpetuo manerent. 3. Itaque majoribus nostris[7] in Africam[h] ex hac provincia gradus imperii factus est: neque enim tam facile opes[8] Carthaginis tantæ concidissent, nisi illud et rei frumentariæ subsidium, et receptaculum classibus nostris pateret.[9] 11. Quare P. Africanus, Carthagine deleta, Siculorum urbes signis monumentisque pulcherrimis exornavit;[i] ut, quos victoria populi Romani maxime lætari arbitrabatur, apud eos monumenta victoriæ plurima collocaret. 4. Denique ille ipse M. Marcellus,[k] cujus in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi, fidemque[10] ceteri Siculi[l] perspexerunt, non solum sociis in eo bello consuluit, verum etiam superatis hostibus temperavit.[m] Urbem pulcherrimam, Syracusas, quæ cum manu munitissima esset,[n] tum loci natura, terra ac mari claudebatur, cum vi consilioque cepisset, non solum inco-

6 Faërnus legit *rediissent*.—7 Huyd. Ven. 1483. Crat. Vict. et al. omittunt *nostris*.—8 Pro *opes* ψ habet *opus*, et mox *concidisset*.—9 Vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *patuisset*. 'Immutatio temporis, *pateret*, pro *patuisset*; quæ frequentissime tum ab hoc tum ab aliis veteribus usurpatur.' *Hotom.*

Cap. 11. 10 *Fidem*, sine copula, ψ, Franc. 1. Ven. 1483. Junt. Crat.

NOTÆ

tulo composuisse, ac Siciliæ arma ademisse; atque ita Siciliam a Romanis, excepto Hieronis regno, servitute mulctatam.' Ab hoc tempore prætor quotannis in Siciliam cum quæstore missus est hujus administrandæ causa.

g *Quæ semel in amicitiam*] Capta Messana, et Hierone Syracusis pulso, M. Valerius Lævinus consul missus in Siciliam plures Syracusanorum civitates ad deditionem voluntariam compulit.

h *In Africam*] Ejectis ex Sicilia Pœnis, pacataque provincia pop. Rom. per Attilium Regulum, in Africam bellum intulit.

i *Exornavit*] Retulit signa quæ victores Pœni abstulerant ex Sicilia.

k *M. Marcellus*] Marcellus imperator cepit Syracusas, ac victis pepercit: de quo inferius sexta Verrina.

l *Ceteri Siculi*] Qui fuerunt in bello socii.

m *Temperavit*] Id est, abstinuit a præda, et hostibus puniendis.

n *Manu munitissima esset*] Erant hostes illi fortissimi; ideoque superari facile non poterant: eorum enim urbs munitissima erat, &c. describitur Verr. sexta.

lumem passus est esse, sed ita reliquit ornatam, ut esset idem monumentum victoriæ, mansuetudinis, continentiæ; cum homines viderent, et quid expugnasset, et quibus pepercisset, et quæ reliquisset. Tantum ille honorem Siciliæ habendum putavit, ut ne hostium quidem urbem[o] ex sociorum insula[p] tollendam arbitraretur. 5. Itaque ad omnes res Sicilia provincia semper usi sumus, ut, quicquid ex sese posset efferre, id non apud eos nasci,[11] sed domi nostræ conditum putaremus. Quando illa frumentum, quod deberet, non ad diem dedit? quando id, quod opus esse putaret, non ultro pollicita est? quando id, quod imperaretur, recusavit? Itaque ille M. Cato Sapiens, cellam penariam[q] reipublicæ nostræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominavit. [*p.* 110.] Nos vero experti sumus, Italico maximo[r] difficillimoque bello, Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro ærario illo majorum[s] vetere ac referto fuisse: nam sine ullo sumtu nostro, coriis,[12] tunicis, frumentoque suppeditato, maximos exercitus nostros vestivit, aluit, armavit. III. 6. Quid? illa, quæ forsitan ne[13] sentimus quidem, judices, quanta sunt! quod multis[14] locuple-

Lamb. Oliv. Lall. et Harles.—11 Vict. *nos nasci.* Mox *cond. jam putaremus* Huyd. et vet. cod. ap. Lamb. ac etiam Steph. Græv. Lall. improb. Ern.—12 Gulielm. conj. *coritis.*

CAP. III. 13 Mss. nonnulli *quod fors. non.*—14 Steph. et Lamb. *multo* e

NOTÆ

[o] *Urbem*] Syracusas.

[p] *Ex sociorum insula*] Sicilia.

[q] *Cellam penariam*] Cella a celando dicta est, quod ea celentur quæ velimus esse occulta. Vox autem ista *penaria*, a penu dicta est, quæ significat res necessarias ad victum quotidianum. Cum vero ex Strabone Geogr. l. VI. Sicilia et Romæ vicina sit, et omni genere frugum ac copia abundet, bene ejus cella penaria nominatur.

[r] *Italico maximo*] Bellum Italicum sociale et Marsicum dictum est, quod a Marsis primum exortum sit A. U. C. 662. quos postea secuti sunt Picentes, Peligni, Vestini, Marrucini, Lucani, Samnites, aliique fere omnes Itali, quod a senatu populoque Rom. jus civitatis non impetrassent.

[s] *Pro ærario illo majorum*] Tria ærraria fuerunt olim apud Romanos: unum in quo asservabatur collecta pecunia ex tributis, vectigalibus, et præda bellica; et unde assumebatur ad subveniendum reipub. secundum ex vicesima, quod sanctius vocabatur, ex quo non promebatur nisi difficillimis reipub. temporibus: postremum in quo recondebatur pecunia solummodo ad bellum Gallicum insumenda.

tioribus civibus utimur, quod habent propinquam, fidelem, fructuosamque provinciam, quo facile excurrant,[t] ubi libenter negotium gerant;[u] quos illa partim mercibus suppeditandis cum quæstu compendioque dimittit, partim retinet, ut arare, ut pascere, ut negotiari libeat, ut denique sedes ac domicilium collocare: quod commodum non mediocre populi Romani[15] est; tantum civium Romanorum numerum, tam prope ab domo,[a] tam bonis fructuosisque rebus detineri. 7. Et quoniam quasi quædam prædia populi Romani sunt, vectigalia nostra atque provinciæ; quemadmodum propinquis vos vestris prædiis maxime delectamini; sic populo Romano jucunda suburbanitas est hujusce provinciæ. Jam vero hominum ipsorum, judices, ea patientia, virtus, frugalitasque est, ut proxime ad nostram disciplinam illam veterem, non ad[16] hanc, quæ nunc increbruit,[b] videantur accedere: nihil ceterorum simile Græcorum:[x] nulla desidia, nulla luxuria; contra summus labor in publicis privatisque rebus, summa parsimonia, summa diligentia. Sic porro nostros homines diligunt, ut his solis neque publicanus, neque negotiator odio sit. 8. Magistratuum autem nostrorum injurias ita multorum tulerunt, ut nunquam ante hoc tempus ad aram legum[y] præsidiumque vestrum publico consilio[z] confugerint:[17] tametsi et illum annum[a] per-

[a] *Prope domum.* [b] *Usurputur.*

conj. Nannii. Tum pro *civibus* ψ habet *civitatibus*.—15 Pro *populi Romani* in Ms. Metelli legitur *reipublicæ*. Mox *Romanorum* deletum est a Lambino et Græv io, quia non repertum est in Ms. Fabricii et Ms. Metelli; non improb. Ern. Pro *numerum* Huyd. habet *est numerus*.—16 Præpositionem *ad* omittunt Huyd. Mein. Manut. et al. Mox al. *increbuit*.—17 Edd. ante C. Steph.

NOTÆ

[t] *Excurrant*] Mercatores dicebantur, qui cum Romæ domicilium haberent, tamen mercium causa in provincias ad aliquod tempus excurrebant.

[u] *Gerant*] Negotiatores cives quidem erant Romani, sed in provinciis sedem suorum bonorum constituerant, sic ut raro in urbem, nec fere nisi censendi causa, redirent.

[x] *Græcorum*] Otio et mollitie diffluere dicti sunt.

[y] *Ad aram legum*] Id est, ad auctoritatem vestram, qua vindicantur leges, et sanctissime observantur. Metaphora.

[z] *Publico consilio*] Questi sunt quidem de M. Lepido prætore suo, sed privati tantum.

[a] *Illum annum*] Id est, M. Lepidi,

tulerant, qui sic eos afflixerat, ut salvi esse non possent, nisi C. Marcellus [b] quasi aliquo fato venisset, ut bis ex eadem familia salus Siciliæ constitueretur, et postea [18] M. Antonii [c] infinitum illud imperium senserant. Sic [19] a majoribus suis acceperant, tanta populi Romani [20] in Siculos esse beneficia, ut etiam injurias nostrorum hominum perferendas putarent. 9. In neminem civitates ante hunc testimonium publice dixerunt. Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si usitato more, si denique uno aliquo in genere peccasset. Sed cum perferre non possent luxuriem, crudelitatem, avaritiam, superbiam; cum omnia sua commoda, jura, beneficia senatus populique Romani,[d] unius scelere ac libidine perdidissent; hoc statuerunt, aut istius injurias per vos ulcisci et persequi; aut, si vobis indigni essent visi, quibus opem auxiliumque ferretis, urbes ac sedes suas relinquere; [1] quandoquidem agros jam ante istius injuriis exagitati reliquissent. IV. 10. Hoc consilio a L. Metello legationes universæ petiverunt, ut quamprimum isti succederet: hoc animo toties apud patronos [e] de suis miseriis deplorarunt: hoc commoti dolore, postulata consulibus, quæ non postulata, sed in istum crimina [c] viderentur esse, ediderunt. Fecerunt etiam, ut me, cujus

[c] *Criminationes.*

confugerent. Mox Hnyd. *afflixerăt.*—18 *Et post* Ascon. et Lamb. *Postquam*, omisso *et*, ψ, Hnyd. Pall. et edd. vett.—19 Hotom. *scilicet* ante *Sic*, Ursinus *Sed*, Garaton. (deleto puncto post *senserant*) *quod* inseri volnerunt.—20 ψ *populusque Romanus.*—1 *Relinquerent* Huyd. Fabricii Ms. Pall. cum Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Camer. Tum vox *agros* abest ab Mss. plerisque et edd. ante C. Steph. qui primus eam inseruit.

NOTÆ

quem accusarunt Metelli duo, sed statim ab accusatione destiterunt propter gratiam qua valebat.

[b] *Marcellus*] Hic Lepido prætori Siciliæ successit.

[c] *M. Antonii*] Is est Antonius, qui gratia Cottæ consulis, et Cethegi factione in senatu, totius oræ maritimæ nactus imperium, Siciliam omnem cum provinciis depopulatus est, et movens bellum contra Cretenses obiit.

[d] *Beneficia senatus populique Romani*] Populus Rom. eis concessit, ut suis legibus uterentur.

[e] *Apud patronos*] Patronos habebant civitates et populi a quibus erant devicti. Marcelli autem Siculorum patroni fuerunt.

fidem continentiamque cognoverant, prope de vitæ meæ statu dolore ac lacrymis suis deducerent,[f] ut ego istum accusarem; a quo[g] mea longissime ratio voluntasque abhorrebat: (quanquam in hac causa multo plures partes mihi defensionis, quam accusationis, suscepisse videor) 11. postremo homines ex tota provincia nobilissimi primique, publice[h] privatimque[i] venerunt: gravissima atque honestissima[2] quæque civitas vehementissime suas injurias persecuta[3] est.

At quemadmodum, judices, venerunt?[4] Videor enim mihi liberius apud vos jam pro Siculis loqui debere, quam forsitan ipsi velint; [*p.* 111.] saluti enim eorum potius consulam, quam voluntati. Ecquem[5] existimatis unquam, ulla in provincia, reum absentem contra inquisitionem accusatoris, tantis opibus, tanta cupiditate, esse defensum? Quæstores utriusque provinciæ,[k] qui isto prætore fuerant, cum fascibus[l] mihi præsto fuerunt.[m] 12. Hi porro, qui successerunt,[n] vehementer istius cupidi, liberaliter ex istius cibariis[o] tractati, non minus acres contra me fuerunt. Videte, quid potuerit, qui quatuor in una[6] provincia quæstores, studiosissimos defensores propugnatoresque habuerit:

Cap. iv. 2 Lamb. e Ms. suo *amplissima*.—3 ψ *prosecuta*.—4 Ascon. *venerint*.—5 Franc. 1. Nannii Ms. Ven. 1483. et Græv. *Et quem*.—6 Mss. pauci

NOTÆ

[f] *Deducerent*] Statuerat Cicero neminem accusare, omnes defendere; sed a suo proposito lacrymis Siculorum deductus est ad Verrem accusandum.

[g] *A quo*] Id est, a qua ratione accusandi.

[h] *Publice*] Quæ per legatos gerebantur, publica erant.

[i] *Privatim*] Privata erant, quæ per privatos homines, nullo publico consilio gerebantur.

[k] *Utriusque provinciæ*] Syracusanæ et Lilybætanæ provinciæ suos habebant proprios quæstores.

[l] *Cum fascibus*] Quæstores suos habuerunt lictores, prætextam togam, et reliqua magistratus insignia.

[m] *Præsto fuerunt*] Ad Ciceronem venerunt adventantem in Siciliam quæstores, ut inquisitionem impedirent.

[n] *Qui successerunt*] Licet per tres annos illam provinciam Verres gubernarit, tamen quæstores singulis annis illi mutati sunt.

[o] *Cibariis*] Metaphora a canibus sumta: loquitur autem de Metelli quæstoribus, qui Verris quæstoribus successerunt.

prætorem vero cohortemque totam sic studiosam,[7] ut facile appareret, non tam illis Siciliam, quam inanem offenderant, quam Verrem ipsum, qui plenus decesserat,[8] provinciam fuisse.[p] Minari Siculis, si decressent legationes,[q] quæ contra istum dicerent:[9] minari, si qui essent profecti: aliis, si laudarent, benignissime promittere: gravissimos privatarum rerum testes, quibus nos præsentibus denuntiavimus,[r] eos vi custodiisque retinere. v. 13. Quæ cum omnia facta sint, tamen unam solam scitote esse civitatem Mamertinam,[s] quæ publice legatos, qui istum laudarent, miserit. Ejus autem legationis principem, civitatis nobilissimum,[10] C. Hejum, juratum dicere audistis, isti navem onerariam maximam Messanæ esse, publice coactis operis,[d] ædificatam. Idemque Mamertinorum legatus, istius laudator, non solum istum bona sua, verum etiam sacra, Deosque penates, a majoribus traditos,[11] ex ædibus suis eripuisse dixit. Præclara laudatio, cum duabus in rebus legatorum una opera consumitur, in laudando atque repetendo.[12 t] Atque ea ipsa civitas qua ratione illi amica sit,[u] dicetur certo loco. Reperietis enim, quæ causæ benevolentiæ sint Mamertinis erga istum, eas ipsas causas satis justas esse damnationis. Alia civitas nulla, judices, publico consilio[x]

[d] *Sumtibus publicis.*

---

et edd. ante C. Steph. omittunt *una*.—7 Lamb. de conjectura edidit *sic suo stud.*—8 Al. *discesserat*.—9 Mein. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *legationem, quæ contra istum diceret.*

Cap. v. 10 Gulielm., quia in Ms. Metelli invenit *civitatis nobiliss. civem*, censuit *civitatis* delendum ceu adulterinum; et quam conjecturam recepit Lamb.—11 Verba *a majoribus traditos* spuria videbantur.—12 Lamb. Oliv. et

NOTÆ

[p] *Provinciam fuisse*] Dicit Verrem provinciam fuisse, quia totam eam exhauserat.

[q] *Legationes*] Cum decedebant magistratus e provinciis, urbes legatos Romam mittebant, qui eos laudarent, si bene rem gessissent; et si male, vocarent in judicium.

[r] *Denuntiavimus*] Videlicet testimonia: eos intelligit testes, quibus judex in publicis judiciis lege denuntiare solet, ut ferant testimonium.

[s] *Civitatem Mamertinam*] Id est, Messanam; quia Mamertini, qui erant e Campania, Messanæ habitabant.

[t] *Repetendo*] Accusando repetundarum pecuniarum.

[u] *Amica sit*] Ob societatem prædarum quæ illuc deferebantur.

[x] *Publico consilio*] Laudabant qui-

laudat. 14. Vis illa summi imperii[y] tantum potuit apud perpaucos homines, non civitates, ut aut levissimi quidam ex miserrimis desertissimisque oppidis invenirentur, qui injussu populi ac senatus proficiscerentur; aut ii, qui contra istum legati decreti erant,[13] et testimonium publicum ac mandata acceperant,[z] vi ac metu retinerentur. Quod ego in paucis tamen usu venisse[e] non moleste fero, quo reliquæ, tot, et tantæ, et tam graves civitates, tota denique Sicilia plus auctoritatis apud vos haberet, cum videretis, nulla vi retineri, nullo periculo prohiberi potuisse,[14] quo minus experirentur, ecquid apud vos querimoniæ valerent antiquissimorum fidelissimorumque sociorum. 15. Nam, quod fortasse non nemo vestrum audierit, istum a Syracusanis publice laudari; id, tametsi priore actione ex Heraclii Syracusani testimonio, cujusmodi esset, cognovistis; tamen vobis alio loco, ut se tota res habeat, quod ad eam civitatem attinet, demonstrabitur. Intelligetis enim, nullis hominibus quenquam tanto odio, quanto istum Syracusanis, et[15] esse, et fuisse.

VI. At enim istum soli Siculi persequuntur:[16] cives Romani, qui in Sicilia negotiantur, defendunt, diligunt, salvum esse cupiunt. Primum, si ita esset, tamen vos in hac[17] quæstione de pecuniis repetundis, quæ sociorum causa constituta est, lege judicioque sociali,[a] sociorum querimo-

[e] *Contigisse.*

Lall. *atque in rep.* prob. Orell.—13 Edd. vett. *legatos decreverant.* Gulielm. conjecit *legati jam decreti erant.* Steph. et Lamb. omittunt *erant.* Dein Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. *publ. mandataque accep.*—14 Mein. et edd. ante Steph. *posse.*—15 Olim *et* ante *esse* omittebatur.

CAP. VI. 16 Lamb. e conj. *odio persequuntur.*—17 *Hac* ante *quæstione*

NOTÆ

dem Verrem aliquæ civitates Mamertinæ et Syracusanæ, sed per privatos testes, non autem publico consilio, ut moris est.

[y] *Summi imperii*] Indicat quod Metelli prætoris Siciliensis, et Hortensii consulis designati auctoritate et potentia effectum sit, ut aliqui privati eum laudaverint.

[z] *Acceperant*] Qui a civitatibus publico consilio legati contra Verrem missi fuerant, vi ac metu ab his prohibiti sunt, qui Verri favebant.

[a] *Judicioque sociali*] Judicium sociale hic intelligitur, quod a sociis populi Romani de accusando Verre

nias audire oporteret. 16. Sed intelligere potuistis priore actione, cives Romanos ex Sicilia plurimos, honestissimos, maximis de rebus, et quas ipsi accepissent injurias, et quas scirent aliis esse factas, pro testimonio dicere. Ego hoc, quod intelligo, judices, sic confirmo: videor mihi gratum fecisse Siculis, quod eorum injurias meo labore, inimicitiis, periculo[18] sim persecutus. Non minus hoc gratum me nostris civibus intelligo fecisse; [*p.* 112.] qui hoc existimant, juris, libertatis, rerum fortunarumque suarum salutem in istius damnatione consistere. 17. Quapropter de istius prætura Siciliensi non recuso, quin ita me audiatis, ut, si cuiquam[19] generi hominum, sive Siculorum, sive nostrorum civium; si cuiquam ordini, sive aratorum, sive pecuariorum,[b] sive mercatorum[20] probatus sit; si non horum omnium communis hostis, prædoque fuerit; si cuiquam denique ulla in re unquam temperaverit; ut vos quoque ei[1] temperetis.

Qui simul atque ei sorte provincia Sicilia obvenit, statim Romæ,[c] et ad urbem,[2] [d] antequam proficisceretur, quærere ipse secum, et agitare[3] cum suis cœpit, quibusnam rebus in ea provincia maximam uno anno[e] pecuniam facere posset. Nolebat in agendo discere, (tametsi non provinciæ[4] rudis[f] erat et tiro,) sed in Siciliam[5] paratus ad prædam

deest in Mein. et edd. vett.—18 Ern. e Ms. Metelli, ac Lall. e duobus Pariss. cum Beck. Schutz. Harles. et Orell. dedit *inimicitiis, periculo.* Aliæ edd. *inimicitias periculo.*—19 Quædam edd. vett. *sive cuiquam.*—20 Garaton. putabat verba *sive negotiatorum* excidisse. Cf. cap. 77. hujus libri.—1 Mss. plerique et edd. vett. nonnullæ carent *ei* ante *temperetis:* unde Hotom. pro *ut vos* scribi jusserat *ei vos.*—2 Mein. *statim et ab urbe:* ψ *statim Romæ, et ab urbe.*—3 *Cogitare* ψ, Mein. Ven. 1483. Junt. Crat.—4 Vox *provinciæ* suspicafactum est.

NOTÆ

[b] *Aratorum, sive pecuariorum*] Aratores fere erant cives Romani, qui quæstum secuti agros publicos colebant, decumam frumenti populo Romano dabant. Pecuarii vero qui pascua.

[c] *Statim Romæ*] Prætores urbani Romæ manebant in civitate.

[d] *Ad urbem*] Consules et prætores defuncti in urbe magistratu, profecturi in provinciam cum imperio extra urbis mœnia commorabantur.

[e] *Uno anno*] Prætoriæ provinciæ annuum erat imperium. Nec divinare potuit Verres, utrum illud prorogaretur ad plures.

[f] *Provinciæ rudis*] Id est, ignarus

meditatusque venire cupiebat. 18. O præclare conjectum a vulgo in illam provinciam omen communis famæ atque sermonis! cum ex nomine istius, quid in provincia[6] facturus esset, perridicule homines augurabantur. Etenim quis dubitare posset, cum istius in quæstura fugam[g] et furtum recognosceret; cum in legatione, oppidorum fanorumque spoliationes cogitaret; cum videret in foro[h] latrocinia prætura; qualis iste in quarto actu[7][i] improbitatis futurus esset? VII. Atque ut intelligatis, eum Romæ quæsisse non modo genera furandi, sed etiam nomina, certissimum accipite argumentum,[8] quo facilius de singulari ejus impudentia existimare possitis. 19. Quo die Siciliam tetigit,[9] (videte, satisne paratus ex illo omine urbano,[k] ad everrendam[10] provinciam venerit,) statim Messana literas Halesam mittit; quas ego istum in Italia scripsisse[l] arbitror: nam, simul atque e navi egressus est, dedit operam, ut Halesinus ad se Dio continuo veniret: se de hæreditate velle cognoscere, quæ ejus filio a propinquo homine, Apollodoro Laphirone,[11] venisset. 20. Ea erat, judices, pergrandis pecunia. Hic est Dio, judices, nunc beneficio Q. Metelli civis Romanus factus; de quo, multis viris pri-

batur Schutzio.—5 Ms. Metelli et edd. paucæ *sed Siciliæ:* unde Gulielm. dubitat an glossa fuerit *sed Siciliæ*, legendumque *et tiro: paratus ad prædam, &c.*—6 Priscian. et nonnullæ edd vett. *quid iste in prov.* prob. Garaton. Mox Pall. et quædam edd. vett. *perridiculi.*—7 ψ et Mein. *in quarto gradu.*

CAP. VII. 8 Metelli Ms. *nomina certissima, accip. arg.*—9 Grut. *attigit.*—10 ψ, Mein. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *evertendam.*—11 Metelli Ms. et

NOTÆ

prædandæ provinciæ, cum jam Asiam suis furtis implevisset.

g *In quæstura fugam*] Verres Carbonem reliquit, et pecuniam pro exercitu alendo secum abstulit.

h *In foro*] In æde Castoris, de qua superiori oratione, § 129. not. b.

i *In quarto actu*] Alludit ad tragicos et comicos poëtas, qui suas fabulas in actus dividunt. Primus actus fuit ejus furtum in quæstura; secundus in legatione fanorum spoliationes; tertius, latrocinia in foro: quartum jam persequitur orator.

k *Omine urbano*] Ex omine quod Romæ in urbe conjectum est de Verre.

l *In Italia scripsisse*] Non enim facile poterat in navi, cum trajiciebat in Siciliam.

mariis testibus, multorumque tabulis, vobis priore actione satisfactum est, H-S undecies [12] [m] numeratum esse, ut eam causam, in qua ne tenuissima quidem dubitatio posset esse, isto cognoscente obtineret; præterea greges nobilissimarum equarum abactos; argenti vestisque stragulæ [n] domi quod fuerit, esse direptum: [13] ita H-S undecies Q. Dionem, quod hæreditas ei obvenisset, nullam aliam ob causam, perdidisse. 21. Quid? Hæc hæreditas quo prætore [o] Dionis filio venerat? eodem, quo Anniæ, P. Annii senatoris [14] filiæ; eodem, quo M. Liguri [p] senatori, C. Sacerdote prætore. Quid? tum nemo molestus Dioni fuerat? non plus quam Liguri, Sacerdote prætore. Quid? ad Verrem quis detulit? nemo; nisi forte existimatis ei quadruplatores [q] ad fretum præsto fuisse. VIII. Ad urbem cum esset, audivit, Dioni cuidam Siculo permagnam venisse hæreditatem: hæredem statuas jussum esse in foro ponere: nisi posuisset, Veneri Erycinæ [r] esse mulctatum.[15] Tametsi positæ essent ex testamento, putabat tamen, quoniam Veneris nomen esset, causam pecuniæ [16] se reperturum. 22. Itaque apponit, qui petat Veneri Erycinæ [17] illam hæreditatem: [f] non enim quæstor petiit (ut est consuetudo [s]) is, qui

[f] *Deberi hæreditatem Veneri Erycinæ.*

Lamb. *Avalerone.*—12 *H-S D* Metelli Ms. *H-S IↃ* Fabricii Ms. *H-S decies* Ferratius e conj. quam receperunt Beck. Schutz. et Orell. *H-S undecies* ceteri. Cf. act. I. in Verr. c. 10.—13 Grævius e Ms. Metelli dedit *dereptum*, improb. Ern.—14 ψ et Franc. 1. *quo C. Annii sen.* Vict. Steph. et Manut. *quo P. Annii sen.* Lamb. *quo Anneiæ P. sen.* Huyd. *quo Annis sen.*

CAP. VIII. 15 Nannius conj. *multandum.*—16 Pro *pecuniæ* e Ms. Metelli et Fabricii *calumniæ* edidit Schutz. probb. Lamb. et Garaton.—17 *Erycium* Steph. e Ms. *Erycinum* edd. pr. Ascon. Græv. Oliv. Lall. Beck. et Orell.

NOTÆ

[m] *H-S undecies*] Gallicæ pecuniæ libræ sunt 110,000.

[n] *Vestis stragulæ*] De his vestibus vide orat. pro Roscio Amer. § 133. not. [x].

[o] *Prætore*] Siciliensi.

[p] *Annii senatoris filiæ; eodem, quo M. Liguri*] Vide actionem superiorem.

[q] *Quadruplatores*] Delatores criminum sunt, qui accusabant spe lucri; iis enim bonorum quarta pars concedebatur.

[r] *Veneri Erycinæ*] De hac jam dictum est.

[s] *Ut est consuetudo*] Erat hoc quæstorum munus, ut conquirerent pub-

Erycinum montem obtinebat:[t] petit Nævius Turpio quidam, istius excursor[18] et emissarius,[u] homo omnium ex illo conventu quadruplatorum deterrimus,[19] C. Sacerdote prætore condemnatus injuriarum. Etenim erat ejusmodi causa, ut ipse prætor, cum quæreret calumniatorem, paulo tamen consideratiorem reperire non posset. [*p.* 113.] Hunc hominem[20 x] Veneri absolvit: sibi condemnat. Maluit videlicet homines peccare, quam Deos: se potius a Dione, quod non licebat, quam Venerem, quod non debebatur, auferre. 23. Quid ego hic nunc Sex. Pompeii Chlori testimonium recitem, qui causam egit[y] Dionis? qui omnibus rebus interfuit; hominis honestissimi, tametsi civis Romanus virtutis causa[z] jamdiu est, tamen omnium Siculorum primi ac nobilissimi. Quid ipsius Q. Cæcilii Dionis, hominis probatissimi ac pudentissimi?[1] Quid L. Vetecilii[2] Liguris, T. Manlii, L. Caleni?[3] quorum omnium testimoniis de hac Dionis pecunia confirmatum est. Dixit hoc idem M. Lucullus, se de his Dionis incommodis pro hospitio,[4 a] quod sibi cum eo esset, jam ante cognosse.[5] 24. Quid? Lucullus, qui tum in Macedonia[b] fuit, melius hæc cognovit, quam tu, Hortensi, qui Romæ fuisti? ad quem Dio confugit? qui de Dionis injuriis gravissime per literas cum Verre questus es?[6] Nova tibi hæc sunt, et

Ericum ψ: *Erycum* Crat. Grut. et al. Vid. Ind. Geogr. in 'Erycus.'—18 ψ, Huyd. Franc. 1. et edd. vett. nonnullæ *cursor*.—19 Schutz. e Pal. 2. edidit *teterrimus*, ut Hotom. et Gulielm. conjecerant. Tum unus Ms. *a C. Sacerd.* —20 *Hic hominem* vetus cod. ap. Hotom. et Pariss. cum Lall. Beck. et Orell. *Hunc hominem* ceteri præter Schutz. qui e conjectura edidit *Iste Dionem Veneri*.—1 Al. *prudentissimi*.—2 Ms. Metelli *Vecilii*, prob. Grut.—3 Ursini Ms. *Kaleni*.—4 Huyd. *in hosp.*—5 Idem Ms. *cognoscere*.—6 Huyd. *questus*

NOTÆ

licas pecunias, eaque de causa juris dicundi provinciam obirent.

[t] *Montem obtinebat*] Lilybætanus quæstor Cæcilius Niger.

[u] *Excursor et emissarius*] Sic conciliator furtorum vocatur, atque internuntius.

[x] *Hunc hominem*] Hic Verres ita condemnat Dionem, ut non Veneri tribuat illam hæreditatem quasi illi debitam, sed illam sibi usurpet.

[y] *Causam egit*] Apud Verrem in Sicilia Pompeius Chlorus Dionis causam egit.

[z] *Virtutis causa*] Chlorus beneficio Sexti Pompeii nomen et prænomen accepit.

[a] *Pro hospitio*] De hoc jam dictum est.

[b] *Lucullus, qui tum in Macedonia*] M.

inopinata? nunc primum hoc aures tuæ crimen accipiunt? nihil ex Dione, nihil ex socru tua,[7] fœmina primaria, Servilia, vetere Dionis hospita, audisti? Nonne multa mei testes, quæ tu scis, nesciunt? nonne te mihi testem in hoc crimine eripuit non istius innocentia, sed legis exceptio?[c] (*Testimonia*[8] *M. Luculli, Chlori, Dionis.*) IX. Satisne vobis[9] magnam pecuniam Venerius homo,[d] qui e Chelidonis[e] sinu in provinciam profectus esset, Veneris nomine quæsisse videtur? 25. Accipite aliam in minore pecunia non minus impudentem calumniam. Sosippus et Epicrates[10] fratres sunt Agyrinenses. Horum pater abhinc duo et XX. annos est mortuus: in cujus testamento, quodam loco, si commissum quid esset,[f] mulcta erat Veneri. Ipso XX. anno,[11] cum tot interea prætores, tot quæstores, tot calumniatores in provincia fuissent, hæreditas ab his Veneris nomine petita est. Causam Verres cognoscit: pecuniam per Volcatium[12] accipit, fere ad H-S CCCC.[g] millia, ab duobus fratribus. Multorum testimonia audistis antea: vicerunt[g] Agyrinenses fratres ita, ut egentes inanesque discederent.

[g] *Absoluti sunt.*

---

est.—7 Mss. plerique et edd. vett. *nihil de Dione, nihil de socru tua.*—8 Ante *Testimonia* Lamb. et al. addunt *Recita;* Ald. nepos et Schutz. *Recita testimonia.* In Metelli Ms. *Recita testimonium.*

CAP. IX. 9 Huyd. *nobis.*—10 Pro *Epicrates* Ms. Metelli habet *Philocrates.* Tum pro *Agyrinenses* in ψ legitur *Agrienses,* in Huyd. *Agrinenses.*—11 Mss. pauci *Ipsos XX. annos.* Harles. conj. *Per ipsos XX. annos.* Mox vulg. *petita non est.* Ex Asconio et Ms. Metelli negativam particulam delevit Græv. quem Ern. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur. Tum *causam* omittunt Asconius et Metelli Ms.—12 ψ *cogn. per Vulcatium; pecuniam, &c.* Quædam edd. vett. cum Orell. *cogn., per Volcatium pecuniam, &c.* Dein *accepit* Huyd. Ven. Junt. Crat. Lamb. Porro nonnulli omittunt præpositionem ante *H-S.*

NOTÆ

Terentius Lucullus prætor in Macedonia fuit, de qua triumphavit A. U. C. 680.

[c] *Legis exceptio*] Qua cautum est, ne testimonium defensori denuntiet accusator.

[d] *Venerius homo*] Venerius homo dicitur vel quia impuris amoribus delectabatur, vel quia Veneris causam defendebat.

[e] *Chelidonis*] De ea superiori oratione vid. § 104. not. [r].

[f] *Si commissum quid esset*] Commissum dicitur, quod fit vel non fit ab hærede secundum voluntatem testatoris; isque pœna aliqua mulctabatur: hæc autem hæreditas ad Venerem transferebatur.

[g] *H-S CCCC.*] Quadraginta millia librarum.

x. 26. At enim ad Verrem pecunia ista non pervenit. Quæ est ista defensio? utrum asseveratur in hoc, an tentatur?[h] mihi enim nova res est. Verres calumniatores apponebat: Verres adesse jubebat: Verres cognoscebat: Verres judicabat:[13] pecuniæ maximæ dabantur: qui dabant, causas[14] obtinebant: tu mihi ita defendas? 'Non est ista Verri numerata pecunia.' Adjuvo te: mei quoque testes idem dicunt: Volcatio dicunt sese dedisse. Quæ vis[i] erat in[15] Volcatio tanta, ut H-S cccc. millia a duobus hominibus auferret? et quis[16] Volcatio, si sua sponte venisset, unam libellam[h] dedisset? Veniat nunc: experiatur: tecto recipiet nemo. At ego amplius dico, H-S quadringenties[i] accepisse te arguo contra leges: nego tibi ipsi ullum nummum esse numeratum: sed cum ob tua decreta, ob imperata, ob judicata,[17] pecuniæ dabantur, non erat quærendum, cujus manu[18] numerarentur, sed cujus injuria cogerentur. 27. Comites illi tui delecti manus erant tuæ:[19] præfecti, scribæ, medici, accensi,[k] haruspices, præcones erant manus tuæ. Ut quisque te maxime necessitudine aliqua attingebat,[20] ita maxime manus tua putabatur: cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quam si centum cohortes[k] fugitivorum[l] fuissent, tua manus sine

[h] *Serio dicunt id, an experiuntur, si possint defendere?*
[i] *Potestas.* [k] *Ministri.*

Cap. x. 13 Aquila Rom. de Fig. Orat. c. 34. p. 177. ed. Ruhnken. *pronuntiabat;* quod placet Schutzio.—14 *Causas* suspectum Harlesio.—15 Huyd. et edd. vett. omittunt præpositionem, et ante *Volcatio*, et ante *duobus.*—16 Lamb. et Orell. *ecquis.*—17 '*Ob tua decreta, ob edicta, ob imperia, ob jud.* cod. Metellanus, et Lamb. edidit forte ex cod. Fabriciano.' *Harles.*—18 Schutz. e conj. Garatonii edidit *in cujus manu.* Vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *cujus in manu.*—19 *Manus erant tuæ* Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. et Orell.—20 Vulg. *Ut quisque te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua atting.* Verba *cognatione, affinitate* delevit Ern. quem Schutz. sequitur. In ψ, Rom. Brix. Ven. 1483. et Med. omittuntur verba *Ut quisque te maxime cognatione, affinitate.*—1 Post *fugitivorum* Ernestio aliquid deesse

NOTÆ

[h] *Libellam*] Libella et as idem valebant, cum hoc discrimine, quod libella erat argentea, as æreum.

[i] *H-S quadringenties*] Id est, quadringenties centena millia sesterium, apud nos quatuor milliones.

[k] *Centum cohortes*] Propter Athenionem id dicit, qui dux fuit fugitivorum per Siciliam, a quo misere vexata est.

controversia fuit. Quicquid ab horum quopiam captum est, id non modo tibi datum, sed tua manu[2] numeratum judicari necesse est. Nam, si hanc defensionem probabitis,[3] ‘Non accepit ipse:’ [*p.* 114.] licet, omnia de pecuniis repetundis judicia tollatis. Nemo unquam tam[4] reus, tam nocens adducetur, qui ista defensione non possit uti: etenim cum Verres utatur; quis erit unquam posthac reus tam perditus, qui non ad Q. Mucii innocentiam[1] referatur, si cum isto conferatur? Neque nunc tam mihi isti Verrem defendere videntur, quam in Verre defensionis[5] tentare rationem. 28. Qua de re, judices, vobis magnopere providendum est: pertinet hoc ad summam reipublicæ,[6] et ad existimationem ordinis,[7] salutemque sociorum. Si enim innocentes existimari volumus, non solum nos abstinentes, sed etiam nostros comites præstare debemus. XI. Primum omnium opera danda est,[8] ut eos nobiscum ducamus, qui nostræ famæ capitique consulant: deinde, si in hominibus eligendis nos spes amicitiæ fefellerit, ut vindicemus,[9] missos faciamus,[m] semper ita vivamus, ut rationem reddendam nobis arbitremur. Africani[m] est hoc, hominis liberalissimi:[10] (verumtamen ea liberalitas est probanda, quæ sine periculo existimationis est, ut in illo fuit.) 29. Cum ab eo quidam vetus assectator,[n] ex numero[11] amicorum, non im-

[m] *Dimittamus a nobis.*

videtur, ut *in Sicilia*, ut *ibi*, aut simile quid.—2 Schutz. e Asconio et Manutio *sed in tua manu*, prob. Garaton.—3 *Probatis* Ursini Ms. *probetis* Crat.—4 *Tam* ante *reus* omittunt Franc. 1. Mss. ap. Hotom. et Ursin. cum Lamb. Græv. Schutz. et Orell.—5 Schutz. e conj. *suæ defens.*—6 Lamb. 1566. *ad summam rem:* Orell. e Lamb. 1584. *ad summam rem publicam:* ceteri *ad summam reipublicæ.*—7 Ms. Metelli cum Lamb. et Schutz. *ordinis nostri.*

CAP. XI. 8 Mss. plerique cum Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. *opera tanta danda est.* Mox Nannii Ms. *educamus.*—9 ‘*Ut vindicemus*] Subaudi, ‘nos ab illorum comitatu,’ nisi forte *abdicemus* legendum videtur.’ *Hotom.*—10 Nannius conj. *Africani, hoc est hominis lib.*—11 *Et ex num.* Ms. Nannii, Steph.

NOTÆ

[1] *Ad Q. Mucii innocentiam*] Mucius Asiam tam bene rexerat, ut dies festus Græcis in honorem ejus constitutus sit, qui Mucius dies dicebatur.

[m] *Africani*] De minore loquitur Africano.

[n] *Assectator*] Id est, quidam qui eum per provincias jam secutus erat comes.

petraret, uti se præfectum[o] in Africam duceret, et id ferret moleste; 'Noli,' inquit, 'mirari, si tu a me hoc non impetras: ego jam pridem ab eo, cui meam existimationem caram fore arbitror,[12] peto, ut mecum præfectus proficiscatur, et adhuc impetrare non possum.' Etenim re vera multo magis est petendum ab hominibus, si salvi et honesti[13] esse volumus, ut eant nobiscum in provinciam, quam hoc illis in beneficii loco deferendum. Sed tu, cum et tuos amicos in provinciam, quasi in prædam, invitabas, et cum illis, ac per eos prædabare, et eos in concione annulis aureis[p] donabas; non statuebas, tibi non solum de te,[14] sed etiam de illorum factis rationem esse reddendam?[15]

30. Cum hos sibi quæstus constituisset, magnos atque uberes, ex his causis, quas ipse instituerat in consilio,[16] hoc est, cum sua cohorte, cognoscere; tum infinitum[17] genus invenerat ad innumerabilem pecuniam corripiendam.[18] XII. Dubium nemini est, quin omnes omnium pecuniæ positæ sint in eorum potestate qui judicia dant,[q] et eorum[19] qui judicant: quin nemo nostrum[20] possit ædes suas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere, si cum hæc a quopiam vestrum petita sint,[1] prætor improbus, cui

---

Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. Verba *ex num. amic.* delevit Schutz. e conj. Ern. Dein Ven. 1483. Junt. Lamb. *ut se præf.*—12 Huyd. *caram esse arb.*—13 Mss. plerique et edd. ante C. Steph. omittunt verba *et honesti.*—14 Lamb. *de tuis.*—15 Post *reddendam* ψ non habet interrogationis notam, sed punctum.—16 Lamb. voluit scribi *instituisset ... ex iis causis ... constituerat.* In Nannii Ms. *instituerat cum in cons.* quod Nannius probavit. 'Rectius Garaton. ex illa lectione collegit scriptum fuisse *instituerat cum cons.* Hotom. quoque aut *in concilio*, aut *cum consilio* legi jussit, et posterius Harlesio placuit.' *Beck.*—17 Vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *illud infinitum.*—18 Lamb. *corradendam.*

CAP. XII. 19 Lamb. *et in eorum.*—20 'ψ *vestrum.* Mox etiam, observante Hotomanno, orationis tenor postulabat, *a quopiam nostrum:* sed *vestrum* dixit, ut magis pateret, injuriam ad ipsos pertinere judices.' *Beck.*—1 Quædam edd.

NOTÆ

[o] *Præfectum*] Ut præesset equestribus turmis.

[p] *Annulis aureis*] Annuli aurei erant illi ingenuitatis et liberationis signa: at hic significat Verris scribam, de quo superiori orat.

[q] *Qui judicia dant*] Prætores judices et judicii formulas dabant.

nemo intercedere[2 r] possit, det, quem velit judicem; judex nequam et levis, quod prætor jusserit, judicet. 31. Si vero illud[3] quoque accedet, ut in ea verba prætor judicium det, ut vel L.[4] Octavius Balbus judex,[s] homo et juris et officii peritissimus, non possit aliter judicare: [si judicium sit ejusmodi:[5]] 'L. Octavius judex esto: si paret,[6] fundum Capenatem, quo de agitur, ex jure Quiritium[7] P. Servilii esse, neque is fundus Q. Catulo restituetur;'[t] non necesse erit[u] L. Octavio judici cogere P. Servilium Q. Catulo fundum restituere, aut condemnare[8] eum, quem non oporteat? Ejusdemmodi totum jus prætorium, ejusdemmodi omnis res judiciaria fuit in Sicilia per triennium, Verre prætore. Decreta ejusmodi:[x] 'Si non accipit,[y] quod te debere[9] dicis, accuses: si petit,[10] ducas.' C. Fuficium[11] duci jussit petitorem, L. Suetium, L. Racilium. Judicia

vett. *petita sunt.*—2 Mss. pauci et edd. ante Steph. *interdicere.*—3 Beck. et Schutz. e Jannoctian. et Ms. Ursini *Quid vero? si illud.* Tum *accidet* ψ et Huyd. *accidit* edd. pr. *accidat* al.—4 Prænomen *L.* primus inseruit Grut. Id delevit Græv. quem Oliv. sequitur. Dein *judex* deleri voluit Lamb.—5 A ψ, Mein. edd. vett. Græv. et Oliv. absunt verba *si judicium.* Tum edd. vett. *sic ejusmodi.* Ex Ernestii conjectura Schutz. delevit verba *si judicium sit ejusmodi,* prob. Orell.—6 ψ et ed. Ascens. *si patet:* Huyd. *si petit:* Vict. Steph. et al. *si apparet.*—7 Pro *Quiritium* edd. vett. habent *cum:* al. *eum:* ψ et Huyd. *equum:* Ven. Junt. Crat. *æquum.*—8 Lamb. e conj. Hotomanni *et cond.*—9 Franc. 1. et Ven. 1480. *accepit;* et Huyd. *quod de te deb.* Amicus Ursini legebat *accipis, quod tibi deb.*—10 *Petitur* Crat. Grut. Græv. et Oliv. *patitur* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. et Lall.—11 Vict. et Steph. *Fu-*

NOTÆ

r *Cui nemo intercedere*] Cum solus esset in provincia prætor, nemo poterat ad alium provocare; at Romæ contra omnem potestatem tribuni vel alii prætores poterant appellari.

s *L. Octavius Balbus judex*] Exempla judiciorum Verrinorum affert: verbi gratia, hunc nominat qui inter judices sedet, et laudat subtiliter.

t *Q. Catulo restituetur*] Ponit ad exemplum Q. Catulum petitorem, et P. Servilium reum ac possessorem fundi: quem prætor, licet Servilii esse appareat, Q. tamen Catulo restitui jubet.

u *Non necesse erit*] Tanta erat vis prætoria in provinciis, ut vel injusto ejus judicio obtemperare judicibus esset necesse, quia intercedere ei nemo poterat.

x *Decreta ejusmodi*] Profert decretum Verris ex quo alia fas est cognoscere.

y *Si non accipit*] Sensus est: Si non acceperit creditor, quod se debere debitor dicit, accusetur: si petitur, condemnetur idem scilicet, qui duci jussit in jus, vel in vincula.

hujusmodi: ‘ Qui cives Romani [z] erant, si [12] Siculi essent, tum si eorum legibus dare oporteret. Qui Siculi,[a] si cives Romani [b] essent.’ 32. Verum, ut totum genus complectamini [13] judiciorum; prius jura Siculorum, deinde istius instituta cognoscite. XIII. Siculi hoc jure sunt, ut, quod civis cum cive [14] agat, domi certet suis legibus: [*p.* 115.] quod Siculus cum Siculo non ejusdem civitatis, ut de eo prætor judices ex P. Rupilii decreto (quod is de decem legatorum [c] sententia statuit, quam legem illi [15] Rupiliam [d] vocant) sortiatur. Quod privatus a populo petit, aut populus a privato; senatus ex aliqua civitate, qui judicet, datur, cum alternæ [16] civitates [e] rejectæ sunt. Quod civis Romanus [17] [f] a Siculo petit, Siculus judex datur; quod Siculus a cive Romano, civis Romanus datur; ceterarum rerum selecti judices civium Romanorum ex conventu [18] [g] proponi solent. Inter aratores et decumanos, lege frumen-

sicium: Lamb. *Fufidium:* Ven. 1483. *Fuscium.*—12 In quibusdam edd. vett. deest *si* ante *Siculi.* Dein *cum Siculi, eorum leg. dari oport.* Steph. qui conj. *cum Siculorum leg. dari oport.* In Ven. 1483. Junt. Crat. *tum si eorum leg. dari oport.* Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *cum Siculos eorum leg. dari oport.* ψ quoque et Huyd. habent *dari.*—13 *Amplectamini* ψ, Ven. Junt. Crat. et Lamb.

CAP. XIII. 14 Priscian. Lamb. Schutz. et Orell. *cum civi.*—15 Pro *ill* Mss. et edd. vett. cum Orell. habent *Siculi.*—16 Vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *alterne.*—17 Post verba *Quod civis Romanus* Asconius deesse censet *in eo.*—18 Al. *judices ex conv. civium Rom.* Vid. Ind. in ‘ Conven-

NOTÆ

[z] *Qui cives Romani*] Sic sensum intellige: Dabantur judices, qui cives Romani erant, si Siculi rei essent; cum Siculos eorum legibus dari oporteret. Dabantur Siculi, si cives Romani essent, cum cives Romanos dari oporteret.

[a] *Qui Siculi*] Id est, qui Siculi judices erant.

[b] *Si cives Rom.*] Id est, rei erant Romani cives.

[c] *Decem legatorum*] Decem legati in eam regionem mittebantur, quæ paulo ante in potestatem populi Romani venerat, qui ejus jura et rempublicam constituerent.

[d] *Legem Rupiliam*] P. ille Rupilius ex publicano factus fuit consul. Hic cum esset prætor Siciliensis, legem tulit de decem legatorum illorum sententia: qua lege prætor inter Siculos, quod non essent ejusdem civitatis, judices sortito dabat.

[e] *Cum alternæ civitates*] Primum petitori ac reo civitas ad judicandum proponebatur; postremo ibant ad aliam quamlibet, utriusque facta rejectione.

[f] *Quod civis Romanus*] Id est, in eo quod petit civis Romanus.

[g] *Civium Romanorum ex conventu*] Id est, ex iis civitatibus ad quas ci-

taria, quam Hieronicam appellant,[h] judicia fiunt. 33. Hæc omnia isto prætore non modo perturbata, sed plane et Siculis et civibus Romanis erepta sunt: primum suæ leges;[19] quod civis cum cive ageret, aut eum judicem,[20] quem commodum erat, præconem, haruspicem, medicum suum dabat: aut, si legibus erat judicium constitutum,[i] et ad civem suum judicem venerant,[1] libere civi judicare non licebat. Edictum enim hominis cognoscite, quo edicto omnia judicia redegerat in suam potestatem: 'Si qui perperam[2] judicasset, se cogniturum: cum cognosset, animadversurum:' idque cum faciebat, nemo dubitabat,[3] quin, cum judex alium de suo judicio putaret judicaturum, seque in eo capitis periculum aditurum, voluntatem spectaret ejus, quem statim de capite suo putaret[4] judicaturum. 34. Selecti e conventu,[k] aut propositi ex negotiatoribus judices nulli. Hæc copia, quam dico, judicum,[l] cohors, non Q. Scævolæ,[m] qui tamen de cohorte sua dare non solebat; sed C. Verris.[n] Cujusmodi cohortem[o] putatis hoc principe[5] fuisse? sicuti

tus.'—19 *Sciæ* (sic) *leges* Ms. Nannii, unde is conjecit *Primum non secundum legem.* Verba *suæ leges* delevit Schutz.—20 Huyd. *aut enim jud.* ut volebat Hotom. deditque Lamb.—1 Al. *venerat.*—2 Huyd. Mein. et quædam edd. vett. *si quis perp.* Græv. conj. *judicassit.*—3 Manut. Lamb. Græv. et Lall. *dubitat.*—4 Vulg. *putet ... spectet ... putet.* Lamb. Ern. Beck. Schutz. et Orell. *putaret ... spectaret ... putaret.*—5 '*Hoc principe*] Hotom. conjecit *hoc prætore*, sine causa: sed sequentia, *sicuti videtis edictum*, recte ei suspecta fuerunt. Ern. conj. *sicuti videtis ipsum*, aut *sicuti videtis.* Malim statuere,

NOTÆ

ves Romani convenire solent agendæ suæ, aut publicæ rei causa.

[h] *Hieronicam appellant*] Agit de lege quæ ab Hierone lata est, et postea a Rupilio prætore confirmata, de decumis frumenti, et de controversiis inter aratores et decumanos ortis.

[i] *Judicium constitutum*] Per judicium judices constitutos a prætore intelligit.

[k] *Selecti e conventu*] Nempe civium Romanorum.

[l] *Copia judicum*] Judices dabantur a prætore, cum non legibus erant constituti.

[m] *Cohors, non Q. Scævolæ*] Non fuerunt e cohorte Scævolæ, qui abstinentissimus fuit in provincia sua regenda.

[n] *Sed C. Verris*] Id est, sed de cohorte Verris fuerunt, qui huic similes erant, avari et cupidi.

[o] *Cujusmodi cohortem*] Id est, talis fuit Verris cohors, qualis fuit ille in edicto suo ferendo, quo dicit, 'Si quid perperam judicarit senatus,' cognoscam; cum cognovero, animadvertam.

videtis edictum: 'Si quid[6] perperam judicarit senatus.' Eum quoque ostendam, si quando sit datus, coactu istius, quod non senserit, judicasse. Ex lege Rupilia sortitio nulla,[p] nisi cum nihil intererat istius. Lege Hieronica judicia[q] plurimarum controversiarum[7] sublata uno nomine[r] omnia: de conventu ac negotiatoribus nulli judices. Quantam potestatem habuerit, videtis: quas res gesserit,[8] cognoscite.

XIV. 35. Heraclius est Hieronis filius, Syracusanus, homo in primis domi suæ nobilis, et ante hunc prætorem vel pecuniosissimus Syracusanorum; nunc nulla alia calamitate, nisi istius avaritia atque injuria, pauperrimus. Huic hæreditas facile[n] ad H-S tricies[s] venit testamento propinqui sui, Heraclii: plena domus cælati argenti optimi, multæque stragulæ vestis, pretiosissimorumque mancipiorum: quibus in rebus istius cupiditates et insanias[9] quis ignorat? Erat in sermone res, magnam Heraclio pecuniam venisse: non solum Heraclium divitem, sed etiam ornatum supellectili, argento, veste, mancipiis futurum. 36. Audit hæc etiam Verres: et primo, illo suo leviore artificio Heraclium aggredi conatur, ut eum roget inspicienda, quæ non reddat: deinde a quibusdam Syracusanis admonetur; hi autem quidam erant affines istius,[t] quorum iste uxores nunquam alienas existimavit, Cleomenes et Æschrio;[10] qui quantum apud istum, et quam turpi de causa potuerint, ex reliquis criminibus intel-

[n] *Sine dubio.*

---

hic quædam excidisse.' *Beck.*—6 Vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *si quis.*—7 Hotom. conj. *controv. constituta.* Manut. vocem *constituta* inseruit post *judicia.*—8 Huyd. Ven. 1483. et Junt. *gessit.*

CAP. XIV. 9 ψ, Franc. 1. et edd. vett. *insaniam.*—10 ψ et Huyd. *Hestrio.*

NOTÆ

[p] *Sortitio nulla*] Non sortito a Verre judices, sed ex sua cohorte dabantur.

[q] *Judicia*] Supple constituta: nam lege Hieronica non tollebantur, sed constituebantur judicia.

[r] *Sublata uno nomine*] Sed illa judicia ab uno Verre, sive justa sive injusta, sine ullo discrimine sublata sunt.

[s] *H-S tricies*] Nempe sestertium centena millia, nostræ pecuniæ trecenta millia librarum.

[t] *Affines istius*] Propter uxores cum Verre conjuncti erant.

ligetis. Hi, ut dico, hominem admonent; rem esse præclaram, refertam [11] omnibus rebus: ipsum autem Heraclium, hominem esse majorem natu, non promtissimum;[o] et eum præter Marcellos,[u] patronum, quem jure suo adire aut appellare possit,[12] habere neminem: esse in eo testamento, quo ille hæres esset, scriptum, ut statuas in palæstra [x] deberet ponere. [*p.* 116.] Faciemus, ut palæstritæ negent ex testamento esse positas: petant hæreditatem, quod eam palæstræ commissam esse [13] dicant.[y] 37. Placuit ratio[p] Verri: nam hoc animo providebat, cum tanta hæreditas in controversiam venisset, judicioque peteretur, fieri non posse,[14] ut sine præda ipse discederet. Approbat consilium: auctor est, ut quam primum agere incipiant, hominemque id ætatis, minime litigiosum, quam tumultuosissime adoriantur. XV. Scribitur Heraclio dica.[z] Primo mirantur omnes improbitatem calumniæ; deinde qui istum nossent, partim suspicabantur, partim plane videbant,[15] adjectum esse oculum hæreditati.[q] Interea dies advenit, quo die sese ex instituto, ac lege Rupilia, dicas [a] sortiturum Syracusis iste edixerat: paratus ad hanc dicam sortiendam venerat. Tum eum docet Heraclius, non posse eo die sortiri, quod lex Rupilia vetaret diebus XXX. sortiri dicam,

[o] *Valde hebetem.* [p] *Hoc consilium.*
[q] *Conversum esse oculum in hæreditatem.*

—11 Beck. et Schutz. e conj. Lambini *domum refertam.*—12 Vulg. *posset.* Ern. solus e conj. *possit.*—13 Huyd. Mein. et pleræque edd. vett. *commisisse.*—14 Huyd. *posset.*

CAP. XV. 15 Huyd. *noscent, partim suspicantur, partim plane vident.*—

NOTÆ

[u] *Marcellos*] Marcelli universæ Siciliæ patroni erant, non hujus præcipui.

[x] *In palæstra*] Palæstra locus fuit in Græciæ urbibus, ubi cursu, luctatione, aliisque ludis ejusmodi adolescentes exercebantur.

[y] *Commissam esse dicant* [*commisisse dicant*] Legit Hotomannus *commissam esse.* Commissa autem dicitur hæreditas, quæ ad alium hæredem ex testamenti conditione devolvitur.

[z] *Dica*] Dica lis est, seu actio a verbo δίκη: ait itaque quod Heraclius vocatus sit in judicium.

[a] *Dicas*] Jam per dicas judices intellige.

quibus scripta esset:[16] dies XXX. nondum fuerant. Sperabat Heraclius, si illum diem effugisset, ante alteram sortitionem Q. Arrium, quem provincia tum maxime expectabat, successurum. 38. Iste omnibus dicis[17] diem distulit;[b] et eam diem constituit, ut hanc Heraclii dicam sortiri post dies XXX. ex lege posset. Posteaquam ea dies venit, iste incipit simulare, se velle sortiri. Heraclius cum advocatis adit, et postulat, ut sibi cum palæstritis, hoc est, cum populo Syracusano, æquo jure disceptare liceat. Adversarii postulant, ut in eam rem judices dentur, ex his civitatibus,[18] quæ in id forum convenirent.[19] Electi, qui Verri viderentur. Heraclius contra, ut judices e lege Rupilia dentur; ut ab institutis superiorum, ab auctoritate senatus, ab jure omnium Siculorum ne recedatur. XVI. 39. Quid ego istius in jure dicundo libidinem[20] demonstrem? quis vestrum non ex urbana jurisdictione cognovit? quis unquam, isto prætore, Chelidone invita, lege agere[r 1] potuit? non istum, ut non neminem, provincia corrupit: idem fuit, qui Romæ. Cum id, quod omnes intelligebant, diceret Heraclius, jus esse certum Siculis, inter se quo jure certarent; legem esse Rupiliam, quam P. Rupilius consul de decem legatorum sententia[2] dedisset; hoc omnes semper in Sicilia consules prætoresque servasse; negavit se judices e lege Rupilia sortiturum.[3] Quinque judices, quos commodum ipsi fuit, dedit. 40. Quid hoc homine[4] facias? quod supplicium

[r] *Persequi suum jus.*

16 Idem Ms. *scripta est.*—17 Pro *dicis* ψ, Huyd. et edd. vett. habent *judiciis.* Pro *distulit* Faërnus *diffidit* scribi jussit.—18 Lamb. et Orell. *ex iis civ.*—19 Ms. Metelli *convenerant,* probb. Garaton. et Beck. Post *convenirent* edd. ante Græv. non punctum, sed comma ponunt.

CAP. XVI. 20 Post *libidinem* Metelli Ms. habet *scelera,* sine copula; quam lectionem Lall. recepit: Nannii Ms. *et scelera,* quod Steph. Lamb. Grut. Græv. et Oliv. receperunt.—1 Huyd. *jure agere.*—2 Olim legebatur, *quam prætor Rupilius ex S. C. de X. leg. sent.* Ven. 1483. *quam prætor Rup. de dec. leg. sent.* Garaton. conj. *quam P. Rupilius de dec. leg. sent.* vel, *quam P. Rup. ex S. C. de dec. leg. sent.* Dein Lamb. *hanc omnes semper.*—3 Schutz. e Ms. Metelli *negavit se lege Rup. sort.*—4 ψ, Huyd. Mein. et al. cum Ven. 1483.

NOTÆ

[b] *Distulit*] Distulit, ut non videretur propter unum Heraclium distulisse.

dignum libidini[5] ejus invenias? Præscriptum tibi cum esset, homo deterrime[6] et impudentissime, quemadmodum inter Siculos judices dares; cum imperatoris populi Romani[c] auctoritas, legatorum decem, summorum hominum, dignitas, senatus consultum intercederet, cujus consulto P. Rupilius de X. legatorum sententia[7] leges in Sicilia constituerat; cum omnes ante te prætorem,[8] Rupilias leges et[9] in ceteris rebus et in judiciis maxime observassent; tu ausus es pro nihilo præ tua præda tot res sanctissimas ducere? tibi nulla lex fuit? nulla religio? nullus existimationis pudor? nullus judicii metus? nullius apud te gravis auctoritas? nullum exemplum, quod sequi velles? 41. Verum, ut institui dicere, quinque judicibus nulla lege, nullo instituto, nulla religione,[10] nulla sorte, ex libidine istius datis, non qui causam cognoscerent, sed qui, quod imperatum esset, judicarent; eo die nihil actum est; adesse jubentur postridie. XVII. Heraclius interea, cum omnes insidias a prætore fortunis suis fieri videret, capit consilium de amicorum et propinquorum sententia, non adesse ad judicium: itaque Syracusis illa nocte profugit. Iste postero die[11] mane, cum multo maturius, quam unquam[12] antea, surrexisset; judices citari jubet. Ubi comperit Heraclium non adesse, cogere incipit[13] eos, ut absentem Heraclium condemnarent.[14] [*p.* 117.] Illi eum com-

Junt. Crat. Grut. *huic homini*. Aliæ edd. *hoc homine*.—5 Lamb. maluit *libidine*, ut Ms. Metelli exhibet. Tum *invenies* Franc. 1. Huyd. ed. Vict. et Steph.—6 Græv. et Schutz. e Pal. 2. ediderunt *teterrime*. In Ms. Metelli desunt verba *deterrime et*.—7 ψ et edd. vett. *P. Rupilius prætor ex leg. sent.* et sic Ms. ap. Lamb. nisi quod omittat *prætor*.—8 Crat. Lamb. Græv. et Oliv. *prætores*. In Mss. et edd. pr. *PR*.—9 Copula *et* ante *in ceteris rebus* deest in Mss. quibusdam et edd. vett. Eam quoque Grævius omittit. Dein verba *et in judiciis maxime* absunt a Metelli Ms. in quo et Huyd. *servassent* legitur.—10 In Mss. Metelli et Fabricii *nulla rejectione*, quod Gruter. recepit. Vulg. *nulla religione*.

CAP. XVII. 11 Vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *postridie*.—12 Huyd. *nunquam*.—13 Huyd. et Junt. *incepit*.—14 Orell. mavult *condemnent*.

NOTÆ

[c] *Imperatoris populi Romani*] Rupilius, quia auctoritatem habebat a populo Romano, imperator dicitur.

monefaciunt, ut, si ei videatur, utatur instituto suo,[e] nec cogat[15] ante horam decimam[d] de absente secundum præsentem judicare.[16] Impetrant. 42. Interea sane perturbatus et ipse, et ejus amici et consiliarii,[17] moleste ferre cœperunt, Heraclium profugisse. Putabant absentis damnationem, præsertim tantæ pecuniæ, multo invidiosiorem fore, quam si præsens damnatus esset. Eo accedebat, quod judices[18] e lege Rupilia dati non erant; multo etiam rem turpiorem[19] et iniquiorem visum iri intelligebant. Itaque hoc dum corrigere vult, apertior ejus cupiditas improbitasque facta est. Nam illis quinque judicibus uti sese negat. Jubet, id quod initio e lege Rupilia fieri oportuerat, citari Heraclium, et eos qui dicam scripserant: ait, se judices[20] e lege velle sortiri. Quod ab eo pridie, cum multis lacrymis eum oraret[1] atque obsecraret Heraclius, impetrare non potuerat; id ei postera die[2] venit in mentem, e lege Rupilia sortiri dicas oportere. Educit ex urna tres. Iis ut absentem Heraclium condemnent, imperat: itaque condemnant. 43. Quæ, malum, ista fuit amentia? ecquando[3] te rationem factorum tuorum redditurum putasti? ecquando his de rebus tales viros adituros[4] existimasti? Petatur hæreditas ea, quæ nulla debetur, in prædam prætoris? interponatur[5] nomen civitatis?[e] imponatur honestæ civitati turpissima persona[f] calumniæ? Neque hoc so-

[e] *Consuetudine Syracusanorum.*

—15 Ms. Metelli *ut si sibi vid., insti tuo ne cogat.* Verbum *utatur* deest quoque in Huyd. Tum Mss. pauci et edd. nonnullæ omittunt *horam.*—16 Unus Ms. *judicari.*—17 Huyd. non habet copulam ante *consiliarii.*—18 Lamb. *quod quoniam jud.*—19 Post *turpiorem* Lamb. Grut. Oliv. et Lall. addunt *fore.*—20 Ven. *atque se jud.* Crat. *uitque jud.* Huyd. et Lamb. *aitque se jud.* Dein ψ, Huyd. Mss. plerique et edd. vett. cum Orell. *e lege Rupilia velle.*—1 Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *multis lacr. cum eum or.* 'Metelli membranæ *lacrimis oraret Heraclitus*, sine intermediis; non male, dummodo fiat *orarat.*' Grut.—2 Grut. Oliv. et Lall. *postridie:* Græv. *postea die:* Lamb. *postero die.*—3 Huyd. *et quando.*—4 ψ et Huyd. *auditores.*—5 ψ *prætor interponatur;* et

NOTÆ

[d] *Ante horam decimam*] Nempe ante vesperam, quia dies totus reo concedebatur.

[e] *Civitatis*] Syracusanæ.

[f] *Persona*] Metaphora a fabulis sumta, personam dicit, ut turpitudinem calumniæ ostendat.

lum; sed ita res agatur,[6] ut ne simulatio quidem æquitatis ulla adhibeatur? Nam, per Deos immortales, quid interest, utrum prætor imperet, vique cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere; an hujusmodi[7] judicium det, quo judicio, indicta causa, fortunis omnibus everti necesse sit? XVIII. 44. Profecto enim negare non potes,[8] te ex lege Rupilia sortiri judicium[9] debuisse, cum præsertim Heraclius id postularet. Sin illud dices, te Heraclii voluntate ab lege recessisse; ipse te impedies; ipse tua[10] defensione implicabere. Quare enim primum ille ipse adesse noluit, cum ex eo numero judices haberet, quo postularat?[11] deinde tu cur post illius fugam judices alios sortitus es, si eos, qui erant antea dati, utriusque dederas voluntate? deinde ceteras dicas omnes illo foro[g] M. Postumius quæstor sortitus est: hanc solam tu illo conventu[12] reperiere sortitus. 45. Ergo, inquiet aliquis, donavit populo Syracusano illam hæreditatem. Primum, si id confiteri velim, tamen istum condemnetis, necesse est: neque enim permissum est, ut impune nobis liceat, quod alicui eripuerimus, id alteri tradere. Verum ex ista reperietis hæreditate ita istum prædatum, ut perpauca occulte fecerit; populum quidem Syracusanum in maximam invidiam sua infamia, alieno præmio[h] pervenisse; paucos Syracusanos, eos, qui se nunc publice laudationis causa venisse dicunt,[13] et tunc participes prædæ fuisse, et nunc non ad istius laudationem, sed ad com-

mox post *calumniæ* non interrogationis notam, sed punctum, ponit.—6 *Agitur* ψ, Huyd. Mein. Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. sine interrogatione post *adhibeatur.*—7 Huyd. *hujuscemodi,* et mox *judicia.*

CAP. XVIII. 8 Al. *negari non potest.*—9 Nannii Ms. cum Steph. et Lamb. *judices.*—10 Crat. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *ipse tu tua:* edd. vett. *ipse te tua.* Ern. putabat Ciceronem scripsisse *ipsa tua* vel simpliciter *tua def. impl.*—11 *Quos postul.* omnes Mss. et edd. ante Ern. qui e conj. dedit *quo postul.* et quem Harles. solus sequitur.—12 Al. *in illo conv.*—13 '*Venisse dicunt*] Exquisitior ratio postulabat *dicant:* et forte sic est a Cicerone; sed potest hoc ut e persona Ciceronis dictum accipi.' *Ern.*—

NOTÆ

[g] *Illo foro*] Syracusano.

[h] *Alieno præmio*] Syracusanorum, qui soli diripiendæ hæreditatis participes fuerunt.

munem litium æstimationem [i] venisse. Posteaquam damnatus est absens, non solum illius hæreditatis, de qua ambigebatur, quæ erat H-S tricies,[14] sed omnium bonorum paternorum ipsius Heraclii, quæ non minor erat pecunia, palæstræ Syracusanorum, hoc est, Syracusanis,[15] possessio traditur. 46. Quæ est ista prætura? Eripis hæreditatem, quæ venerat a propinquo, venerat testamento, venerat legibus; quæ bona is, qui testamentum fecit,[16] huic Heraclio, ante aliquanto,[17] quam est mortuus, omnia utenda ac possidenda tradiderat; [*p.* 118.] cujus hæreditatis, cum ille aliquanto ante te prætorem [18] esset mortuus, controversia fuerat nulla, mentionem fecerat nemo. XIX. Verum esto: eripe hæreditatem propinquis, da palæstritis; prædare in bonis alienis, nomine civitatis; everte leges, testamenta, voluntates mortuorum, jura vivorum. Num etiam patriis Heraclium bonis exturbare [19] oportuit? Qui simulac profugit, quam impudenter, quam palam, quam acerbe, Dii immortales, illa bona direpta sunt! quam illa res calamitosa Heraclio, quæstuosa Verri, turpis Syracusanis, miseranda omnibus videbatur! Nam illud quidem statim curatur, ut, quicquid cælati argenti fuit [20] in illis bonis, ad istum deferatur; quicquid Corinthiorum vasorum,[k] stragulæ vestis;[l] hæc nemo dubitabat, quin non modo ex illa domo capta et oppressa, verum ex tota provincia ad istum comportari necesse esset. Mancipia,[m] quæ voluit, abduxit; alia di-

14 Ms. Metelli et Fabricii *CCC.*—15 Huyd. *Syracusani.*—16 Huyd. *facit.* 'Metelli liber fecerat, *fecit a. p. huic:* nescio an exprimere voluerit, *apud prætorem.*' Grut.—17 *Aliquanto* deest in ψ, Ven. 1483. et Junt. Dein Ern. mavult *esset mortuus.*—18 ψ *ante prætor.*

CAP. XIX. 19 Grut. conj. *exturbari.* Mox Huyd. *Quæ simulac.*—20 '*Argenti fuit*] Ern. ad h. l. 'Debebat esse *esset*' (immo *fuerit*): 'si *fuit* verum est, e Ciceronis persona dictum intelligi debet.'' *Beck.*—1 *Quicquid* ante *stragulæ vestis* addidit Lamb. quem Oliv. et Lall. sequuntur. Post *vestis* punctum ponunt Ven. 1483. Naug. Crat. Manut. et Lamb. prob. Garaton. Tum Huyd.

NOTÆ

[i] *Ad communem litium æstimationem*] Sic intellige, ut quemadmodum Verri, ita et ipsis Syracusanis et Siculis hoc judicio lites æstimentur.

[k] *Corinthiorum vasorum*] De iis jam in orat. pro Rosc. Amer. dictum est § 133. not. [r].

[l] *Stragulæ vestis*] De ea dictum est pro Rosc. Amer. § 133. not. [x].

[m] *Mancipia*] Mancipia dicuntur,

visit: auctio facta est; in qua cohors istius invicta[z] dominata est.[n] 47. Verum illud est præclarum: Syracusani, qui præfuerant his Heraclii bonis, verbo, redigendis;[o] re, dispertiendis; reddebant eorum negotiorum rationem in senatu: dicebant, scyphorum[p] paria complura, hydrias[q] argenteas, pretiosam vestem stragulam, multa mancipia pretiosa,[3] Verri data esse: dicebant, quantum cuique, ejus jussu, nummorum esset datum. Gemebant Syracusani; sed tamen patiebantur: repente recitatur, uno nomine H-S CCL.[r] millia jussu prætoris data. Fit maximus clamor omnium, non modo optimi cujusque, neque eorum quibus indignum semper visum erat, bona privati,[4] populi nomine, per summam injuriam erepta:[5] verum etiam ipsi illi auctores injuriæ, et ex aliqua particula socii prædæ ac rapinarum, clamare cœperunt, sibi ut haberet hæreditatem: tantus in curia clamor factus est, ut populus concurreret. XX. 48. Res, ab omni conventu cognita, celeriter domum nuntiatur.[6] Homo inimicus his,[7] qui recitassent; hostis omnibus, qui acclamassent; exarsit iracundia ac stomacho. Verumtamen fuit tum sui dissimilis.[8] Nostis os hominis, nostis audaciam; tamen tum rumore populi, et clamore, et furto manifesto grandis pecuniæ[9] perturbatus est. Ubi se

---

hic nemo, et Mein. *dubitat.*—2 Mein. *inducta.*—3 Mss. Metelli et Fabricii cum Lamb. Grut. et Oliv. *hydrias argenteas pretiosas, vestem stragulam multam, manc. pret.*—4 Mein. *bona privata.*—5 Hotom. mavult *eripi*, aut *erepta esse.*

CAP. XX. 6 Ms. Metelli *celeriter iste mutet domum nuntiatur:* unde Gulielm. conj. *celeriter isti item dom. nunt.* E conj. Herelii edidit Schutz. *celeriter domum nuntiatur isti Mucio*, prob. Orell. *Celeriter isti statim domum nuntiatur* conj. Wolf.—7 Ven. Junt. Crat. Lamb. et Orell. *inim. iis.*—8 Huyd.

NOTÆ

quæ manu capi possunt, teste Varr. ut vestes, signa, equi, &c.

[n] *Dominata est*] Dominata dicitur, quia emit quæ quantique voluit, nemine contra reluctante vel licitante.

[o] *Verbo, redigendis*] Videlicet in unam summam, quæ reipub. numeraretur.

[p] *Scyphorum*] Scyphus vas ad potandum, quod Herculi præcipue sacrum fuit, quo in sacris et conviviis veteres utebantur.

[q] *Hydrias*] Hydria vas aquæ continendæ destinatum fuit.

[r] *CCL.*] Nostræ pecuniæ viginti millia librarum cum quinque.

collegit,[s] vocat ad se Syracusanos: quia[10] non posset negare ab illis pecuniam datam;[s] non quæsivit procul alicunde (neque enim probaret), sed proximum,[11] pæne alterum filium,[t] quem illam pecuniam diceret abstulisse: ostendit se reddere coacturum. Qui posteaquam id audivit, habuit dignitatis, et ætatis, et nobilitatis suæ rationem: verba apud senatum fecit: docuit, ad se nihil pertinere. De isto, id quod omnes videbant, neque ille quidem obscure, locutus est. Itaque illi Syracusani statuam postea statuerunt: et is, ubi primum potuit, istum reliquit, de provinciaque decessit.[12] 49. Et tamen aiunt eum queri solere nonnunquam, se miserum, quod non suis, sed suorum[13] peccatis et criminibus prematur. Triennium provinciam obtinuisti: gener[14] electus adolescens unum annum tecum fuit: sodales, viri fortes,[15] legati tui primo anno te reliquerunt: unus legatus P. Tadius, qui erat reliquus, non ita multum tecum fuit: qui si semper una fuisset, tamen summa cura[16] tum tuæ, tum multo etiam magis suæ famæ pepercisset. Quid est, quod tu alios accuses? quid est, quamobrem putes te tuam culpam non modo derivare in aliquem, sed communicare cum altero[17] posse? 50. Numerantur illa H-S ducenta quinquaginta[18] Syracusanis. Ea quemadmodum ad istum postea per pseudothyrum[19 u] revertantur, tabulis vobis, et testibus, judices, planum faciam.

[t] *Rediit ad se.*

---

similis.—9 ψ et Huyd. *pecunia.*—10 Ms. Metelli *qui,* prob. Grut.—11 Post *proximum* Jannoctian. addit *generum.*—12 ‘ Ex Hotomanni, qui librum veterem laudat, correctione, Manut. et Lall. dederunt *discessit;* male.’ *Beck.*—13 Post *suorum* ψ, Mein. plerique Mss. et edd. vett. addunt *comitum.*—14 ψ *genere.*—15 Huyd. *sodales vero, viri fortes.*—16 Huyd. *curæ.*—17 Mss. nonnulli et edd. vett. *cum aliquo,* prob. Orell.—18 In Metelli et Nannii Mss. cum Steph. *H-S CCC quinq.* atque ita infra quoque hi Mss. cum numerum edunt.—19 Naug. Hotom. Manut. Beck. et Orell. *pseudothyron:* Nannius Misc. VII. 11. *pseudothyrion* scribit.

NOTÆ

[s] *Datam*] Cohorti suæ.

[t] *Alterum filium*] Generum suum.

[u] *Pseudothyrum*] Pseudothyrum posticum est, seu ostium in posteriori domus parte, quod falsum ostium vulgo dicimus.

XXI. [*p.* 119.] Ex hac iniquitate istius et improbitate, judices, quod præda ex illis bonis ad multos Syracusanos, invito populo senatuque Syracusano, venerat, illa scelera per Theomnastum,[20] et Æschrionem, et Dionysodorum, et Cleomenem invitissima civitate facta sunt, primum ut urbs tota spoliaretur, qua de re alius mihi locus ad dicendum est constitutus: ut omnia signa iste per eos homines, quos nominavi, omne ebur ex ædibus sacris, omnes undique tabulas pictas, Deorum denique simulacra, quæ vellet, auferret: deinde ut in curia Syracusis, quem locum illi buleuterium[1 x] vocant, honestissimo loco, et apud illos clarissimo, ubi illius ipsius M. Marcelli, (qui eum Syracusanis locum, quem eripere belli ac victoriæ lege posset, conservavit et reddidit,) statua ex ære facta;[2] ibi inauratam isti, et alteram filio statuam posuerint:[3] ut, dum istius hominis memoria maneret, senatus Syracusanus sine lacrymis et gemitu in curia esse non posset. 51. Per eosdem istius injuriarum, furtorum, uxorumque socios, istius imperio Syracusis Marcellea[y] tolluntur maximo gemitu luctuque civitatis; quem illi diem festum cum recentibus beneficiis C. Marcelli[4] debitum reddebant, tum generi, nomini, familiæ Marcellorum maxima voluntate tribuebant. Mithridates in Asia, cum eam provinciam totam occupasset, Mucia[z]

CAP. XXI. 20 *Et illa scelera, quæ per Th.* Mein. Ven. 1483. Junt. *et illa scelera quoque per Th.* Naug. Crat. *et illa scelera per Th.* Græv. Oliv. Lall. Beck. *etiam illa sunt, quæ per Th.* Manut. *etiam illa sunt scelera, quæ per Th.* Jannoctian. *etiam illa scelera sunt, quæ per Th.* Ms. Hotomanni cum Lamb. 1566. et Orellio. Pro *Theomnastum* Huyd. habet *Thenastum.* Mox pro *Æschrionem* in ψ et Huyd. legitur *Hestrionem.* Tum ψ *Dionosodorum:* Huyd. *Diniosodorum.*—1 *Buleuterion* Beck. et Schutz. *βουλευτήριον* Orell. *buleuterium* ceteri. Vid. Nott. Varr.—2 *Qui cum Syr. locum eum erip. bel. ac vict. lege posset cons. et redd.) statua ex ære facta* Mss. nonnulli cum Ven. Junt. Crat. Lamb. nisi quod Ven. Junt. post *facta,* et Lamb. post *statua,* addunt *est.*—3 Ven. 1483. Junt. Crat. *posuerunt:* vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *ponerent.*—4 Ern. e conj. Ursini et Lallemandus ex uno Ms. Paris. cum Harles. Beck. Schutz. et Orell. ediderunt *C. Marcelli:* ceteri *M. Marcelli.*—

NOTÆ

[x] *Buleuterium*] Buleuterium est curia, seu locus consiliis publicis destinatus.

[y] *Marcellea*] Marcellea dies festi, qui Syracusis in honorem Marcelli ludis et epulis celebrabantur.

[z] *Mucia*] Dies etiam festi dicati Mucio Scævolæ in Asia.

non sustulit. Hostis, et hostis in ceteris rebus nimis ferus et immanis, tamen honorem hominis, Deorum religione consecratum, violare noluit: tu Syracusanos[5] unum diem festum Marcellis impertire noluisti; per quos illi adepti sunt, ut ceteros dies festos agitare possent.[6] 52. At vero præclarum diem reposuisti,[7] Verrea ut agerent, et ut ad eum diem, quæ sacris epulisque opus essent, in complures annos locarentur.[a] Sed[8] jam in tanta istius impudentia remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere videamur: nam me dies, vox, latera deficiant, si hoc nunc vociferari[9] velim, quam miserum indignumque sit, istius nomine apud eos diem festum esse, qui sese istius opera funditus extinctos esse arbitrentur.[10] O Verrea præclara, quoquam si accessisti,[11] quo non attuleris tecum istum diem![u] etenim quam tu domum, quam urbem adiisti, quod fanum denique, quod non eversum atque extersum reliqueris? quare appellentur sane ista Verrea, quæ non ex nomine, sed ex manibus[12] naturaque tua constituta esse videantur. XXII.

[u] *Si venisti ullum in locum, in quem non attulisti illum diem.*

5 ψ, Mein. et edd. vett. *Syracusanis.* Mox *impartiri vetuisti* Huyd. Junt. Crat. *impartire vetuisti* Paris. *impertiri vetuisti* Mss. nonnulli, Ven. 1483. et Lamb. *impertire vetuisti* Orell.—6 *Agere possint* ψ et Huyd. *agere possent* Mss. quidam cum Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb.—7 *Diem illis rep.* Lamb. Grut. Oliv. et Lall. Mox *et ad eum diem* Ven. 1483. et Junt.—8 Huyd. et edd. vett. omittunt *Sed.*—9 Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *vociferare.*—10 ψ *arbitrarentur.*—11 Ms. Paris. *quo quasi acc.* Ms. Nannii *quo acc., quasi quo non:* Ms. Metelli *quo acc. quasi, quo non;* quod Gulielmio non displicebat: al. *quo quæso acc., quo non:* al. *quo quasi acc., quæso, quo non:* al. *quasi quoquam acc., quo non,* probante Lambino. Hotom. conjecit *quonam enim acc.* Nannius, *quo acc. quæso, quo non:* Grævius, *quoquam quæso acc.* Vulg. *quoquam si acc.* Orell. conjunctionem *si* uncis inclusit. 'Poterat forsan vulgata lectio ita defendi, ut aliquid subintelligatur, v. c. 'peream,' aut tale quid. Aut cum Schellero Obss. p. 54. legam, *quo quæso acc.* Harles. vult, *quoquam acc.* aut *quoquam tu acc.*' Beck. Dein post *diem* Oliv. posuit notam interrogationis.—12 '*Ex manibus*] Mihi quoque in mentem venit *moribus,* quod Jo. Lucanio et Hotomanno placuit. Gruterus vulgatum defendit, III. 37.' *Ern.* Schutz. edidit *moribus.*

NOTÆ

[a] *Locarentur*] Verres instituit, ut sublatis ex Sicilia Marcelleis, certi quidam homines certo pretio recipe-rent se habituros quæ opus essent ad celebranda Verrea, seu diem festum in honorem Verris.

53. Quam facile serpat injuria, et peccandi consuetudo; quam non facile reprimatur, videte, judices. Bidis oppidum est, tenue sane, non longe a Syracusis. Hujus longe primus civitatis est Epicrates quidam. Hujus hæreditas H-S quingentorum millium[b] venerat a muliere quadam propinqua, atque ita propinqua, ut ea etiamsi[13] intestata[x] esset mortua, Epicratem Bidinorum legibus hæredem esse oporteret. Recens Syracusana erat illa res, quam ante demonstravi, de Heraclio Syracusano, qui bona non perdidisset, nisi ei venisset hæreditas. Huic quoque[14] Epicrati venerat, ut dixi, hæreditas. 54. Cogitare cœperunt ejus inimici, nihilo minus[y] eodem prætore hunc everti bonis posse, quo[15] Heraclius esset eversus. Rem occulte instituunt:[16] ad Verrem per ejus interpretes deferunt. Ita causa componitur, ut item palæstritæ Bidenses[17] peterent ab Epicrate hæreditatem, quemadmodum palæstritæ Syracusani ab Heraclio petissent. Nunquam vos prætorem tam palæstricum[18] vidistis; verum ita palæstritas defendebat, ut ab illis ipse unctior[c] discederet: [*p.* 120.] qui statim, cum præsensisset,[19] jubet cuidam suorum amicorum numerari H-S LXXX.[d] Res occultari satis non posse.[z]

[x] *Sine testamento.* [y] *Non minus.*

Cap. XXII. 13 'Male Hotom. correxit, *ut ejus etiam si:* nam *ea* intelligitur 'mulier.'' *Beck.*—14 Mein. *Nunc quoque.*—15 Gulielm. mavult *quam.*—16 Huyd. *instituit.*—17 '*Bidenses*] Hæc forma suspecta fuit Cluverio, quia alibi in hac oratione *Bidini:* sed recte tuentur Gronov. et Garaton.' *Beck.* Mox voc. *hæreditatem* deest in Ms. Metelli.—18 *Palæstritam* Ursini Ms. *palæstritum* Ven. 1483. et Junt.—19 *Quod præsensisset* ψ: *quod præsens esset* Ursini Ms. *quo præsensisset* edd. pr. Adhibita Ms. Ursini lectione, Harles. scribi mavult, *quod præsens esset, cum sensisset, jubet, &c.* '*Qui statim cum præsensisset*] Hoc rectum esse non potest. Etsi transponas verba cum Græv io sic, *cum præsensisset res occ. non posse, jubet;* tamen sententia commoda non sit: et deberet esse non *res,* sed *rem.* Immo *res occultari non posse* pertinet ad id quod sequitur, Epicratem cognovisse rem, et ad superius, 'rem occulte instituunt.' In verbo *præsensisset* vitium est: non enim pertinet ad Epicratem, sed ad Verrem. Requiritur *rem cognosset, audisset,* aut simile quid.'

NOTÆ

[b] *H-S quingentorum millium*] Quinquaginta nimirum librarum millia.

[c] *Unctior*] Allndit ad oleum quo ungebantur palæstritæ in suis certaminibus, quasi Verres pecunia inungi solitus esset.

[d] *H-S LXXX.*] Octo librarum millia.

55. Per quendam eorum, qui interfuerat,[1] fit Epicrates certior. Primo negligere et contemnere cœpit, quod causa prorsus, quod dubitari[2] posset, nihil habebat. Deinde, cum de Heraclio cogitaret, et istius libidinem nosset; commodissimum putavit esse de provincia clam abire: itaque fecit. Profectus est Rhegium.[e] XXIII. Quod ubi auditum est,[3] æstuare illi, qui dederant pecuniam: putare nihil agi posse, absente Epicrate: nam Heraclius tum[4] affuerat, cum primum dati sunt judices: de hoc, qui antequam in jus aditum esset, antequam denique mentio controversiæ facta esset, discessisset, putabant nihil agi posse. Homines Rhegium proficiscuntur, Epicratem conveniunt: demonstrant id, quod ille sciebat, se H-S LXXX.[5] dedisse: rogant eum, ut id,[6] quod ab ipsis abisset pecuniæ, curet: ab sese caveat,[z] quemadmodum velit; de illa hæreditate cum Epicrate neminem esse acturum. 56. Epicrates homines multis verbis a se male acceptos[7] dimisit: redeunt illi Rhegio Syracusas: queri cum multis, ita ut fit, incipiunt, sese H-S LXXX. nummum frustra dedisse. Res percrebruit: in ore atque sermone omnium cœpit esse. Verres refert illam suam Syracusanam:[8 f] ait se velle de illis H-S LXXX. cognoscere: advocat multos. Dicunt Bidini Volcatio se dedisse:

[z] *Exigat ab illis cautionem.*

Ern.—20 Ms. Metelli *potuit:* Ven. 1483. Junt. Crat. et Lamb. *potest.*—1 Hotomanni Ms. cum Lamb. Manut. Beck. et Orell. *interfuerant:* ceteri *interfuerat.*—2 Ms. Metelli et Gruterus *disputari.*

CAP. XXIII. 3 *Est* post *auditum* in nonnullis Mss. deest.—4 *Tantum* Ven. 1483. *tamen* Franc. 1. Junt. Crat. Manut. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *tum* Mss. plerique cum Vict. Grut. Græv. Oliv. Lall.—5 Mss. pauci *CCC.* et sic paulo infra.—6 '*Ut sibi id*] *Sibi* est a Lambino, quem secutus est Gruterus: ab omnibus edd. aliis abest. Itaque Grævius delevit.' *Ern.* qui id quoque delevit, et quem Oliv. Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur. Mox *abesset* ψ, Mein. Huyd.—7 Pancæ edd. vett. *male a se acc.*—8 '*Refert illam suam Syr.*] Lambinus e conjectura vel sua vel Hotomanni edidit *ref. ill. suam rationem Syrac.* Uterque etiam conjicit, *refert se ad illam suam rationem Syrac.* Nonnulli pro *suam* scripserunt *summam:* at 'rationem' subintell.' *Beck.* Vid. Nott. Varr. Dein *ait sese velle* Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. et Orell.

NOTÆ

[e] *Rhegium*] Rhegium urbs in finibus Italiæ sita, a qua Sicilia avulsa.

[f] *Syracusanam*] Improbitatem scilicet.

illud non addunt, jussu istius. Volcatium vocat: pecuniam referri imperat. Volcatius animo æquissimo nummos affert, qui nihil[9] amitteret: reddit inspectantibus multis: Bidini nummos auferunt. 57. Dicet aliquis, Quid ergo in hoc Verrem reprehendis, qui non modo ipse fur non est, sed ne alium quidem passus est esse? attendite. Jam intelligetis hanc pecuniam, qua via modo visa est exire ab isto, eadem semita[10] revertisse. Quid enim? debuit prætor,[11] cum consilio re cognita, cum comperisset, suum comitem, juris, decreti, judicii corrumpendi causa, qua in re ipsius prætoris caput existimatioque ageretur, pecuniam accepisse, Bidinos autem contra prætoris famam ac fortunas dedisse, non et in eum qui accepisset, animadvertisse, et in eos qui dedissent? Tu, qui instituteras in eos animadvertere, qui perperam judicassent, quod sæpe per imprudentiam[12] fit; hos pateris impune discedere, qui ob tuum decretum, ob tuum judicium, pecuniam aut dandam aut accipiendam putarant? 58. Volcatius idem apud te postea fuit, eques Romanus, tanta accepta ignominia. XXIV. Nam quid est turpius ingenuo, quid minus libero dignum, quam in conventu maximo cogi a magistratu furtum reddere? qui, si eo animo esset, quo non modo[13] eques Romanus, sed quivis liber debet esse; aspicere te postea non potuisset; inimicus, hostis esset, tanta contumelia accepta, nisi tecum collusisset,[g] et tuæ potius existimationi

—9 Lamb. *quippe qui nihil.*—10 Schutz. et Orell. de conj. Hotomanni et Wyttenb. dederunt *quæ via . . . eandem semita.*—11 'Vulg. *Quid enim deb. pr.* Victorius interrogationis notam post *prætor* posuerat, sed Lamb. Grut. Verburg. post hoc voc. addiderant *fecisse*, ut cod. Paris. habet *facere*. Utrumque e gloss. Hotom. legi maluit, *Quid enim? non deb. prætor . . . animadvertisse?* retracta hinc particula *non*, quæ vulgo infra legitur. Scilicet, auctore Grutero, infra editum fuit, *et non in eum:* verum vett. edd. *non et in eum*, quam lectionem Oliv. Lall. Ern. restituerunt. Hic tamen particulam *et* plane deleri jussit, quæ quidem in ed. Ven. 1483. et aliis nonnullis deest. Cod. ψ (in quo etiam pro *re cognita* est *recognito*) mox habet *fortunam dedisse*, cum interrogationis nota.' *Beck.* Post *Bidinos autem* in Nannii Ms. additur *pecuniam.*—12 ψ *improvidentiam.*

NOTÆ

g *Collusisset*] Colludere dicuntur, qui, quod in speciem ex animo facere videntur et illud simulate et ficte agunt inter se, aliorum sensibus illu-

servisset, quam suæ: qui quam tibi amicus non modo tum fuerit, quamdiu tecum in provincia fuit, verum etiam nunc sit, cum jam a ceteris amicis sis relictus, et tu intelligis, et nos existimare possumus. An hoc solum argumentum est, nihil isto imprudente factum, quod Volcatius ei non succensuit?[h] quod iste nec in Volcatium, nec in Bidinos animadvertit? 59. Est magnum argumentum: verum illud maximum, quod illis ipsis Bidinis (quibus iratus esse debuit, ut[14] a quibus comperit, quod jure agere cum Epicrate nihil possent, etiamsi adesset,[15] idcirco suum decretum pecunia esse tentatum)[i] his, inquam, ipsis non modo illam hæreditatem, quæ Epicrati venerat; sed (ut in Heraclio Syracusano, item in hoc, paulo etiam atrocius, quod Epicrates appellatus omnino non erat) bona patria fortunasque ejus Bidinis[16] tradidit: ostendit enim novo modo,[k] si quis quid ab absente peteret, se auditurum. [*p.* 121.] Adeunt Bidini, petunt hæreditatem: procuratores postulant, ut se ad leges suas rejiciat, aut ex lege Rupilia dicam[17] scribi jubeat. Adversarii non audebant contra dicere: exitus nullus reperiebatur. Insimulant hominem[18] fraudandi causa discessisse: postulant, ut bona possidere liceat.[19] 60. Debebat Epicrates nullum[20] nummum nemini. Amici, si quis quid peteret, judicium se passuros,[1] judicatum solvi satisdaturos[1] esse dicebant. XXV. Cum

Cap. XXIV. 13 Ms. ap. Lamb. *qui quoque animo est eo, quo non modo.*—14 ψ omittit *ut.* In Ven. 1483. et Junt. *aut.*—15 Huyd. *adessent.*—16 Pro *Bidinis* ante *tradidit*, ψ habet *libidini*, et Huyd. *libidinis.*—17 Pro *dicam* ψ et Huyd. habent *legem.*—18 Al. *homines.*—19 Pro *liceat* Nannii Ms. Steph. et Lamb. habent *jubeat.*—20 *Ullum* Mss. pauci, cum Ven. 1483. Junt. Crat. Grut.—1 *Judicio se passuros* ψ, Mein. Huyd. et edd. pr. *judicio secum agi pass.* Victor. e conj. et sic Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *judicium se pass.* Ern. e conj. et sic Harles. Beck. Schutz. et Orell.

NOTÆ

dentes. Hinc prævaricatores colludere dicuntur.

[h] *Non succensuit*] Post tantam acceptam contumeliam.

[i] *Tentatum*] Id est, experiri voluisse, num Verres acciperet pecuniam ob inique judicandum.

[k] *Novo modo*] Id est, contra usurpatam majorum consuetudinem.

[l] *Judicatum solvi satisdaturos*] Vide orat. pro Quintio argumentum.

omnia [judicia[2]] frigerent ; admonitu istius insimulare cœperunt, Epicratem literas publicas corrupisse :[3] a qua suspicione ille aberat plurimum : actionem[a] ejus rei postulant : amici recusare, ne quod novum judicium, ne qua ipsius[4] cognitio, illo absente, de existimatione ejus constitueretur : et simul idem illud postulare non desistebant, ut se ad leges suas[m] rejiceret. 61. Iste amplam occasionem calumniæ nactus, ubi videt esse aliquid, quod amici[5] absentem Epicratem nollent defendere ; asseverat se ejus rei in primis actionem esse daturum. Cum omnes perspicerent, ad istum non modo[6] illos nummos, qui per simulationem ab isto exierant, revertisse ; sed multo etiam plures eum postea nummos[7] abstulisse ; amici Epicratem defendere destiterunt.[8] Iste Epicratis bona Bidinos omnia possidere et sibi habere jussit. Ad illa H-S IↃ. millia[n] hæreditaria accessit ipsius antiqua H-S quindecies[o] pecunia. Utrum[9] res[p] ab initio ita ducta est? an ad extremum ita perducta est?[10] an ita parva est pecunia? an is homo Verres, ut hæc, quæ dixi, gratis facta esse videantur?

62. Hic nunc de miseria Siculorum, judices, audite. Et Heraclius ille Syracusanus, et hic Bidinus Epicrates, ex-

[a] *Judicium.*

Cap. xxv. 2 Pro *judicia*, quod in plerisque Mss. et vulg. legitur, *consilia* habent Mss. Metelli et Fabricii, cum Lamb. Græv. et Schutz. *Judicia* e gloss. esse enatum censent Gulielm. Ern. Beck. et Orell.—3 Al. *corripuisse.* —4 *Neve ipsius* ψ, Huyd. Junt. *neque ipsius* Ven. 1483. *ne quæ ipsius* Crat. Pro *ipsius* Schutz. e conj. dedit *istius.*—5 Lamb. *a quo amici.* Tum *absente Epicrate* Nannii Ms. et sic Steph. Græv. Oliv. et Lall.—6 Post *non modo* Huyd. addit *ad.*—7 Vocem *nummos* deleri vult Ern. quocum Harles. facit.—8 Huyd. *destituerunt.*—9 ψ et Huyd. *Verum.*—10 Hotom. omnes interrogationis notas, præter postremam, deleri voluit (quod C. Steph. fecit), et *per-*

NOTÆ

[m] *Ad leges suas*] Ut Bidini cum Bidinis æquo jure disceptarent.

[n] *Ad illa H-S IↃ. millia*] Quinquaginta librarum millia.

[o] *Quindecies*] Centum et quinquaginta librarum millia.

[p] *Utrum res*] Id est, utrum arte et malitia usus est Verres in re ab ipso initio ducenda, an vero non ab initio arte usus est, sed ad extremum ita rem perduxit. Sic dubitat, ut videatur utrumque credere improbe et callide rem tum ab initio ductam, tum ad extremum esse perductam, lucri scilicet majoris gratia.

pulsi bonis omnibus, Romam venerunt. Sordidati,[11 q] maxima barba et capillo, Romæ biennium prope fuerunt. Cum L. Metellus in provinciam profectus est, tum isti bene commendati cum Metello una proficiscuntur. Metellus simulac venit [12] Syracusas, utrumque rescidit,[13] et de Epicrate, et de Heraclio. In utriusque bonis nihil erat, quod restitui posset, nisi quod moveri loco [r] non poterat. XXVI. 63. Fecerat hæc egregie [14] primo adventu Metellus, ut omnes istius injurias, quas modo posset, rescinderet, et irritas faceret. Heraclium restitui [s] jusserat: non restituebatur.[15] Quisquis erat eductus senator Syracusanus ab Heraclio, duci [t] jubebat: itaque permulti ducti sunt.[u] Epicrates quidem continuo restitutus est. Alia judicia Lilybæi, alia Agrigenti,[x] alia Panormi restituta sunt. Census, qui isto prætore sunt habiti, non servaturum se, Metellus ostenderat: decumas,[y] quas iste contra legem Hieronicam vendiderat, sese venditurum Hieronica lege, dixerat.[16] Omnia erant Metelli ejusmodi, ut totam istius præturam retexere videretur.[17] Simul atque ego in Siciliam veni, mutatus

ducta sine *est* scribi.—11 ψ, Huyd. Mein. *Sordidaque.*—12 Al. *simul advenit.*—13 *Rescindit* Mein. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb.

Cap. XXVI. 14 Gulielm. conj. *Fec. hoc egr.*—15 In Ms. Fabrician. *Quod Heraclium rest. juss., ac non rest.* et sic Metelli Ms. nisi quod in eo *Heraclio* legitur. Ms. Hotomanni *vi restituebatur,* prob. Hotom. Mox *ductus* Ven. 1483. Junt. Crat. *editus* Ms. Fabrician. et Lamb. prob. Græv. *adductus* Huyd. Vid. Nott. Varr.—16 Ed. prima Verrinarum (Rom. 1471.), Steph. et Lamb. *edixerat.*—17 ' *Istius præt.*] Cod. ψ, [Huyd. et Mein.] *suam præt.* ut Pall. et edd. Vict. C. Steph. et videri potest hoc ex inepta annotatione grammatici fluxisse. Cod. Nannii *ut non tum suam præt. ret. vid.* unde Nann. conjecit, *ut non tam suam, quam totam illius pr. ret. vid.* Cod. Ursini *ut non tam ipse præt. &c.* Manut. et Lamb. *ut non tam suam præturam gerere, quam istius præturam ret. vid.* quod Gulielm. videtur in cod. Metelli (in quo tamen *suam* defuit,) reperisse. Garaton. censet hinc vel scribi potuisse *ut non tam ipse præt. gerere, quam istius ret. vid.* vel, *ut non tam præt. suam ge-*

NOTÆ

q *Sordidati*] Sordidis vestibus induebantur in luctu, in judicio rei.

r *Moveri loco*] Quia remota erant et direpta.

s *Restitui*] In suas fortunas et bona.

t *Duci*] In carcerem.

u *Permulti ducti sunt*] Restituti sunt in bona sua, e quibus fuerant dejecti.

x *Agrigenti*] Agragas urbs celeberrima in Sicilia, et olim secundum Syracusas amplissima.

y *Decumas*] Decuma decima pars eorum est, quæ principi vel reipub. solvitur.

est. 64. Venerat ad eum illo biduo Letilius [18] quidam, homo non alienus a literis: itaque eo iste tabellario semper usus est. Is epistolas [19] complures attulerat: in his unam domo, quæ totum immutarat hominem. Repente cœpit dicere, se omnia Verris causa velle: [b] sibi cum eo amicitiam cognationemque esse. Mirabantur omnes, hoc ei tum denique in mentem venisse, posteaquam tam multis eum factis decretisque jugulasset. Erant qui putarent, Letilium legatum a Verre venisse, qui gratiam, amicitiam cognationemque commemoraret. Ex illo tempore a civitatibus laudationes [20] petere: testes non solum deterrere verbis, sed etiam vi retinere cœpit. [*p.* 122.] Quod ego nisi meo adventu illius conatus aliquantulum repressissem, et apud Siculos non Metelli, sed Glabrionis literis [z] ac lege pugnassem; tam multos huc evocare non potuissem. XXVII. 65. Verum, quod institui dicere, miserias cognoscite Siculorum. Heraclius ille et Epicrates longe mihi obviam cum suis omnibus processerunt. Venienti Syracusas egerunt gratias, flentes: Romam decedere mecum cupierunt. Quod erant mihi oppida complura etiam reliqua, quæ adire vellem,[1] constitui cum hominibus, quo die mihi Messanæ præsto essent. Eo mihi nuntium miserunt, se a prætore [2] retineri. Quibus ego testimonium denuntiavi, quorum nomina edidi Metello; cupidissimi veniendi, maximis injuriis affecti, adhuc non venerunt. Hoc jure sunt socii, ut iis ne deplorare quidem de suis incommodis liceat.

66. Jam Heraclii Centuripini,[a] optimi nobilissimique

[b] *Velle facere causa Verris.*

---

rere, quam istius præturam ret. vid. sed in vulgata acquiescit.' *Beck.*—18 Ms. Metelli *Lælius:* Pal. 2. *L. Atilius.*—19 Pro *epistolas* in ψ *epulas* legitur. Mox idem Ms. et Huyd. *una domo.*—20 ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett. *laudationem.*

CAP. XXVII. 1 In ψ et Huyd. desunt verba *quæ adire vellem.*—2 Pro

NOTÆ

[z] *Glabrionis literis*] Ciceroni proficiscenti in Siciliam literas et potestatem inquirendi in Verrem Glabrio dederat.

[a] *Centuripini*] A voce *centuripe*, Siciliæ agro. Centuripe autem Siciliæ oppidum est sub Ætna monte, Catanæ urbi proximum.

adolescentis, testimonium audistis; a quo H-S c. millia [b] per calumniam malitiamque petita sunt. Iste, pœnis compromissisque [c] interpositis, H-S CCC.[3] [d] extorquenda curavit; quodque judicium secundum Heraclium de compromissis factum erat, quod civis Centuripinus inter duos cives judicasset,[4] [e] id irritum jussit esse; eumque judicem falsum [5] judicasse judicavit: in senatu ne esset,[6] locis commodisque publicis uti vetuit. Si quis eum pulsasset, edixit, sese judicium injuriarum non daturum:[7] quicquid ab eo peteretur, judicem de sua cohorte daturum, ipsi autem nullius actionem [c] rei sese daturum. 67. Quæ istius auctoritas [f] tantum valuit, ut neque illum pulsaret quisquam, cum prætor in provincia sua verbo permitteret, re hortaretur; neque quisquam ab eo quicquam peteret, cum iste calumniæ licentiam sua auctoritate dedisset:[8] ignominia autem illa gravis, tamdiu in illo homine fuit, quamdiu iste in provincia mansit. Hoc injecto metu judicibus, novo more, nullo exemplo, ecquam rem putatis esse in Sicilia, nisi ad nutum istius, judicatam? Utrum id solum videtur esse actum, quod est tamen actum, ut Heraclio pecunia eriperetur? an etiam illud, in quo præda erat maxima, ut, nomine judiciorum, omnium bona atque fortunæ in istius unius essent potestate?[9]

XXVIII. 68. Jam vero in rerum capitalium [g] quæstioni-

[c] *Judicium.*

---

a prætore Huyd. habet *ĩpore*, et ψ *tempore*.—3 ψ et Huyd. *CCCC*.—4 Fabricii Ms. *dijudicasset*.—5 Huyd. *falso*.—6 Lamb. *in senatu esse*.—7 Huyd. *non dicturum*.—8 ψ, Huyd. Ursini Ms. et edd. pr. *possedisset:* Naug. margo Crat. Manut. Oliv. et Lall. *præbuisset:* margo ed. Lamb. *ostendisset*. Gruter. primus edidit *dedisset*, et eum sequuntur Græv. Harles. Beck. Schutz. et Orell.—9 Ms. Nannii et Ms. ad marg. ed. Lamb. *potestatem*.

NOTÆ

[b] *H-S C. millia*] Decem librarum millia.

[c] *Compromissis*] Compromissum certa est pecuniæ summa, quæ ab utroque litigatore promittitur, nisi arbitrorum sententiæ obtemperent.

[d] *H-S CCC.*] Triginta librarum millia.

[e] *Judicasset*] Secundum legem Rupiliam.

[f] *Quæ istius auctoritas*] Ironia.

[g] *Rerum capitalium*] Res capitales dicuntur, de quibus in publico judicio quæritur.

bus quid ego unamquamque rem colligam et causam? Ex multis similibus[10] ea sumam, quæ maxime improbitate excellere videbuntur. Sopater quidam fuit Haliciensis,[11] [h] homo domi suæ cum primis locuples atque honestus. Is ab inimicis suis apud C. Sacerdotem prætorem rei capitalis cum accusatus esset, facile eo judicio est liberatus.[d] Huic eidem Sopatro iidem inimici ad C. Verrem, cum is Sacerdoti successisset,[12] ejusdem rei nomen detulerunt.[e] Res Sopatro facilis videbatur; et quod erat innocens, et quod Sacerdotis judicium improbare istum ausurum non arbitrabatur. Citatur reus: causa agitur Syracusis: crimina tractantur ab accusatore ea, quæ erant antea non solum defensione, verum etiam judicio dissoluta. 69. Causam Sopatri defendebat Q. Minucius, eques Romanus in primis splendidus atque honestus, vobisque, judices, non ignotus. Nihil erat in causa, quod metuendum, aut omnino quod dubitandum videretur. Interea istius libertus, et accensus[i] idem Timarchides, qui est, id quod ex plurimis testibus priore actione didicistis, rerum hujusmodi[13] omnium transactor[k] et administer, ad Sopatrum venit, monet hominem, ne nimis judicio Sacerdotis, et causæ confidat:[14] accusatores inimicosque ejus[15] habere in animo pecuniam prætori dare; prætorem[16] tamen ab salute malle accipere; et simul malle, si fieri posset,

[d] *Absolutus.* [e] *Accusaverunt.*

Cap. xxviii. 10 Mss. pauci et nonnullæ edd. vett. *Ex multis millibus.*—11 *Halicyensis*, auctore Cluverio, dederunt Græv. Harles. Beck. Schutz. et Orell. pro vulg. *Haliciensis.*—12 Huyd. *successit.*—13 Huyd. *hujuscemodi.*—14 Ms. ap. Lamb. cum ed. Lamb. et Steph. *causæ suæ conf.*—15 Pro *ejus* Huyd. habet *eis.*—16 Pro *prætorem* in ψ est *patrem.* Dein pro *ab salute* ψ, Huyd. Mein. Ven. 1483. et Junt. habent *absolute:* Franc. 1. et paucæ edd. vett. *absoluto,* non improb. Græv. In Naug. Crat. Cam. Græv. Oliv. et Lall. *ob salutem:* margo Crat. *ab absoluto,* ut volebat Facius. Lamb. et Grut. *a salute:* Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *ab salute.* Vid. Ind. Latinitatis in *A.* Verburgius conjecit *a Sopatro,* quod Harlesio placet.—

NOTÆ

[h] *Haliciensis*] Ex oppido Haliciis in Sicilia.

[i] *Accensus*] Apparitor est prætoris.

[k] *Transactor*] Transactor dicitur ille, cujus ministerio ad rei alicujus judicium faciendum utimur.

rem judicatam non rescindere. Sopater, cum hoc illi improvisum atque inopinatum accidisset, commotus est sane, [*p.* 123.] neque in præsentia, Timarchidi quid responderet, habuit,[17] nisi se consideraturum, quid sibi de ea re[18] esset faciendum: et simul ostendit, se in summa difficultate esse nummaria.*f* Post ad amicos retulit; qui cum ei fuissent auctores redimendæ salutis, ad Timarchidem venit. Expositis suis difficultatibus, hominem ad H-S LXXX.[1] perducit; eamque ei pecuniam numerat. XXIX. 70. Posteaquam ad causam dicendam ventum est, tum vero sine metu, sine cura omnes erant, qui Sopatrum defendebant: crimen nullum erat: res judicata: Verres nummos acceperat. Quis posset[19] dubitare, quidnam esset futurum? Res illo die non peroratur: dimittitur judicium. Iterum ad Sopatrum Timarchides venit: ait, accusatores ejus multo majorem pecuniam prætori polliceri, quam quantam hic dedisset: proinde, si saperet, videret, quid sibi esset faciendum.[20] Homo, quanquam erat et Siculus, et reus, hoc est, et jure iniquo, et tempore adverso; ferre tamen atque audire diutius Timarchidem non potuit. Facite, inquit, quod vobis[1] libet; daturus non sum amplius: idemque hoc amicis ejus et defensoribus videbatur: atque eo etiam magis, quod iste, quoquo modo se in ea quæstione præbebat, tamen in consilio habebat homines honestos e conventu Syracusano, qui Sacerdoti[2] quoque in consilio fuerant tum, cum esset idem hic Sopater absolutus. Hoc rationis habebant, facere eos nullo modo posse, ut eodem crimine,

f *Pecuniæ.*

17 Cælius Rhodiginus conjiciebat *quid respondere habuit.*—18 Verba *de ea re* in Ms. Metelli desunt.

CAP. XXIX. 19 *Qui possit* ψ: *Qui possunt* Franc. 1. *Quis possit* Huyd. et mox *quodnam.*—20 ' *Si saperet, videret quid sibi esset faciendum*] Metell. horum omnium loco solum habet *saperet, videret:* et vero monuit Lambinus Fabric. non habere voces quatuor postremas: tacet tamen de illo *si.* Meo judicio brevissima lectio verior videri queat.' *Grut.* Tum Franc. 1. *Hic quanquam erat Sic.*—1 Metelli Ms. et Schutz. omittunt *vobis.*—2 *Sacerdotis* ψ, Huyd. Ven.

NOTÆ

[1] *H-S LXXX.*] Octo librarum millia.

iisdem testibus, Sopatrum condemnarent iidem homines, qui antea absolvissent. 71. Itaque hac una spe ad judicium venitur. Quo posteaquam ventum est, cum in consilium frequentes convenissent iidem, qui solebant, et hac una spe tota defensio Sopatri niteretur, consilii frequentia et dignitate, et quod erant, ut dixi, iidem, qui antea Sopatrum eodem illo crimine liberarant; cognoscite hominis apertam, ac non modo non ratione, sed ne dissimulatione quidem tectam improbitatem et audaciam. M. Petilium, equitem Romanum, quem habebat [3] in consilio, jubet operam dare, quod rei privatæ judex esset. Petilius recusabat, quod suos amicos, quos sibi in consilio esse vellet, ipse Verres retineret. Iste, homo liberalis, negat se quenquam retinere eorum, qui Petilio vellent adesse. Itaque discedunt omnes: nam ceteri quoque impetrant, ne retineantur, qui se velle [4] dicebant alterutri eorum, qui tum illud judicium habebant, adesse. Itaque iste solus cum sua cohorte nequissima relinquitur. 72. Non dubitabat Minucius, qui Sopatrum defendebat, quin iste, quoniam consilium dimisisset, illo die rem illam quæsiturus non esset; cum repente jubetur dicere.[h] [5] Respondet, Ad quos? Ad me, inquit, si tibi idoneus videor, qui de homine Siculo ac Græculo judicem. Idoneus es, inquit; sed pervellem adessent ii, qui affuerant antea, causamque cognorant. Dic, inquit: illi adesse non possunt. Nam [i] hercule, inquit Q. Minucius, me quoque Petilius, ut sibi in consilio adessem,[6] rogavit: et simul a subselliis abire cœpit. 73. Iste, iratus, hominem verbis vehementioribus prosequitur; atque ei gravius etiam minari cœpit, quod in se tantum crimen invidiamque conflaret.[7] XXX. Minucius, qui Syra-

[h] *Agere causam.* [i] *Atqui.*

1483. Junt.—3 Huyd. et edd. pleræque ante Steph. *habet:* Hotom. *habuit.*—4 *Se nolle* Huyd. Mein. Ven. 1483. Junt. probb. Facio et Beckio. Tum *dic. aliter juri* ψ: *se nolle dic. aliter jure* Huyd. et Mein.—5 Huyd. *rep. videtur dicere.* Dein Ursini Ms. *Respondet abiisse judices. An non, inquit, tibi idon. vid.* Pro *ad quos* Huyd. habet *aliquos.*—6 Ms. *in cons. essem,* et mox *ire cœpit.*—7 Mss. pauci, Ven. 1483. Junt. Lamb. *conflarit.*

cusis sic negotiaretur, ut sui juris dignitatisque meminisset, et qui sciret, ita se in provincia rem augere [8] oportere, ut ne quid de libertate deperderet; homini quæ visa sunt, et quæ tempus illud tulit et causa, respondit: causam sese, dimisso atque ablegato [k] consilio, defensurum [9] negavit. Itaque a subselliis discessit: idemque hoc, præter Siculos, ceteri Sopatri amici advocatique fecerunt. 74. Iste, quanquam est incredibili importunitate et audacia, tamen subito [10] solus destitutus pertimuit et conturbatus est. [*p.* 124.] Quid ageret, quo se verteret, nesciebat. Si dimisisset eo tempore quæstionem, post illis adhibitis,[11] quos ablegarat, absolutum iri Sopatrum videbat; sin autem hominem miserum atque innocentem condemnasset, cum ipse prætor sine consilio, reus autem sine patrono atque advocatis fuisset, judiciumque C. Sacerdotis rescidisset; invidiam se sustinere non posse tantam arbitrabatur. Itaque æstuabat dubitatione: [m] versabat se in utramque partem, non solum mente, verum etiam corpore; ut omnes, qui aderant, intelligere possent, in animo ejus metum cupiditatemque [12] pugnare. Erat hominum conventus maximus, summum silentium, summa expectatio, quonam esset ejus cupiditas [13] eruptura; crebro dimittebat [14] se accensus ad aurem Timarchides. 75. Tum iste aliquando, Age,[15] dic, inquit. Sopatrus implorare hominum atque Deum fidem, ut cum consilio [n] cognosceret. Tum repente iste testes citari ju-

[k] *Remoto.*

Cap. xxx. 8 ψ, Franc. 1. Huyd. Mein. Nannii Ms. et edd. pr. *agere.*—9 Ante *defensurum* Huyd. addidit *se.*—10 Mein. *tam subito;* unde Facius conj. esse legend. *tamen tam subito.*—11 *Adhibitis in consilium* Nannii Ms. Steph. et Lamb.—12 In Mss. Nannii et Metelli *cum cupiditate;* et sic Steph. Lamb.—13 ψ et Huyd. *esset sua cupid.*—14 Lamb. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *demittebat.*—15 ' In ψ *Age aliquando.* Mox Mss. Metelli et Fabric. *inquit. Reus orare atque obsecrare, ut cum cons. cogn.* quæ mihi quidem glossematis speciem præ se ferre videntur. At Garaton. quia 'implorare fidem' magis sit conquerentis, quam precantis, utramque et hanc et vulg. lectionem conjungi vult: *Sopatrus* (vel, quia illa forma alibi non occurrit, *reus*) *implor.*

NOTÆ

[m] *Æstuabat dubitatione*] Metaphora sumta a mari commoto.

[n] *Cum consilio*] Romani judices, viri honesti, e conventu Syracusano omnes

bet. Dicit unus et alter breviter: nihil interrogatur; præco 'dixisse'[o] pronuntiat. Iste, quasi metueret, ne Petilius, privato illo judicio transacto aut dilato,[16] cum ceteris in consilium reverteretur, ita[17] properans de sella exsiluit:[p] hominem innocentem, a C.[18] Sacerdote absolutum, indicta causa, de sententia scribæ, medici, haruspicisque, condemnavit.[19]

XXXI. 76. Retinete, retinete hominem in civitate, judices. Parcite, et conservate, ut sit, qui nobiscum[20] res judicet; qui in senatu sine ulla cupiditate de bello et pace sententiam ferat.[l] Tametsi minus id quidem nobis, minus populo Romano laborandum est, qualis istius in senatu sententia futura sit. Quæ enim ejus auctoritas erit? quando iste sententiam dicere audebit, aut poterit? quando autem homo tanta luxuria, atque desidia, nisi Februario mense,[q] aspirabit[m] in curiam? Verum veniat sane: decernat bellum Cretensibus;[r] liberet Byzantios;[s] regem appellet Ptolemæum;[t] quæ vult Hortensius,[u] omnia dicat et

[l] *Dicat.* [m] *Accedet.*

hom. atque Deum fid., orare atque obsecrare, ut cum cons. cogn.' Beck.—16 Ms. Metelli *trans. et perlato:* Huyd. *trans. aut delato.*—17 Huyd. *ista.*—18 Huyd. Ven. 1483. Junt. Lamb. omittunt prænomen.—19 '*Condemnat* Ms. Nannii, Steph. Lamb. sed tum legend. etiam *exsilit.*' Orell.

CAP. XXXI. 20 *Vobiscum* ψ, Mein. Pariss. et edd. pr. cum Beck. Schutz.

NOTÆ

cum Petilio recesserant.

[o] *Dixisse*] Peroratam esse causam præcones pronuntiabant, cum orator absolverat.

[p] *De sella exsiluit*] De tribunali suo, ut cum suis, id est scriba, medico, et haruspice condemnaret.

[q] *Februario mense*] Hic mensis audiendis legationibus exterarum gentium apud Rom. destinatus fuit. Et quia sæpe a legatis senatorum sententiæ pecunia emebantur, dicit Verrem suam quoque venalem daturum esse.

[r] *Cretensibus*] Cretenses tum bellum cum piratis adversus populum Romanum movebant.

[s] *Liberet Byzantios*] Liberari populi vel provinciæ dicuntur, cum permittitur a populo Romano ut suis legibus vivant.

[t] *Appellet Ptolemæum*] Ptolemæus rex fuit Ægypti, qui se regem a senatu populoque Romano appellari cupiebat.

[u] *Quæ vult Hortensius*] Hortensius consul sortitus bellum gerendum cum Cretensibus, provinciam illam Metello collegæ suo cessit.

sentiat; minus hæc ad nos, minus ad vitæ nostræ discrimen, minus ad fortunarum nostrarum periculum pertinent.

77. Illud, illud est capitale, illud formidolosum,[2] illud optimo cuique metuendum, quod iste, ex hoc judicio si aliqua vi se eripuerit, in judicibus [x] sit necesse est; sententiam de capite civis Romani ferat; sit in ejus exercitu signifer, qui imperium judiciorum [y] tenere vult. Hoc populus Romanus recusat: hoc ferre non potest: clamat, permittitque vobis; ut, si istis hominibus delectemini, si ex hoc genere splendorem ordini atque ornamentum curiæ constituere velitis, habeatis sane vobis[3] istum senatorem; istum etiam de vobis judicem, si vultis, habeatis: de se homines, si[4] qui extra istum ordinem sunt,[z] quibus ne rejiciundi quidem amplius, quam trium [n] judicum, præclaræ leges Corneliæ [a] faciunt potestatem, hunc hominem tam crudelem, tam sceleratum, tam nefarium, nolunt judicare. XXXII. 78. Etenim si illud est flagitiosum,[5] (quod mihi omnium rerum turpissimum maximeque nefarium videtur,) ob rem judicandam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem et religionem; quanto illud flagitiosius, improbius, indignius, eum, a quo pecuniam ob absolvendum acceperis,[6] condemnare; ut ne prædonum quidem [b] prætor in fide reti-

[n] *Quam tres.*

et Orell. *nobiscum* ceteri.—1 Lamb. *dicat.*—2 *Illud est formid.* Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb.—3 *Vobiscum* Huyd. Mein. et Mss. plerique cum Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. Oliv. Lall. *vobis* Hotomanni Ms. Lamb. Græv. Harles. Beck. Schutz. et Orell. In marg. ed. Lamb. vet. cod. *hab. sane istum vobiscum sen., etiam de vobis judicem, si vultis, hab.* Nannii Ms. *istum etiam de vobis jud. hab.*—4 *Si* in Pariss. Nannii Ms. et aliis ap. Lamb. deest; et id deleverunt Lall. Beck. Schutz. et Orell. Etiam legi posse *hi qui* monet Hotom.

CAP. XXXII. 5 ψ, Huyd. Ven. 1483. Crat. *est tam flag.* unde Orell. conj. *est jam flag.* Nannius conj. *est tam flag. quam mihi.*—6 Huyd. *acceperit.*

NOTÆ

[x] *In judicibus*] Senator erat, et tum soli senatores judicabant.

[y] *Imperium judiciorum*] Hortensius rex fori dicebatur.

[z] *Ordinem sunt*] Senatorium.

[a] *Corneliæ*] Sylla tulit legem, ne tres una judices rejicerentur.

[b] *Prædonum quidem*] Prædones ne quidem iis vitam adimunt, qui eam certo pretio redemerunt.

nenda consuetudinem conservaret! Scelus est accipere ab reo; quanto magis ab accusatore! quanto etiam sceleratius ab utroque! Fidem cum proposuisses[7] venalem in provincia, valuit apud te plus is, qui pecuniam majorem dedit. Concedo: forsitan aliquis aliquando ejusmodi quippiam[8] fecerit. [*p.* 125.] Cum vero fidem ac religionem tuam jam[9] alteri addictam pecunia accepta habueris, post eandem adversario[10] tradideris majore pecunia; utrumque falles? et trades cui voles? et ei, quem fefelleris, ne pecuniam quidem reddes? 79. Quem mihi tu Bulbum,[11] quem Stalenum?[c] quod unquam hujusmodi monstrum, aut prodigium audivimus, aut vidimus, qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat? honestos homines, qui causam norint, ableget, a consilioque[12] dimittat? ipse solus reum absolutum, a quo pecuniam acceperit, condemnet, pecuniamque non reddat? Hunc hominem judicum numero[13] habebimus? hic alteram decuriam senatoriam[d] judex obtinebit? hic de capite libero judicabit? huic judicialis tabella committetur? quam iste non modo cera, verum etiam sanguine, si visum erit,[14] notabit. XXXIII. 80. Quid enim horum se negat fecisse? illud videlicet unum, quod necesse est, pecuniam accepisse. Quidni iste neget? At eques Romanus, qui Sopatrum defendit, qui

—7 Huyd. *præposuisses.*—8 Huyd. *cuipiam.*—9 *Jam* abest a ψ, Huyd. et edd. ante Steph. Dein Nannii Ms. omittit verba *pecunia accepta.*—10 *Adversariis* ψ, edd. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Manut. Pro *tradideris*, in ψ et Huyd. *credideris.* Post *majore pecunia* nonnullæ edd. interrogandi notam habent.—11 Metelli Ms. *Bubulum.* Tum *Stalenum* omnes Mss. et edd. præter Orell. qui edidit *Staienum.* Cf. orat. pro Cluent. c. 28.—12 Quædam edd. vett. cum Græv. Oliv. Lall. omittunt præpositionem. Lamb. edidit *consiliumque*, prob. Garaton. Vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *de consilioque.*—13 Mss. plerique et omnes edd. vett. *judicum numero.* In Nannii Ms. *in judicum num.* quod receperunt Lamb. et Grut. Conjecit Græv. *in judicis numero*, prob. Burm. ad Phædr. IV. 24. 16. Dein Huyd. *habebitis.*—14 Metelli Ms. *si visus erit:* unde Gulielm. conj. *si usus erit*, prob. Lallem.

NOTÆ

[c] *Bulbum ... Stalenum*] Hi duo judices corrupti pecunia in causa Oppianici, legibus pœnas dederunt.

[d] *Alteram decuriam senatoriam*] Id est, sedebitne judex in secunda decuria senatorum? Tres ejusmodi fuerunt senatorum decuriæ.

omnibus ejus consiliis rebusque interfuit, Q. Minucius juratus dicit pecuniam datam: juratus dicit Timarchidem dixisse, majorem ab accusatoribus pecuniam dari. Dicent hoc Siculi omnes; dicent omnes Halicienses: dicet etiam prætextatus Sopatri filius, qui ab isto homine crudelissimo, patre innocentissimo, pecuniaque patria privatus est. 81. Verum, si de pecunia testibus planum facere non possem; illud negare posses, aut nunc negabis, te, consilio tuo dimisso, viris primariis, qui in consilio C. Sacerdotis [15] fuerant, tibique esse solebant, remotis, de re judicata judicasse? teque eum, quem C. Sacerdos, adhibito consilio, causa cognita, absolvisset; eundem, remoto consilio, causa incognita, condemnasse? cum hæc confessus eris, quæ in foro palam Syracusis, in ore atque in oculis provinciæ gesta sunt; negato sane,[16] si voles, pecuniam accepisse: reperies, credo, aliquem, qui, cum hæc, quæ palam gesta sunt, videat, quærat quid tu occulte egeris; aut qui dubitet, utrum [17] malit meis testibus, an tuis defensoribus credere.

82. Dixi jam antea, judices,[18] me non omnia istius, quæ in hoc genere essent, enumeraturum; sed electurum [19] ea, quæ maxime excellerent. XXXIV. Accipite nunc aliud ejus facinus nobile, et multis locis sæpe commemoratum, et ejusmodi, ut in uno [20] omnia maleficia inesse videantur. Attendite diligenter: invenietis enim, id facinus [1] natum a cupiditate, auctum per stuprum, crudelitate perfectum [2] atque conclusum. 83. Sthenius est, is [3] qui nobis assidet, Thermitanus,[e] antea multis propter summam virtutem,

---

CAP. XXXIII. 15 *Sacerdoti* Nannii Ms. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *Sacerdotis* ceteri.—16 Metelli Ms. *nega totum sane:* unde Gulielm. conjecit *negato tum sane.*—17 Pro *utrum* Huyd. habet *qui.*—18 *Judices* omittunt Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Vict. Steph. et Manut.—19 Lamb. 1666. *delecturum,* prob. Orellio.

CAP. XXXIV. 20 Lamb. e conj. Hotomanni *in hoc uno.*—1 Mss. pauci et edd. ante Grut. *Attend. enim dilig., inven. id fac.*—2 Lamb. *crud. esse perf.*—3 Non post *Sthenius est,* sed post *is,* interpungunt edd. Lamb. et Grut.

NOTÆ

[e] *Thermitanus*] Ex illis oppidis fuit, quæ aquis calentibus exundant.

summamque nobilitatem, nunc, propter suam calamitatem,[4] atque istius insignem injuriam, omnibus notus. Hujus hospitio Verres cum esset usus, et cum apud eum, non modo Thermis[5] sæpenumero fuisset, sed etiam habitasset; domo ejus omnia abstulit, quæ paulo magis animum cujuspiam aut oculos possent commovere. Etenim Sthenius ab adolescentia paulo studiosius[6] hæc comparabat, supellectilem ex ære elegantiorem, et Deliacam, et Corinthiam,[f] tabulas pictas, etiam argenti bene facti,[7] prout Thermitani hominis facultates ferebant, satis: quæ, cum esset in Asia adolescens, studiose, ut dixi, comparabat,[8] non tam suæ delectationis causa, quam ad invitationes adventusque nostrorum hominum, amicorum suorum[9] atque hospitum. 84. Quæ posteaquam iste omnia abstulit, alia rogando,[g] alia poscendo, alia sumendo; ferebat Sthenius, ut poterat: tangebatur tamen animi dolore[10] necessario, quod domum ejus exornatam atque instructam fere jam iste reddiderat nudam atque inanem. Verumtamen dolorem suum nemini impertiebat:[o] [*p.* 126.] prætoris injurias tacite, hospitis placide ferendas arbitrabatur. 85. Interea cupiditate iste illa sua nota, atque apud omnes pervulgata,[11] cum signa quædam pulcherrima atque antiquissima Thermis in publico posita vidisset, adamavit: a Sthenio petere cœpit, ut ad

[o] *Cum nemine communicabat.*

—4 Nonnullæ edd. vett. *propter summam cal.*—5 *Et cum solum apud eum non modo fuisset* Ms. Nannii, prob. Grævio: *et cum apud eum non modo solum Th.* Franc. 1. *et cum apud eum solum Thermis sæpe non fuisset modo* Lamb. prob. Garaton.—6 *Studiosius paulo* Steph. et Lamb. Dein *comparat* Huyd. Junt. *compararat* ψ, Ms. Nannii, Steph. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *comparabat* Ven. Crat. Harles.—7 Margo Crat. *fabre facti:* Lamb. *affabre facti.*—8 *Compararat* Grut. Græv. Harles. Schutz. et Orell. *comparabat* ceteri.—9 Edd. vett. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Græv. Oliv. Lall. et Orell. *suorum amicorum.*—10 Nannii Ms. *angebatur tamen dolore:* Metelli Ms. *angebatur animi necessario;* unde Grut. conjecit, *angebatur tamen animi necessario,* sine voce *dolore.* Mss. Nannii et Metelli cum Steph. Lamb. Grut. Oliv. Schutz. *angebatur tamen animi dolore:* Franc. 1. et omnes edd. vett. cum Græv. et Beck. *tangebatur.*—11 *Pervagata* Nannii, Metelli, et

NOTÆ

[f] *Deliacam et Corinthiam*] Vasa ex ære Corinthiaco et Deliaco.

[g] *Alia rogando*] Rogamus gratiam, poscimus imperio, sumimus precario.

ea tollenda operam suam profiteretur,[p] seque adjuvaret. Sthenius vero non solum negavit, sed etiam ostendit, id [12] fieri nullo modo posse, ut signa antiquissima, monumenta P. Africani, ex oppido Thermitanorum, incolumi illa civitate imperioque populi Romani, tollerentur. XXXV. 86. Etenim, ut simul P. Africani quoque humanitatem et æquitatem [13] cognoscatis, oppidum Himeram [h] Carthaginienses quondam ceperant; quod fuerat in primis Siciliæ clarum et ornatum. Scipio, qui hoc dignum [14] populo Romano arbitraretur, bello confecto socios sua per nostram victoriam recuperare; Siculis omnibus, Carthagine capta, quæ potuit, restituenda curavit. Himera deleta, quos cives belli calamitas reliquos fecerat, ii sese Thermis collocarent, in ejusdem [15] agri finibus, neque longe ab oppido antiquo. Hi se patrum fortunam ac dignitatem recuperare arbitrabantur, cum illa majorum ornamenta in eorum oppido [16] collocabantur. 87. Erant signa ex ære complura: in his mira pulchritudine ipsa Himera, in muliebrem figuram habitumque formata, ex oppidi nomine et fluminis. Erat etiam Stesichori poëtæ [i] statua senilis, incurva, cum libro, summo, ut putant, artificio facta; qui fuit Himeræ,[17] sed et est, et fuit tota Græcia summo propter ingenium honore [18] et nomine. Hæc iste ad insaniam concupierat. Etiam,

[p] *Polliceretur.*

Fabricii Mss. duo Pall. ψ, Franc. 1. Lamb. Græv. Beck. Schutz. et Orell. *pervulgata* ceteri.—12 Huyd. inserit *id* ante *negavit:* et Schutz. e conj. Herelii omittit *id* ante *fieri.*

CAP. XXXV. 13 Verba *et æquitatem* desunt in ψ, Huyd. et edd. ante Steph. Dein in Huyd. *Himera* legitur.—14 Ante *dignum* Huyd. addit *primum.*—15 ψ *iisdem.*—16 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. *in illo opp.*—17 ψ Huyd. Mein. Mss. plerique, et edd. ante Steph. addunt *ab eo* ante *qui fuit Him.* Post *Himeræ* Nannius addi voluit *natus* aut *civis.* In nonnullis edd. *sed est* sine copula. In Franc. 1. *ab eo, qui fuit Him., sed et fuit tota in Græcia*, non improb. Græv. *Tota in Græcia* quoque habent Mss. plerique, Ven. 1483.

NOTÆ

[h] *Himeram*] Himera Siciliæ Græca urbs, sita ad occasum Himeræ fluvii.

[i] *Stesichori poëtæ*] Stesichorus tricesima septima Olympiade vixit, ut vult Suidas, et mortuus quinquagesima septima. Primus dicitur ad citharam saltus instituisse.

quod pæne præterii, capella quædam est, ea quidem mire,[19] ut etiam nos, qui rudes harum rerum sumus, intelligere possimus,[20] scite facta et venuste. Hæc et alia Scipio non negligenter abjecerat, ut homo intelligens Verres auferre posset; sed Thermitanis[1] restituerat: non quo ipse hortos, aut suburbanum, aut locum omnino, ubi ea poneret, nullum haberet; sed si[2] domum abstulisset, non diu Scipionis appellarentur,[3] sed eorum, ad quoscumque ipsius morte venissent: nunc his locis[4] posita sunt, ut mihi semper Scipionis fore videantur, itaque dicantur.[5] XXXVI. 88. Hæc cum iste posceret, agereturque ea res in senatu; Sthenius vehementissime restitit; multaque, ut in primis Siculorum in dicendo copiosus est, commemoravit: urbem relinquere Thermitanos[6] esse honestius, quam pati, tolli ex urbe monumenta majorum, spolia hostium, beneficia clarissimi viri, indicia[7] societatis populi Romani atque amicitiæ. Commoti animi sunt omnium: repertus est nemo, quin mori diceret satius esse. Itaque hoc adhuc oppidum Verres invenit prope solum in orbe terrarum, unde nihil ejusmodi rerum de publico per vim, nihil occulte, nihil imperio, nihil gratia,[8] [nihil pretio,] posset auferre. Verumtamen hasce hujus[9] cupiditates exponam alio loco: nunc ad Sthenium revertar. 89. Itaque iste, vehementer Sthenio infensus,[10] hospitium ei renuntiat: domo ejus emigrat,[q] atque adeo exit: nam jam ante migrarat.[11] Eum autem inimicissimi Sthenii domum suam statim invitant, ut animum ejus in

[q] *Discedit.*

Junt. Crat.—18 Huyd. *genere.*—19 Facius mallet *mira.*—20 *Possumus* Ven. 1483. Junt. Crat. Vict. Lamb. et Orell. *possimus* vulg. 'nescio quo errore,' ait Orell.—1 Huyd. *Thermitanus.* Mox Lamb. *non quod ipse.*—2 Nannii Ms. *sed quod si.*—3 Huyd. *appellabantur.*—4 *Nunc iis locis* Steph. Lamb. et Orell. —5 Orell. conj. *dicuntur.*

CAP. XXXVI. 6 Lamb. *Thermitanis;* et sic legend. conjecit Ern.—7 *Invidia* ψ et Huyd.—8 Verba *nihil gratia* desunt in ψ, Huyd. Mein. Franc. 1. et edd. ante Ald. Ea Beck. uncis inclusit. Pro *pretio* Mss. Jannoctian. Hotom. et tres ap. Lamb. habent *precario;* quod Hotomanno, Garatono, et Schellero præplacet. Verba *nihil pretio* spuria esse censent Ern. et Harles. —9 Huyd. *ejus.*—10 Metelli et Fabricii Mss. cum Lamb. *Iratus iste veh. Sth. atque incensus;* et sic Schutz. nisi quod *infensus* habeat. In Huyd. Mein. Ven. 1483. et Junt. quoque *incensus* legitur.—11 Voces *nam jam ante migr.*

Sthenium inflammarent, ementiendo aliquid et criminando. Hi autem erant [inimici[12]] Agathinus, homo nobilis, et Dorotheus, qui habebat in matrimonio Callidamam, Agathini ejus filiam, de qua iste audierat. Itaque ad generum Agathini migrare maluit. Una nox intercesserat, cum iste Dorotheum sic diligebat, ut diceres, omnia inter eos esse communia: Agathinum ita observabat, ut aliquem affinem ac propinquum. [*p.* 127.] Contemnere etiam signum illud Himeræ jam videbatur, quod eum multo magis figura et lineamenta hospitæ delectabant. XXXVII. 90. Itaque hortari homines cœpit, ut aliquid Sthenio periculi crearent, criminisque confingerent. Dicebant se illi nihil habere, quod dicerent. Tum iste his aperte ostendit et confirmavit, eos in Sthenium, quicquid vellent,[13] simul atque ad se detulissent, probaturos. Ita illi[14] non procrastinant: Sthenium statim educunt:[r 15] aiunt ab eo literas publicas[16] esse corruptas. Sthenius postulat, ut cum secum sui cives[17] agant de literis publicis corruptis, ejusque rei[18] legibus Thermitanorum actio sit; cum senatus populusque Romanus Thermitanis (quod semper in amicitia fideque mansissent) urbem, agros, legesque[19] suas reddidisset; Publiusque Rupilius[20] postea leges ita Siculis ex senatus consulto, de decem legatorum sententia dedisset, ut cives inter se legibus suis agerent; idemque hoc habuerit[1] Verres ipse in edicto; ut de his omnibus causis[s] se ad leges[2]

[r] *Vocant in jus.* [s] *Ob has omnes causas.*

suspectæ erant Schellero Obss. p. 55.—12 Schutz. delevit *inimici*, quod Ern. Harles. Beck. et Orell. uncis includunt, quia præcedit *inimicissimi*.

Cap. XXXVII. 13 In edd. pr. post *Sthenium* interpungitur; in recentt. junguntur verba *in Sthen. quicquid vellent.* Tum post *vellent* Mss. plerique et omnes edd. vett. addunt *dicerent;* quod deletum est, auctoribus Mss. duobus, a Grutero et Lamb.—14 Huyd. *Itaque illi.*—15 Idem Ms. *adducunt.* —16 *Publicas* abest a ψ, Huyd. et edd. ante Steph. qui eam inseruit e Ms. Nannii.—17 In ψ, Huyd. et edd. vett. legitur *ut secum sui cives.* E Metelli Ms. *cum* primus addidit Grut. Maluit Hotom. *ut quia secum,* vel *postulat, quia secum.*—18 *Ejusce rei* Mss. quidam, Grut. Græv. Oliv. et Lall. *ejusque* Huyd. Ms. Metelli, Ven. 1483. Junt. Lamb. Harles. Beck. Schutz. et Orell.—19 *Urbes, agros, legesque* Mss. plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. Oliv. Lall. *urbem et agros, legesque* e Metelli Ms. Steph. Lamb. Græv. et Orell. *urbem, agros, legesque* Beck. et Schutz.—20 ψ et Huyd. *Rutilius.*—1 Ern. scribi vult *haberet.*

rejiceret. 91. Iste, homo omnium æquissimus, atque a cupiditate remotissimus,[3] se cogniturum esse confirmat: paratum ad causam dicendam venire hora octava[4] jubet. Non erat obscurum, quid homo improbus ac nefarius cogitaret: neque enim ipse satis occultarat; nec mulier tacere poterat.[5] Intellectum est, id istum[6] agere, ut, cum Sthenium, sine ullo argumento, ac sine teste, damnasset, tum homo nefarius de homine nobili, atque id ætatis, suoque hospite,[7] virgis supplicium crudelissime sumeret. Quod cum esset perspicuum; de amicorum hospitumque suorum sententia, Thermis Sthenius Romam profugit. Hiemi sese fluctibusque[8] committere maluit, quam non istam communem Siculorum tempestatem calamitatemque vitare. XXXVIII. 92. Iste, homo certus et diligens, ad horam nonam[9] præsto est. Sthenium citari jubet; quem posteaquam videt non adesse, dolore ardere,[10] atque iracundia furere cœpit; Venerios[k] in[11] domum Sthenii mittere;[l] equites circum agros ejus villasque dimittere: itaque dum expectat,[12] quidnam sibi certi afferatur, ante horam tertiam noctis de foro non discessit. Postridie mane descendit; Agathinum ad sese vocat; jubet eum de literis publicis in absentem Sthenium dicere. Erat ejusmodi causa, ut ille ne sine adversario quidem, apud inimicum judicem, repe-

—2 *Ad leges suas* Schutz. e conj. Wyttenb. improb. Orell.—3 *A cup. omnium rem.* ψ, Huyd. Ven. Junt. Naug. Crat. Grut. et Oliv. *a cup. omni rem.* e Nannii conjectura, Steph. Lamb. Lall. prob. Græv. *a cup. rem.* e Mss. Nannii, Fabricii, et Metelli, ediderunt Græv. et Ern. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—4 *Hora nona*, h. l. et infra, e Mss. Metelli et Fabricii ediderunt Grut. Oliv. et Lall. *hora octava* ψ, Franc. 1. et edd. vett. cum Harles. Beck. Schutz. et Orell.—5 Ern. conj. *potuerat*.—6 *Ipsum* Lamb. Grut. Oliv. et Lall.—7 Mein. *suo quoque hosp.*—8 *Hiemi fluctibusque sese* Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Græv. et Orell.

CAP. XXXVIII. 9 'Male hic reliquerant Ern. et Harles. *horam nonam*. Ex iisdem codd. et edd. quibus supra, a Græv. repositum est *horam octavam*.' Beck.—10 ψ et Huyd. *ardore*.—11 Ms. Metelli omittit *in*, et mox pro

NOTÆ

[k] *Venerios*] Sive quia Veneris ministeriis sacri erant, Venerii dicebantur; sive quia viatores erant in Sicilia, qui magistratibus populi Romani erant apparitorum loco.

[l] *Sthenii mittere*] Supple, incipit mittere.

rire posset,[13] quid diceret. 93. Itaque tantum verbo posuit, Sacerdote prætore, Sthenium literas publicas corrupisse. Vix ille hoc dixerat, cum iste pronuntiat, 'Sthenium literas publicas corrupisse videri:'[m] et hæc præterea addidit homo Venerius,[14 n] novo modo, nullo exemplo, 'ob eam rem H-S quingenties[15 o] Veneri Erycinæ de Sthenii bonis exacturum:' bonaque ejus statim cœpit vendere; et vendidisset, si tantulum moræ fuisset, quo minus ei pecunia illa numeraretur. 94. Ea posteaquam numerata est, contentus hac iniquitate non fuit: palam de sella ac tribunali pronuntiat, 'Si quis absentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, sese[16] ejus nomen recepturum:' et simul, ut ad causam accederet, nomenque deferret, Agathinum, novum affinem[17] atque hospitem, cœpit hortari. Tum ille clare, omnibus audientibus, sese id non esse facturum, neque se usque eo Sthenio esse inimicum, ut eum rei capitalis affinem esse diceret. Hic tum repente Pacilius quidam, homo egens et levis, accedit: ait, si liceret, nomen absentis deferre se velle. Iste vero, et licere, et fieri solere, et se recepturum. Itaque defertur. Edicit statim, ut[18] Kalendis Decembr. adsit Sthenius Syracusis. 95. Hic, qui Romam venisset, satisque feliciter anni[19] jam adverso tempore navigasset, omniaque habuisset æquiora et placabiliora, quam animum prætoris atque hospitis, rem ad amicos suos detulit; [*p.* 128.] quæ, ut erant acerba atque in-

equites habet *equis*.—12 Huyd. *cum exp.*—13 Nonnullæ edd. *possit*, improb. Beck.—14 ψ et Huyd. *Venereus.* '*Novo modo*] Usitatius est *novo more.* Et confunduntur passim in libris *modo* et *more.* Id fortasse et hic factum.' *Ern.* Vox *modo* in Huyd. deest, sed ante *nullo* idem addit *non*.—15 Lamb. e conj. Hotomanni *quingenta:* Schutz. e conj. sua *quindecies*.—16 *Sese* abest a Ms. Metelli.—17 Pro *affinem* Wyttenb. conj. *reum* legend.—18 Huyd. caret

NOTÆ

[m] *Corrupisse videri*] Sic pronuntiabant judices, ut non fecisse aliquid, sed fecisse videri dicerent.

[n] *Homo Venerius*] Qui Sthenium condemnabat Veneri, Venerium appellat.

[o] *H-S quingenties*] Reponunt fere omnes *quingenta*, ita ut vox millia subaudiatur, quæ efficiunt apud nos quinquaginta librarum millia: alioquin ad quinque milliones quingentos sestertiorum millia efficerent.

digna, sic videbantur[20] omnibus. XXXIX. Itaque in senatu continuo Cn. Lentulus et L. Gellius[1] consules faciunt mentionem, placere statui, si patribus conscriptis videretur, 'Ne absentes homines in provinciis rei fierent rerum capitalium.' Causam Sthenii totam, et istius crudelitatem et iniquitatem, senatum[2] docent. Aderat in senatu Verres, pater istius, et flens unumquemque senatorem rogabat, ut filio suo parceret:[3] neque tamen multum proficiebat: erat enim summa voluntas senatus.[t] Itaque sententiæ dicebantur, 'Cum Sthenius absens reus factus esset, de absente judicium nullum fieri placere; et, si quod esset factum, id ratum esse non placere.' 96. Eo die transigi nihil potuit,[u] quod et id temporis erat, et ille, pater istius, invenerat homines, qui dicendo tempus consumerent.[p] Postea senex Verres defensores atque hospites omnes[4] Sthenii convenit: rogat eos atque orat, ne oppugnent filium suum: de Sthenio ne laborent: confirmat his, curaturum se esse, ne quid ei per filium suum noceatur:[5] se homines certos[q] ejus rei causa in Siciliam et terra et mari missurum. Et erat spatium dierum fere[6] triginta ante Kalendas Decembr. quo die[7] iste, ut Syracusis Sthenius adesset, edixerat. 97. Commoventur amici Sthenii; sperant fore, ut patris literis nuntiisque filius ab incepto furore revocetur.[8] In senatu postea

[t] *Senatus volebat libentissime.*
[u] *Nihil potuit perscribi.*

ut.—19 ψ *amni.*—20 'Lamb. dedit *ut erat ... sic videbatur*, atque sic etiam conjecit Ern. ob præcedens *res*. Recte Garaton. post Cort. ad Sallust. Jug. c. 41. observat, interdum voc. *res* subjungi neutrum cum plurali.' *Beck.*

CAP. XXXIX. 1 Pro *L. Gellius* ψ, Huyd. et al. cum Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. habent *Lucullus*.—2 *Senatum* non est in ψ et Huyd.—3 Huyd. Mein. Ven. 1483. Junt. et Orell. *parcerent*, non improb. Beckio.—4 *Omnes* abest a ψ, Franc. 1. Huyd. Ven. 1483. et Junt.—5 *Noceretur* edd. ante Ern. qui e conj. dedit *noceatur*, et quem Beck. ac Schutz. sequuntur.—6 ψ, Huyd. Ven. 1483. et Junt. *forte*.—7 Omittunt *die* Mss. quidam et edd. ante Lamb. qui e Ms. Fabricii inseruit. In Metelli Ms. quoque invenit Gulielm.—8 *Filius*

NOTÆ

[p] *Tempus consumerent*] Consumebatur tempus quo ferri potuisset aliquod senatus decretum; nullum enim vel ante, vel post solis occasum ferebatur.

[q] *Homines certos*] Certi hic homines dicuntur, qui præstituto tempore adveniunt.

causa non agitur. Veniunt ad istum domestici nuntii, literasque[9] a patre afferunt ante Kalendas Decembr. cum isti etiam tum de Sthenio integra[10] tota res esset: eodemque ei tempore de eadem re literæ complures a multis ejus amicis ac necessariis afferuntur. XL. Hic iste, qui præ cupiditate neque officii sui, neque periculi, neque pietatis, neque humanitatis rationem habuisset unquam, neque in eo quod monebatur, auctoritatem patris, nec in eo quod rogabatur, voluntatem [amicorum[11]] anteponendam putavit libidini suæ; mane Kalendis Decembr. ut edixerat, Sthenium citari jubet. 98. Si abs te istam rem parens tuus, alicujus amici rogatu, benignitate aut ambitione[12] inductus, petisset; gravissima tamen apud te voluntas patris esse debuisset: cum vero abs te tui capitis causa peteret, hominesque certos domo misisset, hique eo tempore ad te venissent, cum tibi in integro tota[13] res esset, ne tum quidem te potuit, si non pietatis, at salutis[14] tuæ ratio ad officium sanitatemque reducere? Citat reum: non respondet. Citat accusatorem: (attendite,[15] quæso, judices: videte, quantopere istius amentiæ fortuna ipsa adversata sit: et simul videte, quis Sthenii causam casus adjuverit:) citatus accusator, M. Pacilius, nescio quo casu, non respondit, non affuit. 99. Si præsens Sthenius reus esset factus; si manifesto in maleficio teneretur; tamen, cum accusator non adesset, Sthenium condemnari non oporteret.[16] Etenim, si posset reus, absente accusatore, damnari, non ego a Vibone[17][r] Veliam[s] parvulo navigio inter fugitivorum ac

ab illo furore e Ms. Fabricii ediderunt Græv. Beck. Schutz. *fidelius ab illo fur. revoc.* Metelli Ms. *filius ab incepto revoc.* conj. Lamb. et *filius ab incepto et furore revoc.* Ern.—9 Francii Ms. et Ven. 1483. *literas* sine copula.—10 Vet. cod. ad marg. ed. Lamb. *in integro.*

CAP. XL. 11 *Amicorum* addidit Ern. e conjectura, sed nemo eum sequitur.—12 Huyd. *ben. atque amb.*—13 In eodem Ms. deest *tota.*—14 Huyd. *sed non piet. ac sal.*—15 Idem Ms. *attende.* Tum ab Huyd. Pall. et edd. Vict. Steph. Manut. abest *judices;* et a Ms. Metelli *videte,* prob. Grut.—16 Huyd. caret *non* ante *oporteret.*—17 Post *Vibone* Huyd. Mein. addunt *op-*

NOTÆ

[r] *A Vibone*] Urbs est Vibo, sita in agro Brutio.

[s] *Veliam*] Velia Lucaniæ oppidum in Pæstano sinu.

prædonum ac tua tela[x] venissem, quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis ob eam causam, ne tu ex reis[18] eximerere, si ego non affuissem ad diem. Quod igitur tibi[19] erat in tuo judicio optatissimum, me, cum citatus essem,[20] non adesse; cur Sthenio non putasti prodesse oportere, cum ejus accusator non affuisset?[1] Itaque fecit, ut exitus principio simillimus reperiretur. Quem absentem reum fecerat, eum absente accusatore condemnat. XLI. 100. Nuntiabatur illi primis illis temporibus id, quod pater quoque ad eum pluribus verbis scripserat, agitatam rem esse in senatu: etiam in concione tribunum[2] plebis de causa Sthenii M. Palicanum[3][t] esse questum: [*p.* 129.] postremo me ipsum apud collegium hoc tribunorum[4] plebis, cum eorum omnium edicto non liceret quenquam Romæ esse, qui rei capitalis condemnatus esset, egisse causam Sthenii: cum rem ita exposuissem, quemadmodum nunc apud vos, docuissemque hanc damnationem duci non oportere;[y] tribunos plebis[5] hoc statuisse, idque de[6] omnium sententia pronuntiatum esse, 'Non videri Sthenium impediri edicto, quo minus ei liceret Romæ esse.' 101. Cum hæc ad istum afferrentur,[7] timuit aliquando, et commotus est. Vertit stylum[u] in tabulis suis; quo facto causam omnem evertit suam: nihil enim sibi reliqui fecit, quod defendi[8] aliqua ratione posset.

[x] *Insidias.*

[y] *Non oportere Sthenium habere pro damnato.*

---

pido Brutiorum.—18 ψ et Huyd. *e reo.*—19 *Tibi* deest in ψ, Huyd. edd. Vict. Steph. Manut. Eam Orell. uncis inclusit.—20 *Esses* ψ, Ven. 1483. et Junt.—1 Pro *affuisset* Ern. mavult *adesset.* Tum *Ita fecit* Huyd.

CAP. XLI. 2 ψ omittit *tribunum.*—3 In nummis ille celebris tribunus plebis, quo auctore, tribunicia potestas, a Sylla populo ademta, per Cn. Pompeium consulem restituta est, scribitur *Palikanus* per *k;* et sic excudi fecit Græv.—4 Pro *tribunorum,* quod in Huyd. deest, ψ habet *tribunis.*—5 Metelli et Fabricii Mss. *X. TR. PL.*—6 In ψ, Huyd. et edd. ante Lamb. *de* omittitur.—7 Oliv. *referrentur.* Dein *pertimuit* Fabricii et Metelli Mss. cum

NOTÆ

[t] *Palicanum*] Ex Lollia familia Palicanus fuit.

[u] *Vertit stylum*] Hic parœmia est: id est, tollit ex tabulis, id quod erat, sive corrumpit tabulas, ut postea dicturus est.

Nam si ita defenderet: 'Recipi nomen absentis licet; hoc fieri in provincia nulla lex vetat;' mala et improba defensione, verum aliqua tamen uti videretur. Postremo illo desperatissimo perfugio uti posset, se imprudentem fecisse, existimasse id licere. Quanquam perditissima [9] defensio est, tamen aliquid dici videretur. Tollit ex tabulis id, quod erat, et facit, coram delatum esse.

XLII. 102. Hic videte, in quot se laqueos induerit,[10] quorum ex nullo se unquam expediret. Primum ipse in Sicilia sæpe et palam de loco superiore[y] dixerat, et in sermone multis demonstrarat, licere nomen recipere absentis; se exemplo fecisse id, quod fecisset. Hæc eum dictitasse,[11] priore actione et Sex. Pompeius Chlorus dixit, de cujus virtute antea commemoravi, et Cn. Pompeius Theodorus, homo et[12] Cn. Pompeii, clarissimi viri, judicio plurimis maximisque in rebus probatissimus, et omnium existimatione ornatissimus, et Posides Matro[13] Solentinus, homo summa nobilitate, existimatione, virtute: et hac actione quam voletis multi dicent, et qui ex isto ipso audierint, viri primarii nostri ordinis,[14] et alii, qui interfuerint, cum absentis nomen reciperetur. Deinde Romæ, cum res esset acta in senatu, omnes istius amici, in his etiam pater ejus, hoc defendebat [15] licere fieri; sæpe esse factum; istum, quod fecisset,[16] aliorum exemplo institutoque fecisse. 103. Dicit præterea testimonium tota Sicilia; quæ, in communibus postulatis[x] civitatum omnium, consulibus

[y] *De tribunali.*

Lamb. et Græv.—8 ψ *quo def.*—9 Mss. et vulg. *Quanq. hæc perd.* Gruterus tacite delevit *hæc*, cui Ern. obsecutus est, quod ei *hæc* lauguere videbatur.

CAP. XLII. 10 *Induxit* Huyd. *induxerit* Mein. Ven. 1483. et Junt. Mox *expediet* Oliv. et Lall. Porro in Oliv. *ipse* post *Primum* omittitur.—11 '*Dictitasse*] Ita codd. Fabricii, Metelli, Pall. et edd. pr. *Dictasse*, quod posteriores nonnullæ edd., ex errore typogr. (in Manut. ed. 1565.) ortum videtur.' *Beck.*—12 Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Græv. Oliv. et Harles. carent *et.*—13 *Possides* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. et *Macro* ψ cum Huyd.—14 Al. *vestri ord.* et mox Huyd. *interfuerunt:* Ven. 1483. Junt. *interfuerant.*—15 Orell.

NOTÆ

[x] *Communibus postulatis*] Postulata communia dicuntur ea, quæ Romæ

edidit, rogare atque orare patres conscriptos, ut statuerent, ne absentium nomina reciperentur. Qua de re Cn. Lentulum,[y] patronum Siciliæ, clarissimum adolescentem, dicere audistis: Siculos, cum se causam,[17] quæ pro his sibi in senatu agenda esset, docerent, de Sthenii calamitate questos esse: propterque hanc injuriam, quæ Sthenio facta esset, eos statuisse, ut, quod dico,[18] postularetur. 104. Quæ cum ita essent, tantane amentia præditus[19] atque audacia fuisti, ut in re tam clara, tam testata, tam abs te ipso pervulgata,[20] tabulas publicas corrumpere auderes? At quemadmodum corrupisti? nonne ita, ut, omnibus nobis tacentibus, ipsæ te tuæ tabulæ[1] condemnare possent? Quæso,[2] codicem circumfer:[z] ostende. Videtisne totum hoc nomen, coram ubi facit delatum,[a] esse in litura?[3] Quid fuit istic antea scriptum? quod mendum[4] ista litura correxit? quid a nobis, judices, expectatis argumenta hujus criminis? Nihil dicimus: tabulæ sunt in medio, quæ se corruptas atque interlitas[a] esse clamant. 105. Ex istis etiam tu rebus effugere te posse confidis, cum te nos non opinione dubia, sed tuis vestigiis[b] persequamur, quæ tu in tabulis publicis[5] expressa ac recentia reliquisti? Is mihi

[a] *Expunctas.* [b] *Lituris.*

conj. *defendebant*.—16 Vet. cod. ad marg. ed. Lamb. *iste quod fec.*—17 Huyd. *Siculos, secum causam.*—18 E Nannii Ms. *ut hoc, quod dico* ediderunt Lamb. et Orell.—19 Gulielm. censebat *præditus* delend.—20 Huyd. Ven. 1483. Junt. *pervagata.*—1 Edd. pr. habent *te* ante *possent;* unde suspicatur Ernesti, Ciceronem more suo scripsisse *ipsæ tuæ te tab.*—2 '*Quæso*] In Mss. Nannii et Metelli *Cedo, quæso;* quod Grutero et Garatono placet, et a Græv. atque Lall. receptum est. At Ern. observat, Ciceronem nunquam *cedo* et *quæso* junxisse. Sed jungi ita Brut. 86. docet Scheller. Sunt autem Ciceronis verba ad scribam. Mihi aurium judicium videtur alterutrum respuere. Harles. *cedo* verum, *quæso* glossema judicat.' *Beck. Cedo, quæso* quoque habent Schutz. et Orell.—3 Pro *in litura* ψ habet *inlitum.*—4 Huyd. et Ven. 1483. *quid mundum.* In ed. Lamb. affertur varia lectio *quam mendam;* et Petrus Victorius, Var. Lectt. III. 2. suspicatus est e loco Nonii Marcelli quodam, legi debere, *quam mendam ista denique lit. corr.*—5 *Publicis*

NOTÆ

mense Februario consulibus nomine totius provinciæ scripta edebantur, ut de iis referrent ad senatum.

[y] *Cn. Lentulum*] Marcellinum.

[z] *Codicem circumfer*] Alloquitur scribam, cui literas legendas dederat.

[a] *Delatum*] Sthenium.

etiam Sthenium literas publicas corrupisse, causa incognita, judicavit,[6] qui defendere non potuerit,[7] se non ex ipsius Sthenii nomine literas publicas corrupisse? XLIII. 106. Videte porro aliam dementiam: videte, ut, dum expedire sese vult, induat.[8] Cognitorem[b] ascribit Sthenio. Quem? cognatum aliquem, aut propinquum? non. [*p.* 130.] Thermitanum aliquem, honestum hominem ac nobilem? ne id quidem. At Siculum, in quo aliquis splendor dignitasque esset? minime.[9] Quid igitur? civem Romanum. Cui hoc probari[10] potest? Cum esset Sthenius civitatis suæ nobilissimus, amplissima cognatione, plurimis amicitiis; cum præterea tota Sicilia multum auctoritate et gratia posset; invenire neminem Siculum[11] potuit, qui pro se cognitor fieret? Hoc probabis?[12] an ipse civem Romanum maluit? cedo, cui Siculo, cum is reus fieret, civis Romanus cognitor factus unquam sit. Omnium prætorum literas,[c] qui ante fuerunt,[13] profer, explica. Si unum inveneris; ego hoc tibi, quemadmodum in tabulis[14] scriptum habes, ita gestum esse concedam. 107. At, credo, Sthenius hoc sibi amplum esse putavit, eligere e civium Romanorum numero, ex amicorum atque hospitum[15] suorum copia, quem cognitorem daret. Quem delegit? quis in tabulis scriptus est? C. Claudius, C. F. Palatina.[d] Non quæro,[16] quis hic sit Claudius, quam splendidus, quam

omittunt Franc. 1. et Lamb.—6 Manut. Græv. et Lall. e conj. Hotomanni *judicabit:* Oliv. *judicaverit.*—7 Lamb. et Græv. contra libros omnes ediderunt *potuit.* Dein Lamb. et Schutz. *in ipsius.* Ms. Metelli omittit præpositionem, et Græv. eam delevit. In ed. Ven. 1483. *se ex ips. Sth. nom. lit. publ. non corr.*

CAP. XLIII. 8 Huyd. *judicat,* et mox *scribit.*—9 Pro *minime* ψ et Ms. Metelli *neminem.* Tum *Quem igitur* Lamb. Grut. Oliv. Lall. et Schutz.—10 Mein. *probare.*—11 Huyd. *Siculorum.*—12 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *probabitis;* 'quod forte natum ex *probabilist,* quod passim in membranis scriptum pro *probabile est.*' Grut.—13 Lamb. e conj. Hotomanni *ante te fuerunt.*—14 ψ caret verbis *in tabulis.*—15 Voces *atque hospitum* in Huyd. desunt.—16 '*Nomen tributi non quæro* ψ. Lectio orta e gloss. ad voc. *Palatina,*

NOTÆ

[b] *Cognitorem*] Cognitor is dicitur, qui præsens res inquirit.

[c] *Prætorum literas*] Literæ prætorum asservabantur, in quibus omnium judiciorum acta continebantur.

[d] *Palatina*] Id est, ex tribu Palatina.

honestus, quam idoneus, propter cujus auctoritatem et dignitatem Sthenius ab omnium Siculorum consuetudine discederet, et civem Romanum cognitorem daret. Nihil horum quæro: fortasse enim Sthenius non splendorem hominis, sed familiaritatem secutus est. Quid si omnium mortalium Sthenio nemo inimicior,[17] quam hic C. Claudius, tum semper, tum in his[18] ipsis rebus et temporibus fuit? Si de literis corruptis contra venit?[c] si contra omni ratione pugnavit? utrum potius pro Sthenio inimicum cognitorem esse factum, an te in Sthenii periculo[19] inimici ejus nomine abusum esse credemus? XLIV. 108. Ac, ne quis forte dubitet, cujusmodi totum sit negotium; tametsi jamdudum omnibus istius improbitatem perspicuam esse confido, tamen paululum[20] etiam attendite. Videtis illum subcrispo capillo, nigrum, qui eo vultu nos intuetur, ut sibi ipse peracutus[e] esse videatur? qui tabulas tenet? qui scribit? qui monet? qui proximus est? is est C. Claudius, qui in Sicilia sequester[f] istius, interpres, confector negotiorum, prope collega Timarchidi[g] numerabatur: nunc obtinet[1] eum locum, ut vix Apronio illi de familiaritate concedere videatur, et qui se non Timarchidis,[2] sed ipsius Verris collegam et socium esse dicebat. 109. Dubitate etiam, si potestis,[3] quin eum iste potissimum ex omni numero delegerit, cui hanc falsi cognitoris improbam personam imponeret,[4] quem

[c] *Si inimicus venit.*

nomen tribus.' *Orell.*—17 Ms. Metelli et Franc. 1. *inimicitior.*—18 *His* in Huyd. omittitur.—19 *Ante Sth. periculum* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. *an te in Sth. periculum* edd. pr. et Oliv. Vid. Ind. Latinitatis in 'Periculum.'

CAP. XLIV. 20 Huyd. *paullum.*—1 *Obtineat* ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. *obtinebat* Lamb. Hinc, ea lectione probata, Hotom. scribi voluit *videretur*, quod Lamb. dedit.—2 Schutz. et Orell. *Timarchidi.*—3 *Dubitare etiam si pot.* Huyd. et ed. Med. Hinc Ascens. dedit *Dubitare etiam sic pot.* Victorius, *Dubitare etiam num pot.* Lamb. *Dubitate etiam nunc, si pot.* Mox *iste* ante *potissimum* non est in Huyd.—4 *Cui improbam personam imp.* Mss. plerique,

NOTÆ

[e] *Peracutus*] Cicero conqueritur quod quasi vir ingeniosus, et multum sibi fidens ceteros cum contemtu veluti homines abjectos aspiciat C. ille Claudius.

[f] *Sequester*] Claudius qui res depositas habet, sequester dicitur.

[g] *Timarchidi*] Timarchidis interpres mercaturæ judiciorum faciendæ fuit.

et huic inimicissimum, et sibi amicum [5] esse arbitraretur. Hic vos dubitabitis, judices, tantam istius audaciam, tantam crudelitatem, tantam injuriam vindicare? dubitabitis [6] exemplum judicum illorum sequi, qui, damnato Cn. Dolabella, damnationem Philodami [h] Opuntii resciderunt, quod is non absens [7] reus factus esset (quæ res iniquissima et acerbissima est) sed cum ei legatio Romam a suis civibus esset data? Quod illi judices multo in leviore causa statuerunt,[8] æquitatem secuti; vos id statuere in gravissima causa, præsertim aliorum auctoritate jam confirmatum, dubitabitis? [9]

XLV. 110. At quem hominem, C. Verres, tanta, tam insigni injuria affecisti? [10] cujus absentis nomen recepisti? quem absentem, non modo sine crimine, et sine teste, verum etiam sine accusatore damnasti? Quem hominem? Dii immortales! non dicam amicum tuum, quod apud homines carissimum [11] est; non hospitem, quod sanctissimum est; nihil enim minus libenter de Sthenio commemoro: [*p.* 131.] nihil aliud in eo, quod reprehendi possit, invenio, nisi quod homo frugalissimus atque integerrimus, te, hominem plenum stupri, flagitii, sceleris, domum suam invitavit; nisi quod, qui C. Marii,[i]

Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. *cui improbam falsi cognitoris personam imp.* Nannii Ms. Lamb. Grut. et Schutz. *cui hanc cognitoris falsi improbam personam imp.* Ms. Metelli: *cui hanc falsi cognitoris improbum pers. imp.* Græv. Oliv. Lall. Harles. et Beck.—5 Pro *amicum* Metelli Ms. habet *amicissimum.* —6 Mss. plerique et vulg. *dubitatis . . . dubitatis.* E Ms. Nannii *dubitabitis . . . dubitabitis* edidit Græv. quem Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—7 Beck. et Schutz. suspicati sunt legend. *non quod is absens, &c.* Harles. hanc conjecturam proposuerat, *rescid., non, quod is non absens reus factus esset, cujus res iniq. et acerb. esset, sed cum isti* (nempe, Verri) *legatio a suis civibus esset data.*—8 *In* ante *leviore causa* omittit Ms. Metelli: et pro *statuerunt* Huyd. habet *steterunt.*—9 Huyd. Mein. Metelli Ms. et Lamb. *dubitatis.*

CAP. XLV. 10 Post verbum *affecisti* Lamb. e Ms. Fabric. addit, *quem hominem absentem de literis corruptis, causa incognita, condemnasti?* prob. Garaton. improb. Orellio. Mox pro *recepisti* Huyd. habet *accepisti.*—11 Ern. conj.

NOTÆ

[h] *Philodami*] A Dolabella damnatus est Philodamus.

[i] *Marii*] De Mario, qui septies consul fuit, loquitur.

Cn. Pompeii,[12 k] C. Marcelli,[l] L. Sisennæ,[m] tui defensoris, ceterorumque virorum[13] fortissimorum hospes fuisset atque esset; ad eum numerum clarissimorum hominum tuum quoque nomen ascripsit.[14] 111. Quare de hospitio violato, et de isto tuo nefario scelere nihil queror: hoc dico, non iis, qui Sthenium norunt, hoc est, nemini eorum qui in Sicilia fuerunt; (nemo enim ignorat, quo hic in civitate sua splendore, qua apud omnes Siculos dignitate atque existimatione sit) sed, ut illi quoque, qui in ea provincia non fuerunt, intelligere possint, in quo homine tu statueris exemplum ejusmodi, quod tum propter iniquitatem rei, tum etiam propter hominis dignitatem, acerbum omnibus atque intolerandum videretur. XLVI. 112. Estne Sthenius is, qui omnes honores domi suæ[15] facillime cum adeptus esset, amplissime ac magnificentissime gessit? qui oppidum non maximum, maximis ex pecunia sua locis[16] communibus, monumentisque decoravit? cujus de meritis in rempublicam[17] Thermitanorum, Siculosque universos, fuit ænea tabula fixa Thermis in curia, in qua publice erat de hujus beneficiis scriptum et incisum? quæ tabula tum imperio[18] tuo revulsa, nunc a me tamen deportata est,[19 n] ut omnes hujus honores inter suos, et amplitudinem possent cognoscere. 113. Estne hic, qui apud Cn. Pompeium, clarissimum virum, cum accusatus esset, quod propter C. Marii[20]

apud omnes gravissimum.—12 *Et Cn. Pompeii* Ven. 1483. Junt. Crat. Græv.—13 Ms. ad marg. ed. Lamb. et ed. Ven. 1483. omittunt copulam, et in Huyd. Ven. 1483. Naug. Steph. Manut. etiam deest *virorum*, quod utrumque probat Garaton. ut legatur, *ceterorum fortissimorum hospes.*—14 ψ, Huyd. et quædam edd. vett. *ascripserit.*

CAP. XLVI. 15 *Suæ* suspectum fuit J. F. Gronovio.—16 Huyd. *suis locis.*—17 ψ *in republica*, et sic infra.—18 Huyd. *cum imp.*—19 Mss. plerique et vulg. *nunc a me tamen reportata est.* In Nannii Ms. *inde a me deportata est;* et in Franc. 2. quoque *nunc* deest. J. F. Gronov. Obss. I. 12. legi jussit, *nunc a me Romam deportata est.* Edidit Græv. *nunc a me tamen deportata est;* et sic Harles. Beck. Schutz. et Orell.—20 ψ et Huyd. *Martii;* et mox

NOTÆ

[k] *Cn. Pompeii*] Tum consul erat Pompeius.

[l] *C. Marcelli*] Siciliæ præfuerat Marcellus.

[m] *L. Sisennæ*] E Cornelia gente nobilissima fuit Sisenna.

[n] *Deportata* [*reportata*] *est*] In curiam unde fuerat exportata.

familiaritatem et hospitium, contra rempublicam [d] sensisse eum inimici et accusatores ejus dicerent, cum magis [1] invidioso crimine, quam vero arcesseretur; ita a Cn. Pompeio absolutus est, ut in eo ipso judicio Pompeius hunc hospitio suo dignissimum statueret? [2] ita porro laudatus defensusque ab omnibus Siculis, ut idem Pompeius non ab homine solum, sed etiam a provincia tota se hujus absolutione inire gratiam arbitraretur? postremo, estne hic, qui et animum in rempublicam habuit ejusmodi, et tantum auctoritate apud suos cives potuit, ut perficeret in Sicilia solus, te prætore, quod non modo Siculus nemo, sed ne Sicilia quidem tota potuisset; ut ex oppido Thermis nullum signum, nullum ornamentum, nihil ex sacro, nihil de publico attingeres; cum præsertim essent multa præclara, et tu omnia concupisses? 114. Denique nunc vide, quid inter te, cujus nomine apud Siculos dies festi agitantur, et præclara illa Verrea [3] celebrantur, cui statuæ Romæ stant inauratæ, a communi Siciliæ,[e] [4] quemadmodum inscriptum videmus, datæ: [5] vide, inquam, quid inter te et hunc Siculum, qui abs te est, patrono [6] Siciliæ, condemnatus, intersit. Hunc civitates ex Sicilia permultæ, testimonio suo, legationibusque ob eam rem [7] missis, publice laudant: te omnium Siculorum patronum, una Mamertina civitas, socia furtorum ac flagitiorum tuorum, publice laudat: ita tamen, novo more, ut legati lædant,[f] legatio laudet; ceteræ quidem civitates publice literis, legationibus, testimoniis accusant, queruntur, arguunt: si tu absolutus [8] sis, funditus eversas se esse arbitrantur. XLVII. 115. Hoc de homine, ac de hujus bonis, etiam in Erycino [9] monte monumentum

[d] *Contra nobiles.* [e] *Republica Siciliæ.* [f] *Accusent.*

pro *eum* ψ habet *cum.*—1 *Quod cum magis* Huyd. Ven. 1483. Junt. *quod tum magis* ψ, Pall. edd. Vict. Crat. et Steph. *cum quo magis* Metelli Ms.—2 Ern. e conj. dedit *statueret,* et sic Harles. In omnibus aliis edd. *statuerit.*—3 In ψ et Huyd. *Verrea* omittitur.—4 Huyd. et nonnullæ edd. vett. *communi Sicilia,* quod Hotom. correxit.—5 Huyd. *dare.*—6 Idem Ms. *cum patrono.*—7 *Ad eam rem* Huyd. et pauci alii cum edd. ante Lamb. ac etiam Orell. prob. Garaton. *ob eam rem* Mss. plerique et vulg.—8 ψ *si tamen abs.*

CAP. XLVII. 9 '*In Eryco monte*] Jam supra diximus, aut *Erycino,* ut in

tuorum flagitiorum crudelitatisque posuisti; in quo Sthenii Thermitani nomen ascriptum est.[o] Vide argenteum Cupidinem cum lampade. Quid tandem[10] habuit argumenti[s] aut rationis res, quamobrem in eo[p] potissimum Sthenianum præmium[q] poneretur? utrum hoc signum cupiditatis tuæ, an tropæum necessitudinis atque hospitii, an amoris indicium[11] esse voluisti? [*p.* 132.] Faciunt hoc homines, quos in summa nequitia non solum libido et voluptas, verum etiam ipsius nequitiæ fama delectat, ut multis in locis notas ac vestigia scelerum[12] suorum relinqui velint. 116. Ardebat amore illius hospitæ,[r] propter quam hospitii jura violarat. Hoc non solum sciri tum, verum etiam commemorari semper volebat. Itaque ex illa ipsa re, quam, accusante Agathino, gesserat, Veneri potissimum deberi præmium statuit, quæ illam totam accusationem judiciumque conflarat. Putarem te gratum in Deos, si hoc donum Veneri non de Sthenii bonis dedisses, sed de tuis; quod facere debuisti, præsertim cum tibi illo ipso anno a Chelidone venisset hæreditas. 117. Hic ego, si hanc causam non omnium Siculorum rogatu recepissem; si hoc a me muneris non universa provincia poposcisset; si me[13] animus atque amor in rempublicam[14] existimatioque offensa nostri ordinis[s] ac judiciorum non hoc facere coëgisset, atque hæc una causa fuisset, quod amicum atque hospitem meum Sthenium, quem in quæstura[15] mea[t] singulariter dilexis-

[s] *Quid fuit causæ.*

Asconio; aut *Eryce* legendum esse, quemadmodum et Strabo, et Virgilius, et Plinius, et alii omnes locuti sunt.' *Hotom.* Vulg. *Eryco:* Manut. et Lamb. *Eryce*, prob. Garaton. *Erycino* correxit Ern. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur. Vid. cap. 7.—10 Huyd. *tamen.*—11 Quædam edd. vett. *judicium.*—12 Pro *scelerum* Lamb. et Schutz. habent *flagitiorum.*—13 In ψ *me* omittitur.—14 Ed. Vict. *in reipublica.*—15 *Quem ego in quæst.*

NOTÆ

[o] *Ascriptum est*] Id est, ex bonis Sthenii damnati hoc donum Veneri dicatum est.

[p] *In eo*] Nempe in monte Eryce, qui locus Veneri sacer est.

[q] *Sthenianum præmium*] De hoc infra.

[r] *Hospitæ*] Callidamam intelligit, de qua superius.

[s] *Offensa nostri ordinis*] Quia senatus male audiebat propter judiciorum infamiam.

[t] *In quæstura mea*] Quæstor in Sicilia fuerat Cicero.

sem, de quo optime existimassem, quem in provincia existimationis meæ studiosissimum cupidissimumque cognossem, tam crudeliter, scelerate, nefarieque tractasses; tamen digna causa, cur [16] inimicitias hominis improbissimi susciperem, ut hospitis salutem fortunasque defenderem. 118. Fecerunt hoc multi apud majores nostros: fecit etiam nuper homo clarissimus, Cn. Domitius, qui M. Silanum,[17] [u] consularem virum, accusavit propter Egritomari [18] Transalpini hospitis injurias. Putarem me idoneum, qui exemplum sequerer humanitatis atque officii, proponeremque spem meis hospitibus ac necessariis, quo tutiorem vitam sese meo præsidio victuros esse arbitrarentur. Cum vero in communibus injuriis totius provinciæ,[19] Sthenii quoque causa contineatur, multique uno tempore a me hospites atque amici publice privatimque [20] defendantur; profecto vereri non debeo, ne quis hoc, quod facio, non existimet me [1] summi officii ratione impulsum coactumque suscepisse. XLVIII. Atque, ut aliquando de rebus ab isto cognitis, judicatisque,[2] et de judiciis dătis dicere desistamus; et, quoniam facta istius in his generibus infinita sunt, nos modum aliquem, et finem orationi nostræ, criminibusque faciamus: pauca ex aliis generibus sumemus.[3]

119. Audistis ob jus dicundum, Q. Varium [4] dicere, procuratores suos isti centum et triginta [x] millia nummum dedisse: meministis Q. Varii testimonium, remque hanc

Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Lamb. et Orell. Alii Mss. et edd. *ego* omittunt.—16 *Causa esset cur* Lamb. Græv. Oliv. et Lall. *causa videretur cur* Schutz. et Orell. e Metelli et Fabricii Mss. *causa cur* aliæ edd. et Mss. plerique. Beck. mavult *causa fuisset cur*.—17 Huyd. *Syllanum*.—18 Huyd. *Centomari:* Fabricii Ms. *Ægritomari:* Ven. 1480. *Acritomari*. Cf. Divin. in Cæcil. c. 20.—19 Post *provinciæ* Huyd. addit *Siciliæ*.—20 Post *privatimque* in ψ adduntur verba *uno tempore*.—1 Quædam edd. vett. carent *me*.

Cap. XLVIII. 2 ψ et Huyd. *vindicatisque*.—3 Lamb. *sumamus*.—4 Ms. Fabricii et hic et infra *Q. Valerium:* Metelli Ms. *Quartum:* Lamb. *Marium*.

NOTÆ

[u] *Silanum*] Silanus vir consularis a Domitio propter Egritomari Transalpini hospitis injurias accusatus est.

[x] *Centum et triginta*] Tredecim librarum millia.

totam C. Sacerdotis, hominis ornatissimi, testimonio comprobari: scitis, Cn. Sertium,[5] M. Modium, equites Romanos, sexcentos præterea cives Romanos, multosque Siculos, dixisse, se[6] isti pecuniam ob jus dicundum dedisse. De quo crimine quid ego disputem, cum id totum[7] positum sit in testibus? quid porro argumenter, qua de re dubitare nemo possit? An hoc dubitabit quisquam omnium, quin is venalem in Sicilia jurisdictionem habuerit, qui Romæ totum edictum atque omnia decreta vendiderit? quin is ab Siculis[8] ob decreta interponenda pecuniam acceperit,[9] qui M. Octavium Ligurem[y] ob jus dicundum poposcerit?[10] 120. Quod enim iste præterea[11] genus pecuniæ cogendæ præteriit? quod non, ab omnibus aliis præteritum, excogitavit? Ecqua[12] res apud civitates Siculas expetitur, in qua aut honos aliquis sit, aut potestas, aut procuratio, quin eam rem tu ad tuum quæstum, nundinationemque hominum[13] traduxeris? XLIX. Dicta sunt priore actione et privatim et publice testimonia: legati Centuripini,[14] Halesini, Catinenses,[15] Panormitanique dixerunt, multarum præterea civitatum: jam vero privatim plurimi: quorum ex testimoniis cognoscere potuistis, tota Sicilia per triennium neminem ulla in civitate senatorem factum esse gratis; [*p.* 133.] neminem, ut leges eorum sunt, suffragiis; neminem, nisi istius imperio aut literis; atque in[16] his omnibus senatoribus cooptandis,[17] non modo suffragia nulla fuisse, sed ne genera[z] quidem spectata esse, ex quibus in eum

---

—5 Nomen *Sertium* suspectum est Ernestio. *Serium* aut *Sergium* latere conjicit Harles.—6 ψ, Huyd. et edd. ante Lamb. omittunt *se*.—7 *Cum totum*, sine *id*, Huyd. Ven. Junt. Crat. Lamb.—8 *Et quin ab Sic.* Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. Lamb. unde Beck. *et quin is ab Sic.* Vulg. *quin is ab Sic.*—9 *Pec. ceperit* Lamb. qui post *Ligurem* inserit *pecuniam*.—10 Huyd. *poposceret*.—11 *Quid enim est, præterea* Mss. aliqui, Ven. 1480. Junt. *Quod enim præterea genus* vulg. E Fabricii et Metelli Mss. cum Lamb. *iste* addidit Ern. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur. Gulielm. conj. *Quid enim iste prætor*. Schutz. suspic. *præterea* delend.—12 Ven. 1489. *Et quæ*.—13 Valckenaer conj. *honorum*.

CAP. XLIX. 14 Huyd. *Centupirni*.—15 Al. *Catanenses*.—16 Grut. *in* omit-

NOTÆ

[y] *Ligurem*] De quo jam act. II. lib. I. § 125.

[z] *Genera*] Videtur indicare quod ex libertino genere crearentur a Verre

ordinem cooptari liceret; neque census, neque ætatis,[18] neque cetera Siculorum jura valuisse. 121. Quicumque senator voluerit[19] fieri, quamvis puer, quamvis indignus, quamvis ex eo loco, ex quo non liceret; si is pretio apud istum fieret idoneus, ut vinceret,[20] factum esse semper: non modo Siculorum nihil in hac re valuisse leges, sed ne ab senatu quidem populoque Romano datas. Quas enim leges sociis amicisque dat is, qui habet imperium a populo Romano, auctoritatem[1] legum dandarum a senatu; hæ debent et populi Romani et senatus existimari. 122. Halesini pro multis et magnis suis majorumque suorum in rempublicam nostram meritis atque beneficiis, suo jure nuper, L. Licinio,[a] Q. Mucio consulibus, cum haberent inter se controversias de senatu cooptando, leges ab senatu nostro petiverunt. Decrevit senatus honorifico senatus consulto, ut his C. Claudius, Appii filius, Pulcher,[2] prætor, de senatu cooptando leges conscriberet. C. Claudius, adhibitis omnibus Marcellis,[b] qui tum erant, de eorum sententia leges Halesinis dedit; in quibus multa sanxit de ætate hominum, ne quis[3] minor triginta annis[c] natu; de quæstu,[d] quem qui

tit.—17 *Cooptandis* suspectum est Ernestio.—18 *Ætas* Huyd. *ælates* Ven. 1483. et Junt.—19 *Voluerat* Huyd. Franc. 1. Nannii Ms. Ven. 1480. et Junt. —20 *Si is pretio apud istum fieret idoneus, ut vinc.* Mss. plerique et edd. omnes, nisi quod *illum* Ven. 1483. Junt. *si is pretio apud istum idoneus, vinceret* Nannii et Metelli Mss. Nannius conjecit, *si is pretio apud istum ut fieret idoneus vinceret:* Ernesti aut *si is pretio fieret idoneus,* aut *si is pretio vinceret;* reliqua e glossemate esse censet. Harles. mavult *si is apud istum fieret idoneus vincendo.* Quidam in Biblioth. Philol. Lips. 1777. vol. III. p. 196. conjecit *si is pretio apud istum vinceret, ut fieret idoneus.*—1 Steph. e conj. Nannii *et auct.* prob. Garaton.—2 Lall. e Pariss. edidit *C. Claudius, C. Filius, Pulcher.* Pro *his* Orell. conj. *iis* legend. Mox pro *cooptando* in ψ *captando.*—3 E Franc. 1. et Nannii Ms. *ne qui* edidit Græv. quem Schutz. et Orell. sequun-

NOTÆ

senatores.

[a] *Nuper, L. Licinio*] Ab annis quatuordecim consul fuerat Licinius.

[b] *Marcellis*] Cum Siciliæ patroni Marcelli essent, advocati sunt a prætore in consilium, in quo de rebus Siculorum agebatur.

[c] *Triginta annis*] Petebant Halesini de senatu instituendo: statuit Claudius ut ante trigesimum annum nullus senator cooptaretur: quæ fuit legitima ætas apud Romanos.

[d] *De quæstu*] Quicumque sordidum quæstum fecerat, v. g. histrionis, præconis, excludebatur a senatu.

fecisset, ne legeretur; de censu,[e] de ceteris rebus: quæ omnia, ante istum prætorem, et nostrorum magistratuum auctoritate, et Halesinorum summa voluntate valuerunt. Ab isto et præco, qui voluit, istum ordinem pretio mercatus est, et pueri annorum senum septenumque[4] denum,[h] senatorium nomen nundinati sunt: et, quod Halesini, antiquissimi et fidelissimi socii atque amici, Romæ impetrarant, ut apud se ne suffragiis quidem fieri liceret, id pretio, ut fieri posset, effecit. L. 123. Agrigentini de senatu cooptando Scipionis leges antiquas habent; in quibus et eadem illa sancta sunt, et hoc amplius: cum Agrigentinorum duo genera sint, unum veterum, alterum colonorum,[f] quos T. Manlius[5] prætor ex senatus consulto de oppidis Siculorum deduxit Agrigentum; cautum est[6] in Scipionis legibus, ne plures essent in senatu[7] ex colonorum numero, quam ex vetere[8] Agrigentinorum. Iste, qui omnia jura pretio exæquasset, omniumque rerum delectum atque discrimen pecunia sustulisset; non modo illa, quæ erant ætatis, ordinis, quæstusque, permiscuit, sed etiam in his duobus generibus, civium novorum veterumque, delectum ordinemque[9] turbavit. 124. Nam, cum esset ex veterum numero[10] quidam senator demortuus, et cum ex utroque genere par numerus reliquus esset; veterem cooptari[11] necesse erat legibus, ut is amplior[12] numerus esset.[g] Quæ

[h] *Sexdecim, et septemdecim.*

---

tur. *Ne quis* ceteri. Dein Garaton. mavult *natus*.—4 Franc. 1. *septenum*, sine copula.

Cap. L. 5 Ms. Metelli *L. Manl.* Pighius ad a. 546. correxit e Liv. XXVII. 36. *C. Mamilius*, probb. Ern. et Harles. et quod Schutz. recepit.—6 ψ *deduxit. Agrigenti cautum est, &c.* In Huyd. quoque *Agrigenti*.—7 Verba *in senatu* e Nannii Ms. primus inseruit Steph. et ita ψ et alii.—8 *Ex veterum* de Hotomanni conjectura, Lamb. Græv. Oliv. Lall. Schutz. prob. Orell. *ex vetere* Mss. et edd. vett. cum Grut. Harles. Beck. et Orell.—9 Verba *delectum ordinemque* in ψ et Huyd. desunt.—10 Huyd. *ex vetere numero:* et Lamb. *quispiam sen.*—11 ψ *coactari.*—12 *Ut is amplius* Ven. 1483. Junt. *ut his amplius*

NOTÆ

[e] *De censu*] Romæ senatores viginti quatuor millia scutatorum debebant possidere.

[f] *Colonorum*] Coloni Agrigentum conducti fuerant ex aliis Siciliæ oppidis.

[g] *Amplior* [*amplius*] *numerus esset*] Id est, major, et amplior.

cum ita se res haberet;[13] tamen ad istum venerunt emtum locum illum senatorium non solum veteres, sed etiam novi: fit, ut pretio novus vincat, literasque a prætore auferat.[14] Agrigentini ad istum legatos mittunt, qui eum leges doceant, consuetudinemque[15] omnium annorum demonstrent; ut iste intelligeret, ei se illum locum vendidisse, cui ne commercium[h] quidem esse oporteret. Quorum oratione iste, cum pretium jam accepisset, ne tantulum quidem commotus est. 125. Idem fecit Heracleæ:[16] nam eo quoque colonos P. Rupilius deduxit, legesque similes de cooptando[17] senatu, ac de numero veterum ac novorum dedit. Ibi non solum iste, ut apud ceteros, pecuniam accepit, sed etiam genera veterum ac novorum numerumque permiscuit. LI. Nolite expectare, dum omnes obeam oratione mea civitates.[i] [*p.* 134.] Hoc uno complector[18] omnia, neminem isto prætore senatorem fieri potuisse, nisi qui isti pecuniam dedisset.

126. Hoc idem transfero in magistratus, curationes,[i] sacerdotia: quibus in rebus non solum hominum jura, sed etiam Deorum religiones immortalium omnes repudiavit. Syracusis lex est de religione,[19] quæ in annos singulos Jovis sacerdotem sortito capi jubeat;[20] quod apud illos amplissimum sacerdotium putatur. 127. Cum suffragiis tres

[i] *Ut persequar sigillatim civitates.*

Crat. *ut his amplior* Steph. e Nannii Ms. *ut hic amplior* Lamb. *ut is amplior* Mss. plerique et vulg. In Pal. 1. desunt verba *ut is*.—13 Huyd. *haberent*.—14 ψ et Huyd. et ed. Vict. *afferat*.—15 Idem Mss. *consuetudinesque*.—16 Huyd. *Heracleo*.—17 ψ *aptando*.

CAP. LI. 18 Post *complector* Mss. plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Grut. Oliv. Lall. addunt *crimine*, quod cum in Ms. Metelli desit, Græv. et Ern. deleverunt; quos Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur. In Franc. 1. *nomine* additur.—19 Voces *de religione* suspectæ fuerunt Grutero.—20 *Jubebat* Mss. plerique et edd. ante Grut. cum Græv. Oliv. et Lall. *jubeat* restituit Ern. et sic habent ψ, Huyd. Harles. Beck. Schutz. et Orell. qui conjecit

NOTÆ

[h] *Cui ne commercium*] Id est, qui ne senator quidem in pari veterum novorumque numero posset esse.

[i] *Curationes*] Per curationes intelligit potestatem administrandi bona ejus, qui vel ob ætatem, vel ob mentis corporisque vitium, suas res administrare non potest.

ex tribus generibus creati sunt, res revocatur ad sortem. Perfecerat[1] iste imperio, ut pro suffragio Theomnastus familiaris suus in tribus illis renuntiaretur. In sorte, cui imperare non poterat, expectabant homines, quidnam acturus[2] esset. Homo, id quod erat facillimum, primo vetat sortiri: jubet extra sortem Theomnastum renuntiari. Negant id Syracusani per religiones[3] sacrorum ullo modo fieri posse: fas denique negant esse. Jubet ille sibi legem recitari:[4] recitatur: in qua scriptum erat, ut, 'Quot essent renuntiati, tot in hydriam sortes conjicerentur: cujus[5] nomen exisset, ut is haberet id[6] sacerdotium.' Iste,[7] homo ingeniosus et peracutus, Optime, inquit: nempe scriptum ita est, quot renuntiati erunt. Quot ergo (inquit[8]) sunt renuntiati? Responsum,[9] tres. Numquid igitur oportet, nisi tres sortes conjici; unam educi? Nihil. Conjici jubet tres, in quibus omnibus scriptum esset nomen Theomnasti. Fit clamor maximus, cum id universis indignum atque nefarium videretur. Ita Jovis illud sacerdotium amplissimum per hanc rationem Theomnasto datur.

LII. 128. Cephaledi[10 k] mensis est certus, quo mense sacerdotem maximum creari oporteat. Erat ejus honoris cupidus Artemo[11] quidam, Climachias cognomine, homo sane locuples, et domi nobilis: sed is fieri nullo modo poterat, si Herodotus quidam adesset. Ei locus ille atque honos in illum annum ita deberi putabatur, ut ne Clima-

---

jubet legend.—1 Huyd. *præfecerat*, et mox ψ *Themonastus*.—2 Lamb. *facturus*.—3 Al. *religionem*.—4 Huyd. *Jubet iste legem sublegi*. Pro *recitari* quædam edd. vett. habent *legi*.—5 In Ms. Nannii et Ms. ad marg. ed. Lamb. *cujum*.—6 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. omittunt *id*: Orell. uncis inclusit.—7 *Iste* omittunt Mss. et edd. ante Lamb. qui primus eam inseruit. Orell. uncis inclusit. Tum pro *ingeniosus*, Grut. et al. habent *negotiosus*, errore typographico, ut ait Orell. Porro Huyd. *percautus*.—8 Verbum *inquit* deest in ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam.—9 ψ *Respondit*.

CAP. LII. 10 *Cephalœdi* Mss. cum Græv. Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. *Cephaledii* Lamb. *Cephalœdii* Orell. *Cephaledi* debetur Hotomanni conjecturæ.—11 *Athenio* Manut. et Lamb. *Arthenio* edd. vett. *Artemo* Mss. ple-

NOTÆ

k *Cephaledi*] Cephaledium parvum est Siciliæ oppidum.

chias quidem contra diceret. Res ad istum defertur, et istius more[l] deciditur. Toreumata[m] sane nota ac pretiosa auferuntur. Herodotus Romæ erat: satis putabat se a comitia[n] tempore venturum, si pridie venisset. Iste, ne aut alio mense,[o] ac fas erat, comitia haberentur, aut Herodoto præsenti honos adimeretur, (id quod iste non laborabat, Climachias minime volebat,) excogitat, (dixi jamdudum; non est homo acutior[12] quisquam, nec fuit,) excogitat, inquam, quemadmodum mense illo legitimo comitia haberentur, nec tamen Herodotus adesse posset. 129. Est consuetudo Siculorum, ceterorumque Græcorum,[p] quod suos dies mensesque congruere volunt cum solis lunæque ratione, ut nonnunquam, si quid discrepet,[13] eximant unum aliquem diem, aut summum, biduum ex mense; quos illi ἐξαιρεσίμους[k] [14] dies nominant: item nonnunquam uno die longiorem mensem faciunt, aut biduo. Quæ iste cum cognovisset, novus astrologus, qui non tam cœli rationem, quam cælati argenti duceret, eximi jubet non diem ex mense, sed ex anno unum dimidiatumque mensem;[15] hoc modo, ut, quo die, verbi causa, esse oporteret Idus Januarias,[16] eo die Kalendas Martias proscriberet:[17] itaque

[k] *Exemtos.*

rique et vulg.—12 *Cautior* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt.—13 Oliv. *si quis discr.*—14 Huyd. *αἱρεσίμους.*—15 Ante *mensem* Huyd. inserit *diem.*—16 Pontedera Antiqq. p. 322. scribi jubet, *oport. V. Idus Jan.* ut scilicet unus mensis et dimidius, s. 45. dies efficiantur.—17 Nannii Ms. et nonnullæ edd. vett. *proscribere*

NOTÆ

[l] *More*] Id est, pecunia promissa consueto Verris more tota res deciditur.

[m] *Toreumata*] Toreumata opera sunt torno facta, sive etiam sculpta et cælata.

[n] *Comitia*] In quibus eligi sacerdotem oportebat.

[o] *Aut alio mense*] Ut Herodoti adventus vitaretur, differre voluit in alium mensem comitia.

[p] *Est consuetudo . . . Græcorum*] Theodorus Gaza lib. de Mensibus, Græcos tres in partes mensem divisisse refert: prima et secunda decem semper diebus constabat; tertia vero incerta erat, quod luna modo tardius, modo celerius videatur; nam interdum altero die, post conjunctionem, interdum tertio, nonnunquam quarto apparet. Cum igitur celerius appareret, eximebatur, cum serius, addebatur dies unus, aut summum alter.

fit, omnibus recusantibus et plorantibus.[18] Dies is erat legitimus comitiis habendis; eo modo sacerdos Climachias renuntiatus est. 130. Herodotus cum Roma revertitur, diebus,[19] ut ipse putabat, quindecim ante comitia, offendit eum mensem, qui consequitur mensem[20] comitialem, comitiis jam abhinc triginta diebus habitis. Tunc Cephaleditani decreverunt intercalarium[q] XLV.[1] dies longum, ut reliqui menses in suam rationem reverterentur. [*p.* 135.] Hoc si Romæ fieri posset, certe aliqua ratione expugnasset iste, ut dies XLV. inter binos ludos[r] tollerentur, per quos solos judicium fieri posset.[2] LIII. 131. Jam vero censores, quemadmodum in Sicilia isto prætore creati sint,[3] operæ pretium est cognoscere. Ille enim est magistratus apud Siculos, qui diligentissime[4] mandatur a populo, propter hanc causam, quod omnes Siculi ex censu quotannis tributa conferunt;[5] in censu habendo potestas omnis æstimationis[6] habendæ[s] summæque faciundæ censori permittitur. Itaque eum populus,[7] cui maxime fidem suarum rerum habeat, maxima cura deligit: et propter magnitudinem potestatis hic magistratus a populo summa ambi-

juberet.—18 *Implorantibus* ψ, Huyd. et alii, item edd. vett. *implorantibus Deos*, quasi *Deos* absorptum fuerit a voce *Dies*, D'Orville ad Chariton. p. 213. *improbantibus* Lamb. 1566. Locum esse ita explendum conj. Nannius, *Itaque id fit, omn. rec. et Deos hominesque implorantibus.*—19 *Dies* Mss. pauci et edd. ante Steph.—20 Verba *qui consequitur mensem* non agnoscunt Mss. et edd. Græv. Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. E conjectura Lambinus primus ea inseruit. Post *comitialem* Nannius mavult *fuisse* inseri.—1 Hic et paulo infra, e Ms. Fabric. *XXXV.* habet Lamb.—2 Vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *potest.*

CAP. LIII. 3 *Creati sunt* Mss. edd. ante Ern. qui e conj. dedit *creati sint*, et quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—4 *Cum dilig.* Huyd. *cui dilig.* Ven. Junt. Oliv.—5 In Huyd. *conferant.* Hotom. conj. *et in censu.* —6 *Existimationis* ψ, Huyd. et Oliv.—7 ψ et Huyd. *Itaque ei pop.* Dein *cui maximam* Mss. plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. Græv. Oliv. Lall. et Orell. *qui maximam* Lamb. Grut. et Harles. *cui maxime* edd. Vict. Rob.

NOTÆ

[q] *Intercalarium*] Mensis intercalaris dicitur qui anno, et dies qui mensi interseritur. Quadraginta autem quinque dierum fuit intercalarius ille, quia Verres exemerat sesquimensem, id est dies triginta et quindecim, qui additi faciunt quadraginta quinque.

[r] *Inter binos ludos*] Ludos votivos intelligit, et ludos Victoriæ; de quibus jam in proœmio § 31.

[s] *Æstimationis habendæ*] De bonis cujusque Siculi.

tione contenditur.[l] 132. In ea re iste[8] nihil obscure facere[9] voluit, non in sortitione fallere, neque dies de fastis[t] eximere. Nihil sane vafre, nec malitiose facere conatus est: sed, ut studia cupiditatesque[u] honorum atque ambitiones ex omnibus civitatibus[10] tolleret, quæ res evertendæ reipublicæ[11] solent esse, ostendit, sese in omnibus civitatibus censores esse facturum. 133. Tanto mercatu prætoris indicto,[x] concurritur undique ad istum Syracusas. Flagrabat domus tota prætoria studio hominum et cupiditate: nec mirum,[12] omnibus comitiis tot civitatum[y] unam in domum revocatis, tantaque ambitione provinciæ totius in uno cubiculo inclusa. Exquisitis palam pretiis, et licitationibus[z] factis, describebat[m] censores binos in singulas civitates Timarchides. Is suo labore, suisque accessionibus,[13] [a] hujus negotii atque operis molestia[14] consequebatur, ut ad istum sine ulla solicitudine, summa pecunia referretur. Jam hic Timarchides quantam pecuniam fecerit, plane adhuc cognoscere non potuistis: verumtamen priore actione, quam varie, quam improbe prædatus esset, multorum ex testimoniis cognovistis.

LIV. 134. Sed, ne miremini, qua ratione hic tantum

[l] *Petitur.* [m] *Distribuebat.*

Steph. Manut. Beck. et Schutz. Paulo post, *habebat* nonnullæ edd. vett. cum Grutero, Græv io, et Oliveto.—8 *Iste* e Nannii Ms. primus Steph. inseruit.—9 *Facere* abest a Ms. Metelli, prob. Grut.—10 Metelli Ms. *ex hominibus civitatibusque.*—11 Post *reipublicæ* in Huyd. et nonnullis edd. vett. addebatur *causa*, quod Lamb. delevit auctoritate Ms. Fabricii: deest etiam in ψ, Metelli Ms. et Pall.—12 Huyd. *ne mirum.*—13 Steph. e Nannii Ms. *accensionibus*, prob. Nannio.—14 *Molestiam* ψ, Huyd. et edd. vett.

NOTÆ

[t] *De fastis*] Fasti dicuntur dies illi, quibus vel divina vel humana licet agere.

[u] *Ut studia cupiditatesque*] Ironia.

[x] *Mercatu prætoris indicto*] Censuras omnium civitatum vendendas proposuerat Verres.

[y] *Comitiis tot civitatum*] In domo Verris velut in comitiis magistratus omnes illi creabantur.

[z] *Licitationibus*] Auctis videlicet pretiis ab iis qui magistratus illos mercabantur.

[a] *Suisque accessionibus*] Cum ad unumquemque accederet, honorisque pretium, quod Verres daturus esset, postularet, sua molestia consequebatur, ut ad Verrem sine ulla solicitudine pecunia referretur. Ita omnium clarissime explicat Manutius.

apud istum libertus potuerit, exponam vobis breviter, quid hominis sit; ut et istius nequitiam, qui illum secum habuerit,[15] eo præsertim numero[b] ac loco, et calamitatem provinciæ cognoscatis. In mulierum corruptelis, et in omni ejusmodi luxuria atque nequitia, mirandum in modum reperiebam hunc Timarchidem ad istius flagitiosas libidines singularemque nequitiam natum atque aptum fuisse; investigare, adire, appellare, corrumpere, quidvis facere in ejusmodi rebus, quamvis callide, quamvis audacter, quamvis impudenter: eundem mira quædam excogitasse[16] genera furandi: nam ipsum Verrem, tantum avaritia semper[17] hiante atque imminenti[c] fuisse; ingenio et cogitatione nulla; ut, quicquid sua sponte faciebat, (item ut vos[18] Romæ cognovistis) eripere potius, quam fallere videretur. 135. Hæc vero hujus erat[19] ars et malitia miranda, quod acutissime tota provincia, quid cuique accidisset,[20] quid cuique esset necesse, indagare et odorari solebat: omnium adversarios, omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare; ex utraque parte causas, voluntates perspicere, facultates et copias: quibus opus esset, metum afferre;[1] quibus expediret, spem ostendere: accusatorum et quadruplatorum[d] quicquid erat, habebat in potestate: quod cuique negotii[n] conflare[2] volebat, nullo labore faciebat: istius

[n] *Molestiæ.*

Cap. liv. 15 ψ et Huyd. *habuit.*—16 *Excogitare* Mss. et edd. ante Ern. cum Orell. *excogitare* Ern. e conj. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—17 *Semper avaritia* edd. ante Grut. cum Orell.—18 *Item vos* Huyd. Ven. 1483. Junt. *id quod vos* Hervag. Cam.—19 *Hujus vero erat* Hotomanni Ms. *Hæc ejus ars* alius: *Hoc vero ejus erat* Ven. 1483. *Hæc vero ejus erat* Junt. Crat. *Hujus vero ea erat* Manut. Mox *malitia admiranda* Huyd. —20 Absunt verba *quid cuique* ab Huyd. et *quid cuique accidisset* ab ψ et edd. ante Lamb. Pro verbis *quid cuique esset necesse* Steph. et Lamb. 1566. habent *quid cuique opus esset.* Mox voces *omnium adversarios* omittunt ψ, Huyd. et Mss. plerique, ac edd. ante Grut. qui eas inseruit e Mss. Metelli et Gru-

NOTÆ

[b] *Eo præsertim numero*] Subindicat familiares Verris, et intimos, quibuscum omnia communicabat.

[c] *Hiante atque imminenti*] Id est, aperto ore, et parato ad prædam invadendam. Metaphora sumta a corvis, ut ostendat quanta prædæ cupiditate Verres flagraret.

[d] *Quadruplatorum*] Vide § 21. not.

omnia decreta, imperia, literas peritissime et callidissime venditabat.[3] 136. Ac non solum erat administer istius cupiditatum; verum etiam ipse sui meminerat æque.[4] Non solum nummos, si qui isti exciderant, tollere solebat, ex quibus pecuniam maximam fecit; sed etiam voluptatum flagitiorumque istius ipse reliquias colligebat. Itaque in Sicilia non Athenionem,[e] qui nullum oppidum cepit; sed Timarchidem fugitivum omnibus oppidis[o] per triennium scitote regnasse: [*p.* 136.] in Timarchidi[5] potestate sociorum populi Romani antiquissimorum atque amicissimorum liberos,[6] matresfamilias, bona, fortunasque omnes fuisse. Is igitur, ut dico, Timarchides in omnes civitates, accepto pretio, censores dimisit: comitia, isto prætore, censorum, ne simulandi quidem causa fuerunt.

LV. 137. Jam hoc impudentissime: palam (licebat enim videlicet legibus) singulis censoribus denarii trecenti[f] ad statuam prætoris imperati sunt. Censores CXXX. facti sunt: pecuniam illam[7] ob censuram contra leges clam dederunt; hæc denarium[8] XXXIX. millia palam salvis legibus contulerunt in statuam.[g] Primum[9] quo tantam pecuniam?[h] deinde quamobrem censores ad statuam tibi conferebant? ordo aliquis censorum est collegium?[10] genus aliquod ho-

[o] *Per omnia oppida.*

teri.—1 Lamb. *offerre.*—2 *Conflare* edd. vett. cum Orell.—3 ψ *vendicabat.* —4 Post *meminerat* in Huyd. est punctum, et pro *æque* scribitur *Neque.* —5 E Prisciano p. 706. *Timarchidi* dederunt Græv. Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *Timarchidis* ceteri.—6 Huyd. *libertos.*

CAP. LV. 7 E Pariss. ediderunt Lall. et Beck. *pec. aliam.*—8 ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. *hæc denaria.* Pro *XXXIX.* Ern. conj. *XL.* legend.—9 ψ interpunctionem post verba *in statuam* tollit, atque post *primum* eam ponit.— —10 Post *collegium* idem Ms. nullam interpunctionem habet. Hotom. ita distingui maluit, *Ordo aliquis censorum est? collegium? genus aliquod hom.?*

NOTÆ

[e] *Athenionem*] Athenio dux fuit Drepanitanorum et fugitivorum, qui in Sicilia a populo Romano desciverunt.

[f] *Denarii trecenti*] Denarius quilibet quatuor sestertios continebat, valetque octo nostros asses; quare trecenti illi quadraginta nummos efficiunt.

[g] *Contulerunt in statuam*] Statuæ erigebantur magistratibus, qui provincias regebant.

[h] *Quo tantam pecuniam*] Queritur quod tanta pecunia conferebatur, cum longe inferiori pretio erigi statua potuisset.

minum? nam aut publice[11] civitates istos honores habent; aut generatim[p] homines, ut aratores, ut mercatores,[i] ut navicularii.[k] Censores quidem qui magis,[l] quam ædiles? Ob beneficium? Ergo hoc fatebere, abs te hæc petita esse (nam erepta[12] non audebis dicere); te eos magistratus hominibus, beneficii, non reipublicæ causa, permisisse? Hoc autem cum[13] tute fatebere, quisquam dubitabit, quin tu istam apud populos provinciæ istius invidiam atque offensionem, non ambitionis, neque beneficiorum collocandorum, sed pecuniæ conciliandæ causa susceperis? 138. Itaque illi[14] censores fecerunt idem, quod in nostra republica solent ii, qui per largitionem magistratus adepti sunt: dederunt operam, ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam[q m] rei familiaris explerent. Sic census habitus est,[n] te prætore, ut eo censu nullius civitatis respublica posset administrari: nam locupletissimi cujusque census[15] extenuarant, tenuissimi auxerant. Itaque in tributis imperandis tantum oneris plebi imponebatur, ut, etiamsi homines tacerent, res ipsa illum censum repudiaret; id quod

[p] *Separatim.* [q] *Fossam.*

prob. Garaton.—11 ψ *aut si publ.* Pro *istos honores* Lallem. legi mavult *istum honorem.* Tum Huyd. *aut si gen.*—12 Mss. quidam, Ven. 1483. Junt. Crat. *empta,* et sic e Metelli Ms., in quo *epta* legitur, edidit Græv. quem Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur. *Erepta* Mss. plerique cum Naug. Hervag. Cam. Lamb. Grut.—13 In Huyd. *cum* omittitur.—14 Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. et Lamb. 1566. non agnoscunt *illi.* Orell. uncis inclusit.—15 Lamb. *censum.* Mox *tenuissima* ψ, Franc. 1. Huyd. Pro *auxerant* Græv. (post Lamb.) e Franc. et Mss. Metelli et Fabricii edidit *hauserant.*

NOTÆ

[i] *Ut aratores, ut mercatores*] Diversas societates tum aratores, tum mercatores faciebant. De his dictum est § 17. not.

[k] *Navicularii*] Navicularii dicebantur, qui publicam annonam vehendam suscipiebant, quorum certa erat societas.

[l] *Qui magis*] Pecuniam majorem censores quam ædiles conferebant ob beneficium acceptum, cum Verris beneficio censores creati sint.

[m] *Ut illam lacunam*] Illi homines a quibus Verres pecuniam acceperat, ut repararent pecuniam, imitati sunt Romanos magistratus, qui, quam consumserunt in largitionibus faciendis ad adipiscendos honores, vexationibus civium reparant.

[n] *Sic census habitus est*] Id est, sic æstimatæ sunt uniuscujusque facultates.

intelligi facillime re ipsa potest. LVI. Nam L. Metellus, qui, posteaquam ego inquirendi causa in Siciliam veni, repente Letilii[o] adventu, istius non modo amicus, verum etiam cognatus factus est; is, quod videbat istius censum stare[16] nullo modo posse, eum censum observari[17] jussit, qui viro fortissimo atque innocentissimo Sex. Peducæo prætore habitus esset: erant enim tum censores legibus facti, delecti a suis civitatibus; quibus, si quid commisissent, pœnæ legibus erant constitutæ. 139. Te autem prætore, qui censor[18] aut legem metueret, qua non tenebatur, quoniam creatus lege non erat; aut animadversionem tuam, cum id, quod abs te emerat, vendidisset? Teneat jam sane meos testes Metellus: cogat alios laudare, sicut in multis conatus est: modo hæc faciat, quæ facit.[19] Quis enim unquam tanta a quoquam contumelia, quis tanta ignominia affectus est? Quinto quoque anno Sicilia tota censetur. Erat censa prætore Peducæo. Quintus annus cum te prætore[20] incidisset, censa denuo est. Postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat: censores dicit de integro sibi creari placere: interea Peducæanum censum observari jubet. Hoc si tuus inimicus tibi fecisset, tamen etsi[1] animo æquo provincia tulisset, inimici judicium grave videretur. Fecit amicus recens,[p] et cognatus voluntarius: aliter enim, si provinciam[2] retinere, si salvus ipse in provincia vellet esse, facere non potuit. LVII. 140. Expectas etiam, quid hi judicent?[3] Si tibi magistratum

CAP. LVI. 16 In Mss. Metelli et Fabricii *istius censum stari:* unde Gulielm. Veris. I. 7. voluit *istius censu stari.*—17 Huyd. *servari.*—18 Lamb. *quis censor.* Tum *metuerit* ψ, Jannoctian. et edd. vett. *metuerat* al.—19 *Fecit* ψ, Huyd. et Mss. plerique, ac edd. ante Grut. qui e Mss. Metelli et Fabricii edidit *facit.*—20 Lamb. *cum in te prætorem,* et mox *censores edicit.*—1 *Tametsi* Ven. 1483. Junt. Crat. et Orell. *tamen si* Huyd. Lamb. et Oliv. *tamen etsi* e Ms. Mureti (Varr. Lectt. XI. 17.) edidit Grut. cum seqq.—2 ψ et Huyd. *se prov.*

CAP. LVII. 3 Metelli Ms. *quid mihi jud.* unde Gulielm. voluit legi, *quid*

NOTÆ

[o] *Letilii*] Letilius fuit Verris tabellarius.

[p] *Amicus recens*] Postquam advenit Letilius, cum antea Verri in multis se opposuisset, statim se ejus amicum esse declaravit.

abrogasset, minore ignominia te affecisset, quam cum ea, quæ in magistratu gessisti, sustulit atque irrita jussit esse. Neque in hac re sola fuit ejusmodi; [*p.* 137.] sed, antequam ego in Siciliam veni, in maximis rebus ac plurimis. Nam et Heraclio Syracusano tuos illos palæstritas bona restituere jussit, et Epicrati Bidinos, et pupillo Drepanitano[4 q] A. Claudium:[r] et, nisi mature Letilius in Siciliam venisset cum literis; minus XXX. diebus Metellus totam triennii prætoram tuam[5] rescidisset.

141. Et, quoniam de ea pecunia, quam tibi ad statuam censores contulerunt, dixi; non mihi prætermittendum videtur ne illud quidem genus pecuniæ conciliatæ, quam tu a civitatibus statuarum nomine coëgisti. Video enim ejus pecuniæ summam esse pergrandem, ad H-S CXX.[6 s] millia. Tantum conficitur[7] ex testimoniis ac literis civitatum. Et iste hoc concedit, nec potest aliter dicere. Quare cujusmodi putamus esse illa quæ negat, cum hæc tam improba sint[8] quæ fatetur? Quid enim vis constitui? consumtam esse omnem istam pecuniam in statuis? Fac ita esse: tamen hoc ferendum nullo modo est, tantam ab sociis pecuniam auferri, ut omnibus in angiportis,[t] prædonis improbissimi statuæ ponantur, qua vix tuto transiri posse videatur.[9] LVIII. 142. Verum ubi tandem, aut in quibus statuis ista tanta pecunia consumta est? Consumetur, inquies. Scilicet expectemus[10] legitimum illud quinquennium:[u] si

---

mî (i. e. mihi) *hi jud.*—4 *Drepanitanos* ψ et Huyd.—5 ψ, Huyd. et edd. ante Lamb. omittunt *tuam:* Orell. uncis inclusit.—6 Hic et infra Schutz. e conjectura Lambini *H-S vicies.*—7 Ms. *conficietur.*—8 Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *sunt.*—9 *Transiri posse videmur* Huyd. *transire posse videamur* ψ et edd. vett.

NOTÆ

[q] *Pupillo Drepanitano*] Is fuit Sosippi Epicratis fratris filius, ex Drepano Siciliæ civitate. Sosippus autem obierat ante Metelli adventum.

[r] *A. Claudium*] Claudius Apollonius Neconis filius fuit, qui, civis Romanus factus, in Clodiorum familiam cooptatus est.

[s] *Ad H-S CXX.*] Duodecim millia librarum.

[t] *In angiportis*] Angiportus nihil est aliud quam angusta via.

[u] *Legitimum illud quinquennium*] Spatium fuit lege præscriptum conferendæ in statuas pecuniæ.

hoc intervallo non consumserit; tum denique nomen ejus de repetundis pecuniis statuarum nomine deferamus.[11] Reus est maximis plurimisque criminibus in judicium vocatus. H-S CXX. millia ex hoc uno genere capta videmus. Si condemnatus eris; non, opinor, id ages, ut ista pecunia quinquennio consumatur[12] in statuis: sin absolutus eris; quis erit tam amens, qui te ex tot tantisque criminibus elapsum, post quinquennium statuarum nomine arcessat?[r] Ita si neque adhuc consumta ista pecunia est, et est perspicuum non consumtum iri; licet jam intelligamus, inventam esse rationem, quare[13] et iste H-S CXX. millia uno genere conciliarit et ceperit, et ceteri,[14] si a vobis hoc erit comprobatum, quam volent magnas hoc nomine pecunias capere possint; ut jam videamur[15] non a pecuniis capiundis homines absterrere, sed, cum genera quædam pecuniarum capiundarum comprobarimus,[16] honesta nomina turpissimis rebus imponere. 143. Etenim, si C. Verres H-S CXX. millia[17] populum, verbi gratia, Centuripinum poposcisset, eamque ab his pecuniam abstulisset; non, opinor, esset dubium, quin eum, si tum id planum fieret, condemnari necesse esset. Quid, si eundem populum H-S CCC. millia[18 x] poposcit, eaque coëgit atque abstulit? num idcirco absolvetur, quod ascriptum[19] est, eam pecuniam datam statuarum nomine? Non, opinor; nisi forte id agimus,[s] non ut magistratibus nostris moram[y] accipiundi, sed

[r] *Accuset.*
[s] *Quod certe non agimus.*

CAP. LVIII. 10 ψ *expectamus.*—11 *Deferremus* Huyd. *deferemus* ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. et Orell.—12 Huyd. *in quinq. consumetur.*—13 Oliv. e Lamb. *qua ratione.*—14 Huyd. *certe.*—15 Idem Ms. *videantur.*—16 *Comprobaremus* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat.—17 Schutz. conj. *CCCIↃↃↃ* vel *XX. millia.*—18 ' *H-S CCC. millia*] Forte legendum *XXX. millia*, vel numerus supra augendus erit: et quidem cum orator dicat pergrandem summam fuisse, pro *sestertium CXX. millia*, forte reponendum *sestertium centies vicies.*'

NOTÆ

[x] *H-S CCC. millia*] Triginta millia librarum.

[y] *Non ut magistratibus nostris moram* [*morem*] Hotomannus *moram afferre* reponit: adeo ut is sit Ciceronis sensus, qui alioquin obscurus est: Tantum abest ut avaros magistratus revocemus a cogendis pecuniis, eo-

ut sociis causam dandi afferre[20] videamur. Quodsi quem statuæ magnopere delectant, et si quis earum honore et gloria ducitur; is hæc tamen constituat necesse est: primum, averti pecuniam domum non placere;[1] deinde, ipsarum statuarum modum quendam esse oportere; deinde illud, certe ab invitis exigi non oportere. LIX. 144. Ac[2] de avertenda pecunia, quæro abs te, utrum ipsæ civitates solitæ sint statuas tibi faciundas locare ei, cui possent[3] optima conditione locare, an aliquem curatorem præficere, qui statuis faciundis præesset,[4] an tibi, an cui[5] tu imperasses, annumerare[6] pecuniam. Nam si per eos[7] statuæ fiebant, a quibus tibi iste honos habebatur; audio: sin Timarchidi pecunia numerabatur; desine, quæso, simulare, te, cum in manifesto[8] furto teneare, gloriæ studiosum ac monumentorum fuisse.

Quid vero? modum statuarum haberi nullum placet? atqui habeatur necesse est. 145. Etenim sic considerate. [*p.* 138.] Syracusana civitas (ut eam potissimum nominem) dedit ipsi[9] statuam; est honos: et patri; bella hæc pietatis et quæstuosa simulatio: et filio;[10] ferri hoc potest; hunc enim puerum non oderant: verum quoties, et quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? Ut in foro statuerent, abstulisti:[11 z] ut in curia, coëgisti: ut pecuniam conferrent in eas statuas, quæ Romæ ponerentur, imperasti: ut iidem darent homines aratorum nomine: dederunt: ut iidem pro parte in commune Siciliæ[a] confer-

Lallem.—19 Huyd. *scriptum.*—20 *Moram . . . auferre* Pall. edd. vett. et Grut. *morem . . . auferre* nonnulli libri cum Lamb. prob. Manut. *morem . . . afferre* vulg.—1 Orell. conj. *dom. non licere.*

Cap. LIX. 2 Pro *Ac* in Nannii Ms. *Age* scribitur.—3 In edd. vett. nonnullis *qui poss.* Huyd. non agnoscit verba *ei cui poss. opt. cond. locare.*—4 Ex Herelii conjectura, Schutz. voces *qui stat. fac. præesset* uncis inclusit.—5 Orell. e Lamb. *aut cui.*—6 ψ *admirari.* Huyd. *adnumerari.*—7 Huyd. *Nam per eas.*—8 Nannii Ms. *manifestissimo.*—9 Schutz. e conj. cujusdam ap. Ursin. *isti*, improb. Ursino.—10 Post *honos* et post *filio* interpunctio in ψ

NOTÆ

rumque avaritiam tardemus, ut potius honesta nomina quæsisse videamur, quibus socii sine magistratuum periculo, pecunias conferant.

[z] *Statuerent, abstulisti*] Id est, ut eas statuerent, obtinuisti.

[a] *In commune Siciliæ*] Id est, in eas statuas quas Verri Sicilia communi

rent: etiam id contulerunt. Una civitas cum tot nominibus pecuniam contulerit, idemque hoc civitates ceteræ fecerint; non res ipsa vos admonet, ut putetis, modum aliquem huic cupiditati constitui oportere? Quodsi hoc voluntate sua nulla civitas fecit; si omnes imperio, metu, vi, malo adductæ,[12] tibi pecuniam statuarum nomine contulerunt; per Deos immortales, num cui dubium esse poterit, quin, etiamsi quis statuerit, accipere ad statuas licere, idem tamen statuat, eripere certe non licere? 146. Primum[13] igitur in hanc rem testem totam Siciliam citabo; quæ mihi una voce statuarum nomine magnam pecuniam per vim[14] coactam esse demonstrat. Nam legationes omnium civitatum in postulatis communibus, quæ fere omnia[15] ex tuis injuriis nata sunt, etiam hoc ediderunt, 'Ut statuas ne cui, nisi cum is de provincia decessisset, pollicerentur.'[16] LX. Tot prætores in Sicilia fuerunt: toties apud majores nostros Siculi senatum adierunt: toties hac memoria: tamen hujusce novi[17] postulati genus atque principium tua prætura attulit. 147. Quid enim tam novum, non solum re,[18] sed genere ipso postulandi? Nam cetera, quæ sunt in iisdem postulatis de injuriis tuis, sunt nova, sed tamen non novo modo postulantur. Rogant et orant Siculi patres conscriptos, ut nostri magistratus posthac decumas lege Hieronica vendant. Tu primus contra vendideras: audio. Ne, in cellam[b] quod imperatur, æstiment:[19] hoc quoque propter tuos ternos denarios[c] nunc

deest.—11 Vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *statuisti.*—12 ψ, Huyd. Ven. 1483. et Junt. *modo adductæ.* Porro ψ *tibi pecuniæ stat.*—13 ψ, Huyd. et Junt. *Primam*, non improb. Beck.—14 Quædam edd. vett. omittunt *per vim.*—15 Huyd. *quæ fecere omnibus.*—16 Schutz. e conj. *decess.*, *liceret polliceri.*

CAP. LX. 17 ψ et Huyd. carent *novi.*—18 Huyd. *tamen novum, non solum te.* Tum ψ *postulandum.* Mox negativa particula ante *novo modo* in Huyd. deest. Dein Nannii Ms. *postulant, sed rogant et orant, &c.* unde Lamb. *postulant. Rogant et orant, &c.* Denique ψ *patres conscripti.*—19 Huyd. *impetratur,*

NOTÆ

nomine decreverat.

[b] *Audio. Ne, in cellam* [*audio ne in c.*] Sensus est, Audio legatos, cum postulabant, ne prætores in cellam, &c.

[c] *Tuos ternos denarios*] Ternos denarios pro singulis tritici modiis ex-

primum postulatur: sed genus istud postulandi non est novum. Ne absentis nomen recipiatur: ex Sthenii calamitate et tua natum est injuria. Cetera non colligam. Sunt omnia Siculorum[20] postulata ejusmodi, ut crimina collecta in unum te reum esse videantur: quæ tamen omnia[1] novas injurias habent, sed postulationum formulas usitatas. 148. Hoc postulatum de statuis ridiculum esse videatur ei, qui rem sententiamque non perspiciat.[2] Postulant enim, non, uti ne cogantur statuere.'[3] Quid igitur? ut ipsis ne liceat.[d] Quid est hoc? petis a me, quod in tua potestate est, ut id tibi facere non liceat?[4] pete potius, ne quis te invitum polliceri aut facere cogat. Nihil ergo,[5] inquit:[e] negabunt enim omnes se coëgisse. Si me salvum esse vis, mihi impone istam vim, ut omnino mihi non liceat[6] polliceri. Ex tua prætura primum nata est hæc postulatio; qua cum utuntur, hoc significant, atque adeo aperte ostendunt, sese ad statuas tuas[7] pecuniam metu ac malo coactos,[8] invitissimos contulisse. 149. Quid, si hoc non dicant? tibi non necesse sit ipsi[9] id confiteri? Vide, et perspice, qua defensione sis usurus: nam intelliges,[10] hoc tibi de statuis confitendum esse. LXI. Mihi enim renuntiatur, ita constitui a tuis patronis,[f] hominibus ingeniosis, causam tuam, et ita eos abs te institui et doceri;

[6] *Ponere statuas.*

extiment.—20 Huyd. *Sunt omnium Sic.* omisso *ut* ante *crimina.*—1 In ψ *omnia* omittitur.—2 Priscian. p. 1147. ed. Putsch. legit *respiciat,* omisso *ei* post *videatur.*—3 Huyd. *ut non cog. statuas:* Orell. *ut ne cog. statuere.*—4 *Ne liceat* Huyd. Junt. Crat. et Orell. Pro *pete* ψ et Huyd. habent *de te.*—5 *Nihil rogo* Nannii Ms. *Nihil egero* ex uno Paris. et Ursini Ms. dederunt Lall. Beck. Schutz. et Orell. Tum *negant* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt.—6 Hic quoque Huyd. et quædam edd. vett. cum Orell. *ne liceat.*—7 ψ, Huyd. et edd. pleræque ante Grut. omittunt *tuas.*—8 ψ et Huyd. *conjectos.*—9 ψ et Huyd. *ipsis.*—10 Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Oliv. et Lall. *jam intell.*

NOTÆ

egit; cum tamen binis tantum sestertiis modius esset. Terni denarii asses Gallicos 24. efficiunt.

[d] *Ipsis ne liceat*] Petebant ut prætori statuas, antequam abiret e provincia, non erigerent.

[e] *Ergo, inquit* [*ego, inquit*] Id est, nihil, inquit, impetrare potero.

[f] *A tuis patronis*] Hortensius, Curio, et Metelli Verri patrocinabantur.

ut quisque ex provincia Sicilia gravior homo atque honestior testimonium vehementius dixerit, sicuti Siculi multi primarii viri multa dixerunt, te statim hoc istis tuis defensoribus dicere, 'Inimicus est propterea, quod arator est.' [*p.* 139.] Itaque uno genere, opinor, circumscribere[u] habetis in animo genus hoc aratorum, quod eos infenso animo atque inimico venisse dicatis, quia fuerit in decumis iste vehementior. Ergo aratores, inimici omnes, adversarii sunt.[11] Nemo eorum est, quin perisse te cupiat. Omnino præclare[12] te habes, cum is ordo atque id genus hominum, quod optimum atque honestissimum est, a quo uno et summa reipublicæ[x 13] et illa provincia maxime continetur, tibi est inimicissimum. 150. Verum esto: alio loco de aratorum animo et injuriis videro. Nunc, quod mihi abs te datur, id accipio, eos tibi esse inimicissimos. Nempe ita dicis, propter decumas. Concedo, non quæro, jure an injuria sint inimici. Quid ergo illæ sibi[14] statuæ equestres inauratæ volunt, quæ populi Romani oculos animosque maxime offendunt, propter ædem Vulcani?[15 g] nam inscriptum[16] esse video, quandam ex his statuam aratores dedisse. Si honoris causa statuam dederunt, inimici non sunt. Credamus testibus: tum enim honori tuo, nunc jam religioni suæ consulunt.[17] Sin autem metu coacti dederunt, confiteare necesse est, te in provincia pecuniam statuarum nomine per vim ac metum coëgisse. Utrum tibi commodum est, elige. LXII. 151. Equidem

[u] *Rejicere.* [x] *Summus principatus.*

CAP. LXI. 11 *Inim. omnes, adv.* omisso *sunt,* Ven. 1483. Junt. Crat. *inim. omnes et adv. sunt* Lamb. *inim. omnes, omnes adv. sunt* (ut Grut. conjecerat) e Mss. Pariss. dederunt Lall. Beck. Schutz. et Orell. qui *sunt* uncis inclusit.—12 Lamb. sic distinguit, *cupiat omnino. Præclare.*—13 Lamb. et Orell. *respublica.*—14 *Quid ergo? illæ quid sibi* Metelli Ms. prob. Grut.—15 *Volcani* Manut.—16 ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. Manut. Lamb. *scriptum.*—17 Lamb. et Schutz. *consulent.*

NOTÆ

[g] *Propter ædem Vulcani*] Comitium plum dedicatum est. Vulcano a Tatio Sabinorum rege tem-

libenter hoc jam crimen de statuis relinquam, ut mihi tu illud concedas, quod tibi honestissimum est, aratores tibi ad statuam honoris tui causa, voluntate sua, contulisse. Da mihi hoc: jam tibi maximam [18] partem defensionis præcideris. Non enim poteris, aratores [19] tibi iratos esse atque inimicos, dicere. O causam [y] singularem! o defensionem miseram ac perditam! nolle hoc accipere reum ab accusatore, et eum reum, qui prætor in Sicilia fuerit, aratores ei statuam sua voluntate statuisse: aratores de eo bene existimare, amicos esse, salvum esse cupere! Metuit, ne hoc vos existimetis; obruitur enim aratorum testimoniis. 152. Utar eo, quod datur.[20] Certe hoc ita vobis judicandum est, eos, qui isti inimicissimi sunt, ut ipse existimari [1] vult, ad istius honores atque monumenta pecuniam non voluntate sua contulisse. Atque ut hoc totum [2] facillime intelligi possit, quem voles eorum testium,[3] quos produxero, qui ex Sicilia [4] testes sint, sive togatum velis, sive Siculum, rogato, et eum, qui tibi inimicissimus esse videbitur, qui se spoliatum a te dicet; [5] ecquid suo nomine in tuam statuam contulerit. Neminem reperies, qui neget: etenim omnes dederunt. 153. Quemquam igitur putas dubitaturum, quin is, quem inimicissimum tibi esse oporteat, qui [6] abs te gravissimas injurias acceperit, pecuniam statuæ nomine dederit, vi atque imperio adductus,[7] non officio ac voluntate? Et [8] hujus ego pecuniæ, judices, quæ permagna est, impudentissimeque coacta ab invitis, non habui rationem, neque habere potui, quantum ab aratoribus, quantum ab negotiatoribus, qui Syracusis, qui Agri-

[y] *Excusationem.*

CAP. LXII. 18 Huyd. *eximiam.*—19 Pro *aratores* in hoc loco ψ et Huyd. habent *accusatores.* Dein pro *iratos* in Metelli Ms. *honestis* legitur: unde Gulielm. conj. *hosteis.*—20 ψ *daturus.* Tum *Certe hoc vobis ita* Ven. 1483. Junt. *Certe ita vobis hoc* Crat. Lamb.—1 Oliv. *existimare.*—2 *Tantum* ψ, Huyd. Pall. et edd. vett. *tamen* Junt. Crat. *tandem* Lamb. e conj. Hotomanni: *totum* e Metelli Ms. edidit Grut. cum seqq.—3 ψ *testimonium.*—4 *In Sicilia* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Verba *qui ex Sic. testes sint* e conj. Nannii delevit Schutz. Dein pro *togatum*, ψ, Huyd. et edd. ante Grut. habent *civem Romanum.*—5 *Dicit* Grut. Oliv. et Lall. *esse dicet* Ven. 1483. Junt.—6 Huyd. *oporteret atqui.*—7 Idem Ms. *ductus.*—8 Pro *Et*, quod Lamb. omit-

genti, qui Panormi, qui Lilybæi negotiantur, esset coactum ; quoniam intelligitis, ipsius quoque confessione ab invitissimis coactam esse.[9]

LXIII. 154. Venio nunc ad civitates Siciliæ : de quibus facillime judicium fieri voluntatis potest. An etiam Siculi inviti contulerunt? non est probabile. Etenim sic C. Verrem [10] præturam in Sicilia gessisse constat, ut, cum utrisque satisfacere non posset, et Siculis et togatis,[z] officii potius in socios, quam ambitionis in cives rationem duxerit. Itaque eum non solum 'patronum' istius insulæ, sed etiam 'sotera'[11] [h] inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? ita magnum, ut Latino [12] uno verbo exprimi non possit. Is est nimirum 'soter,' qui salutem dedit. Hujus nomine etiam dies festi agitantur, pulchra illa Verrea,[i] non quasi Marcellea, sed pro Marcelleis, quæ illi istius jussu sustulerunt. [*p.* 140.] Hujus fornix in foro Syracusis est, in quo nudus filius stat : ipse autem ex equo nudatam ab se provinciam prospicit. Hujus statuæ omnibus locis ; [13] quæ hoc demonstrare videntur, propemodum non minus [14] multas statuas istum posuisse Syracusis, quam abstulisse. Huic etiam Romæ videmus in basi statuarum, maximis literis incisum, A COMMUNI SICILIÆ [15] DATAS. 155. Quamobrem? qui hoc probari potest cuiquam, tantos honores habitos esse ab invitis? LXIV. Hic tibi etiam multo magis, quam ante [16] in aratoribus, videndum et considerandum est, quid velis. Magna res est. Utrum tibi Siculos publice privatimque

[z] *Romanis.*

tit, Hotom. conj. *At* legend.—9 Hotom. conj. *sed quoniam intell....coactam esse, venio nunc, &c.* Pro *invitissimis* in Huyd. *inimicissimis* legitur.

CAP. LXIII. 10 Huyd. *Verres.*—11 Quædam edd. vett. *Soter.*—12 *Latine* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt.—13 Ab Huyd. ψ, Pall. et edd. vett. abest *locis*, post quam vocem *erectæ sunt* addidit Lamb. quem aliæ sequuntur.—14 Ante *minus* Huyd. inserit *multo.*—15 ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett. *Sicilia.*

CAP. LXIV. 16 E Nannii Ms. Lambinus et Grævius ediderunt *quam paulo*

NOTÆ

[h] *Sotera*] Sotera a nomine σωτὴρ, cujus Latinam significationem affert ipse Cicero.

[i] *Verrea*] Verrea dies festi sunt, quos in suum honorem instituit Verres, sicut Marcellea in honorem Marcelli Siculi instituerant.

amicos, an inimicos existimari[17] vis? si inimicos, quid te[a] futurum est? quo[18] confugies? ubi nitere? modo aratorum honestissimorum hominum ac locupletissimorum,[19] et Siculorum, et civium Romanorum maximum numerum abs te abalienasti: nunc de Siculis[20] civitatibus quid ages? Dices, tibi Siculos esse amicos? qui poteris? qui (quod nullo in homine antea fecerunt,[1] ut in eum publice testimonium dicerent, cum præsertim ex ea provincia condemnati sint complures, qui ibi prætores fuerunt, duo soli absoluti) huc conveniunt[2] cum literis, veniunt cum mandatis, veniunt cum testimoniis publicis: qui, si te laudarent,[3] tamen id more potius suo, quam merito tuo, facere viderentur. Hi cum de tuis factis publice conqueruntur, nonne hoc indicant, tantas esse injurias, ut multo maluerint de suo more decedere, quam de tuis moribus non dicere? 156. Confitendum est igitur tibi necessario, Siculos inimicos esse, qui quidem et in te gravissima postulata consulibus ediderint, et me, ut hanc causam, salutisque suæ defensionem susciperem, obsecrarint; qui cum a prætore prohiberentur, a quatuor quæstoribus[k] impedirentur, omnium minas, atque omnia pericula, pro salute sua, levia duxerint; qui priore actione ita testimonia graviter vehementerque dixerint,[4] ut Artemonem Centuripinum legatum, et publice testem, Q.

[a] *De te.*

ante. Tum *in* ante *aratoribus* deest in Huyd. Pall. et ed. vet.—17 Huyd. *existimare.*—18 ψ *quomodo.*—19 Quædam edd. vett. *hom. et locupl.* Verba *et Siculorum et civium Rom.* e Mss. Nannii, Metelli, et Fabricii primus recepit Gruterus, quem Græv. Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur: in aliis Mss. et edd. desunt: sed Grut. Oliv. et Lall. omittunt *maximum*, quod ψ et edd. vett. agnoscunt. Mox *alienasti* Huyd. Nannii Ms. et Lamb.—20 Huyd. *Siculorum.*—1 Oliv. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *fecerant.*—2 Mss. Metelli, Fabricii, et Pal. 2. cum Orell. *hi nunc veniunt:* Pal. 1. et Ven. 1483. *hinc conveniunt:* Lamb. *huc contra te veniunt:* Beck. et Schutz. e Jannoctian. *nunc contra te veniunt:* Vulg. *huc conveniunt.*—3 Vulg. *publice laud.* Auctoritate Franc. 1. *publice* deleverunt Ern. et Schutz.—4 *Ediderunt*, moxque *obsecrarunt . . . duxerunt . . . dixerunt* Mss. plerique et edd. ante Grut. qui e Mss. Fabricii et Metelli dedit *ediderint . . . obsecrarint . . . duxerint . . . dixerint*; et sic vulg. Loco *pro salute*, ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. et Orell. habent *præ*

NOTÆ

[k] *A quatuor quæstoribus*] Verres et Metellus duos quæstores habuerunt.

Hortensius accusatorem, non testem esse diceret. Etenim ille cum [5] propter virtutem et fidem, cum Androne, homine honestissimo et certissimo, tum etiam propter eloquentiam, legatus a suis civibus electus est, ut posset multas istius et varias injurias quam apertissime vobis planissimeque explicare. LXV. Dixerunt Halesini, Catinenses, Tyndaritani, Ennenses,[6] Herbitenses, Agyrinenses, Netinenses,[7] Segestani. Numerare omnes non est necesse. Scitis, quam multi et quam multa priore actione dixerint.[8] Nunc et illi et reliqui dicent. 157. Omnes denique hoc[9] in hac causa intelligent, hoc animo esse Siculos,[10] ut, si in istum animadversum non sit, sibi relinquendas domos ac sedes suas, et ex Sicilia decedendum, atque adeo[11] fugiendum esse arbitrentur. Hos homines tu persuadebis ad honores[12] atque amplitudinem tuam pecunias maximas voluntate sua contulisse? credo, qui te in tua civitate incolumem esse nollent, hi monumenta tuæ formæ ac nominis in suis civitatibus esse cupiebant. Res declaravit, ut cupierint.[13] Jamdudum enim mihi nimium tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta colligere videor, utrum statuas voluerint[14] tibi statuere, an coacti sint. 158. De quo homine hoc[15] auditum est unquam, quod tibi accidit, ut ejus in provincia statuæ, in locis[16] publicis positæ, partim etiam in ædibus sacris, per vim, per universam multitudinem dejicerentur? Tot homines in Asia nocentes, tot in Africa, tot in Hispania, Gallia, Sardinia, tot in ipsa Sicilia fuerunt: ecquo de homine hoc unquam audivimus? [*p.* 141.] Novum est, judices: in Siculis quidem, et in omnibus

salute.—5 In edd. ante Græv. cum Oliv. et Lall. deest *ille.* Pro *cum* Schutz. dedit *tum.*

CAP. LXV. 6 *Hermenses* Huyd. *Etnenses* Ven. 1483. Junt. *Hennenses* e conj. Garatoni edidit Schutz. qui tamen in lib. IV. *Ennenses* dedit.—7 Huyd. *Aginenses, Netunenses.* Mox Metelli Ms. *Et numerare:* unde Grut. conj. *Enumerare.*—8 Pro *Scitis* Huyd. et Pall. habent *Satis.* In Ms. Metelli *Scis quam multa pr. act. dix.* Pro *dixerint,* Huyd. habet *dixerunt.*—9 Schutz. e conj. Herelii delevit *hoc.*—10 Huyd. *Siculo,* et mox *derelinquendas.*—11 Lamb. conj. *alio.*—12 Ms. Hotomanni *honorem;* quod Lamb. et Schutz. receperunt.—13 Metelli Ms. *declarabit;* et Huyd. *ut cupierunt.*—14 Huyd. *coluerunt.*—15 Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. omittunt *hoc.*—16 Ante

Græcis,[17] monstri simile. Non crederem hoc de statuis, nisi jacentes revulsasque vidissem: propterea quod apud omnes Græcos hic mos est, ut honorem hominibus habitum in monumentis hujusmodi, nonnulla religione Deorum[18] consecrari arbitrentur. 159. Itaque cum Rhodii bellum illud prope soli superius[19 m] cum Mithridate rege gesserint,[20] omnesque ejus copias acerrimumque impetum mœnibus,[1] littoribus, classibusque suis exceperint, cum et[2] regis inimici præter ceteros essent; statuam ejus, quæ erat apud ipsos in celeberrimo urbis loco, ne tum quidem in ipsis urbis periculis attigerunt. Forsitan vix convenire videretur, quem ipsum hominem cuperent evertere, ejus effigiem simulacrumque servare: sed tamen videbam,[3] apud eos cum essem, et religionem esse quandam in his rebus, a majoribus traditam, et hoc disputare;[4] cum statua se ejus habuisse temporis rationem, quo posita esset; cum homine vero, quo gereret bellum atque hostis esset. LXVI. Videtis igitur, consuetudinem religionemque Græcorum, quæ monumenta hostium in bello ipso soleat defendere, eam summa in pace prætoris populi Romani statuis præsidio non fuisse. 160. Taurominitani,[5] quorum est civitas fœderata, homines quietissimi, qui maxime ab injuriis[6] nostrorum magistratuum remotissimi[7] consuerant esse, præsidio fœderis; hi tamen istius evertere statuam non dubitaverunt. Qua ablata,[8] basin tamen in foro manere voluerunt; quod

in locis quidam ap. Lamb. addi voluit *partim*.—17 Gulielm. conj. *in hominibus Græcis*, probb. Gruter. et Ern.—18 A Franc. 1. abest *Deorum*.—19 Pro *soli superius*, nonnulli, teste Hotom. habent *omnium sævissimum*.—20 Huyd. *gesserant*.—1 *Ejus imp. a mœn.* Ven. 1483. Junt. Crat. *ejus imp. mœn.* Lamb. *imp. ejus mœn.* Huyd.—2 Schutz. *et cum*.—3 ψ *sed tum vid*.—4 Schutz. e conj. Herelii *disputari*.

CAP. LXVI. 5 Huyd. et Orell. *Tauromenitani*, et sic scribi jubet Garaton. —6 Lamb. *ab injuriis maxime*.—7 *Remoti* ψ, Nannii et Metelli Mss. cum Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *remotissimi* Mss. plerique cum Græv. Harles. Beck. Schutz. et Orell. Tum Nannii Ms. *consueverunt*.—8 Metelli et Fabricii Mss.

NOTÆ

[1] *Religione Deorum*] Consuetudo fuit servorum ad statuas tanquam ad asylum confugere, quia religione consecratæ credebantur.

[m] *Prope soli superius*] Mithridates quinquies bellum in Romanos movit, sed illud tandem a Pompeio confectum est: dissimulat autem vocibus illis Romanorum casum, qui eo bello magnas clades acceperunt.

gravius in istum fore putabant, si scirent homines, statuam ejus a Taurominitanis esse dejectam, quam si nullam unquam positam arbitrarentur. Tyndaritani dejecerunt in foro; et eadem[9] de causa equum inanem reliquerunt. Leontinis,[10] misera in civitate atque inani, tamen istius, in gymnasio, statua dejecta est.[b] Nam quid ego de Syracusanis loquar, quod non est proprium Syracusanorum, sed et illorum[11] commune, et conventus illius, ac prope totius provinciæ? quanta illuc multitudo, quanta vis hominum convenisse dicebatur tum, cum statuæ sunt illius dejectæ atque eversæ? at quo loco? celeberrimo ac religiosissimo: ante ipsum Serapim,[12] in primo aditu vestibuloque templi. Quod nisi Metellus hoc tam graviter egisset, atque illam rem[13] imperio edictoque prohibuisset; vestigium statuarum istius in tota Sicilia nullum esset relictum.

161. Atque ego hoc non vereor, ne quid horum non modo impulsu, verum omnino adventu meo factum esse videatur. Omnia ista ante facta sunt, non modo, quam ego Siciliam, verum etiam quam iste Italiam attingeret.[14] Dum ego in Sicilia sum,[15] nulla statua dejecta est: posteaquam illinc discessi, quæ sunt gesta,[16] cognoscite. LXVII. Centuripinorum senatus decrevit, populusque jussit, ut, quæ statuæ C. Verris ipsius, et patris, et filii, essent, eas quæstores demoliendas locarent; dumque ea demolitio fieret, senatores ne XXX. minus[17] adessent. Videte gravitatem civitatis et dignitatem: neque eas in urbe sua statuas esse volue-

[b] *In gymnasio statua istius dejecta est.*

---

ablecta: unde Grut. conj. *abjecta*, quod Lamb. dedit.—9 *Eadem* non est in Huyd.—10 ψ, Huyd. et edd. vett. *Leontini:* Steph. *Leontii.*—11 Lamb. *aliorum.* Dein *et* ante *conventus* in ψ et Huyd. omittitur.—12 *Sepim* ψ, Huyd. Pal. 1. et edd. vett. *Sepini* Junt. *Sæpe* edd. pr. *Jovem* Manut. et Lamb. *Serapim* Pal. 2. Metelli et Fabricii Mss. ac vulg.—13 *Rem* non habent ψ et nonnullæ edd. vett. Tum in Huyd. *dictoque* legitur.—14 *Attingeret* ex edd. vett. edidit Ern. quem Harles. Beck. Schutz. sequuntur. *Attigit* ceteri.—15 Ern. conj. *fui.*—16 Al. *gesta sunt.*

CAP. LXVII. 17 *XXX. non minus* ψ, Franc. 1. Huyd. et edd. vett. Orell. *nc XXX. minus*, quod in nota e Fabricii et Metelli Mss. se edidisse ait Gruter. sed tamen in textu dedit *XXX. ne minus*; quod receperunt Græv.

rant,[18] quas inviti, per vim atque imperium, dedissent; neque ejus hominis, in quem ipsi, cum gravissimo testimonio, publice, quod nunquam antea, Romam mandata legatosque misissent: et id gravius esse putaverunt, si publico consilio, quam si per vim multitudinis factum videretur. 162. Cum, hoc consilio statuas Centuripini publice[19] sustulissent, audit Metellus: graviter fert: evocat ad se Centuripinum magistratum, et decemprimos. Nisi restituissent statuas, vehementer iis minatur. Illi ad senatum renuntiant. Statuæ, quæ istius causæ nihil prodessent, reponuntur: [*p.* 142.] decreta Centuripinorum, quæ de statuis erant facta,[20] non tolluntur.[1] Hic ego aliud alii concedo:[n] Metello, homini sapienti, prorsus non possum ignoscere, si quid stulte facit. Quid? ille hoc putabat Verri criminosum fore, si ejus statuæ essent dejectæ, quod sæpe vento, aut aliquo casu fieri solet? non erat in hoc neque crimen ullum, neque reprehensio. Ex quo igitur crimen atque accusatio[2] nascitur? ex hominum judicio et voluntate. LXVIII. 163. Ego, si Metellus statuas reponere Centuripinos non coëgisset, hæc[3] dicerem: Videte, judices, quantum et quam acerbum dolorem sociorum atque amicorum animis inusserint[4] istius injuriæ; cum Centuripinorum amicissima et fidelissima civitas, quæ tantis officiis cum populo Romano conjuncta est, ut non solum rempublicam nostram, sed etiam in quovis homine privato nomen ipsum Romanorum semper dilexerit, ea publico consilio atque auctoritate judicarit, C. Verris statuas esse in

Oliv. Lall. Harles. Beck. et Schutz.—18 *Voluerunt* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Oliv. Lall. Beck. et Orell.—19 *Publice* omittunt ψ, Huyd. et Mss. plerique, cum Junt. Crat. Schutz. probb. Ern. et Beck.—20 Huyd. *factu.*—1 Verba *decreta Centuripinorum . . . non tolluntur* desunt in Mss. plerisque et edd. ante Gruter.—2 *Crim. aut acc.* ψ: *crim. et acc.* nonnullæ edd. vett.

NOTÆ

[n] *Hic ego aliud alii concedo*] Id est, ignosco Centuripinis, qui tam subito statuas suas reposuerunt, quas curarant publico consilio evertendas.

urbe sua non oportere. Recitarem decreta Centuripinorum: laudarem illam civitatem; id quod verissime possem: commemorarem, decem millia civium Centuripinorum, fortissimorum fidelissimorumque sociorum, eos omnes statuisse, 'Monumentum istius in sua civitate nullum esse oportere.' 164. Hæc tum dicerem, si statuas Metellus non reposuisset. Velim quærere nunc ex ipso Metello, quidnam sua vi et auctoritate mihi ex hac oratione præciderit. Eadem opinor omnia convenire. Neque enim, si maxime statuæ dejectæ essent, eas ego vobis possem jacentes ostendere. Hoc uno uterer; civitatem tam gravem statuas judicasse C. Verris demoliendas. Hoc mihi Metellus non eripuit: hoc etiam addidit, ut quererer, si mihi videretur, tam iniquo jure sociis atque amicis imperari, ut iis ne in suis quidem beneficiis libero judicio uti liceret: ut[5] vos rogarem, ut conjecturam faceretis, qualem in his rebus[6] in me L. Metellum fuisse putaretis, in quibus rebus obesse mihi posset, cum in hac re tam aperta cupiditate fuerit, in qua nihil obfuit. Sed ego Metello non irascor,[7] neque ei suam purgationem[8] eripio, qua ille apud omnes utitur, ut nihil malitiose, neque consulto fecisse videatur.

LXIX. 165. Jam igitur est ita perspicuum,[9] ut negare non possis, nullam tibi statuam voluntate cujusquam datam; nullam pecuniam statuarum nomine, nisi vi expressam et coactam. Quo quidem in crimine non illud solum intelligi volo, te ad statuas H-S CXX. millia[10] coëgisse; sed multo etiam illud magis, quod simul demonstratum[11] est, quantum odium in te aratorum, quantum omnium Siculorum sit et fuerit. In quo quæ vestra defensio futura sit,

---

CAP. LXVIII. 3 Huyd. *hoc.*—4 Idem Ms. *immiserint.*—5 Metelli Ms. non habet *ut.*—6 Ven. Junt. Crat. et Orell. *in iis rebus.*—7 *Nihil irascor* Schutz. e Franc. 1. prob. Græv.—8 *Vacationem* Metelli Ms. *vagationem* ψ, Huyd. Pall. Ven. 1483. Junt.

CAP. LXIX. 9 Huyd. *Jam ita est persp.*—10 Schutz. *H-S vicies*, ut supra cap. 57. quod vide.—11 *Demonstrandum* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. *demonstratum* e Mss. Nannii et Fabricii ediderunt Steph. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. In Metelli Ms. *demonstratum odium, &c.*

conjectura assequi non queo. 166. Oderunt Siculi: togatorum [c] enim causa multa feci.[o] At hi quidem [p] acerrimi inimicissimique sunt. Inimicos habeo cives Romanos, quod sociorum commoda ac jura defendi. At socii in hostium numero se abs te habitos queruntur. Aratores inimici sunt propter decumas. Quid? qui agros immunes liberosque arant,[12] cur oderunt? cur Halesini? [q] cur Centuripini? cur Segestani? cur Halicienses? quod genus hominum, quem numerum, quem ordinem proferre possis,[13] qui te non oderit, sive civium Romanorum, sive Siculorum? ut etiamsi causam, cur te oderint, non possim[14] dicere, tamen illud dicendum putem: 'quem omnes mortales oderint, eum quoque vobis odio esse oportere.' 167. An hoc dicere audebis; utrum de te aratores,[15] utrum denique Siculi universi bene existiment,[16] aut quo modo existiment, ad rem id[17] non pertinere? Neque tu hoc dicere audebis; neque, si cupias,[18] licebit. [*p.* 143.] Eripiunt enim tibi istam orationem contemnendorum[19] Siculorum atque aratorum statuæ illæ equestres, quas tu paulo ante, quam ad urbem venires, poni inscribique jussisti, ut omnium inimicorum animos[20] accusatorumque tardares. 168. Quis enim tibi molestus esset, aut quis appellare auderet, cum videret statuas ab negotiatoribus, ab aratoribus, a communi Siciliæ?[d 1] Quod est aliud in illa provincia

[c] *Populi Romani.* [d] *E republica Siciliæ.*

—12 Pro *arant*, Huyd. *aratores.*—13 Metelli Ms. *possum.*—14 Huyd. *possint dicere.*—15 Post *aratores* Schutz. putat verba *utrum negotiatores* excidisse.—16 *Bene an male exist.* e conj. Hotomanni ediderunt Lamb. Oliv. et Lall. Verba *aut quo modo exist.* omittunt Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat.—17 ψ *ideo.*—18 Nonnullæ edd. vett. habent *cupies.* Mox al. omittunt *enim.*—19 Pro *contemnendorum*, quod Orell. ut corruptum notat, Ursini Ms. et Jannoctian. habent *negotiatorum*; itaque Ald. Manut. nepos edidit, non improb. Grut. e cujus conjectura Schutz. delevit verba *cont. Sic. atque ar.*—20 Grut. et Græv. *amicos*, errore typogr.—1 ψ et Huyd. *Sicilia.* Tum Schutz. conj.

NOTÆ

[o] *Multa feci*] Inducit hic Verrem agentem contra Siculos pro populi Romani utilitate.

[p] *At hi quidem*] Cicero præripit Verri defensionem suam.

[q] *Cur Halesini, &c.*] Enumerat omnes civitatum populos, qui sine fœdere liberi sunt, et immunes.

genus humanum?[2] nullum. Ergo ab universa provincia, generatimque[3] a singulis ejus partibus non solum diligitur, sed etiam ornatur. Quis hunc attingere audeat? Potes igitur dicere, nihil tibi obesse oportere aratorum, negotiatorum, Siculorumque omnium testimonia, cum eorum nominibus in statuarum inscriptione positis omnem te speraris[4] invidiam atque infamiam tuam posse extinguere? an, quorum auctoritate tu statuas cohonestare tuas conatus es, eorum ego dignitate[5] accusationem meam comprobare non potero?

169. Nisi forte, quod apud publicanos gratiosus fuisti, in ea re[6] spes te aliqua consolatur. Quæ gratia ne quid tibi prodesse posset, ego mea diligentia perfeci: ut etiam obesse deberet, tu tua sapientia[e] curasti. Etenim rem totam, judices, breviter cognoscite. LXX. In scriptura Siciliæ[r] pro magistro[s] est quidam L. Carpinatius, qui et sui[7] quæstus causa, et fortasse quod sociorum interesse arbitrabatur, bene[8] penitus in istius familiaritatem sese dedit. Is cum prætorem circum omnia fora[t] sectaretur,[f] neque ab eo unquam discederet; in eam jam venerat[9] familiaritatem consuetudinemque in vendendis istius decretis et judiciis, transigendisque negotiis, ut prope alter Timarchides numeraretur. 170. Hoc erat etiam capitalior, quod idem pecu-

[e] *Calliditate tua.* [f] *Sequeretur.*

Num quod est. Ern. censebat excidisse *enim* aut *an*.—2 Lamb. Schutz. et Orell. ex Ms. Hotomanni *hominum*.—3 Oliv. et Lall. *generatim*, sine copula.—4 *Sperabis* ψ, Huyd. Franc. 1. Ven. 1483. Junt. *sperabas* Crat. *speraras* Steph. *speras* Naunii Ms. *speraris* debetur Hotomanno, qui ita edidit e conjectura.—5 Ern. censet verba *auctoritate* et *dignitate* sedes suas permutasse. Tum in ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. *probare*.—6 Malebat Ern. *ea re*, sine præpositione.

CAP. LXX. 7 Huyd. *qui est sui*.—8 Schutz. e conj. delevit *bene*.—9 Huyd. omittit verba *Is eum præt . . . jam venerat*. Schutz. auctoritate Ms. Metelli

NOTÆ

[r] *In scriptura Siciliæ*] Tota publicanorum ratio, scriptura dicebatur.

[s] *Pro magistro*] Publicanorum societati qui præerat, magister appellabatur, et is Romæ semper erat; qui vero in provinciis quasi vicarius rem gerebat, pro magistro dicebatur.

[t] *Circum omnia fora*] Lites agere oportebat in foris.

niam[10] iis, qui ab isto aliquid mercabantur, fœnori dabat. Ea autem fœneratio erat hujusmodi, judices, ut etiam hic quæstus huic cederet: nam, quas pecunias iis ferebat expensas,[11 u] quibuscum contrahebat; aut scribæ istius, aut Timarchidi, aut etiam ipsi isti[12] referebat acceptas. Idem præterea pecunias istius extraordinarias grandes suo nomine fœnerabatur.[13] 171. Hic primo Carpinatius, antequam in istius tantam familiaritatem pervenisset, aliquoties ad socios literas de istius injuriis miserat. Canuleius vero, qui in portu Syracusis operas dabat,[x] furta quoque istius permulta nominatim ad socios perscripserat, ea quæ sine portorio[14 y] Syracusis erant exportata: portum autem et scripturam[15 z] eadem societas habebat. Ita factum est, ut essent permulta, quæ ex societatis literis dicere in istum ac proferre possemus. 172. Verum accidit, ut Carpinatius, qui jam cum isto summa consuetudine, præterea re ac ratione[16] conjunctus esset, crebras postea literas ad socios de istius summis officiis in rem communem beneficiisque mitteret. Etenim cum[17] iste omnia, quæcumque Carpinatius postulabat, facere ac decernere solebat; tum ille etiam plura scribebat ad socios; ut, si posset, quæ antea scripserat, ea plane extingueret.[18] Ad extremum vero, cum iste jam decedebat, ejusmodi literas ad eos misit, ut huic frequentes obviam prodirent, gratiasque[19]

---

delevit *familiaritatem* et copulam post *consuetudinem*.—10 Huyd. *pecunias*.—11 *Pec. ferebat is exp.* ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. *pec. is ferebat exp.* Huyd. in quo etiam legitur *quibus contr.*—12 Lamb. *isti ipsi*.—13 Huyd. *ferebatur*.—14 Lamb. *eorum quæ:* et Huyd. *sine prætorio*.—15 *Scripturas* Ven. 1483. Junt. Crat. Grut.—16 Pro *re ac ratione* ψ, Ven. 1483. et Junt. *oratione*.—17 *Tamen* Huyd. *tum* Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb.—18 Huyd. *exstinguerent*.—19 Fabricii et Metelli Mss. cum Lamb. et Schutz. *gratias*, sine copula, prob.

NOTÆ

u *Ferebat expensas*] Expensas ferre pecunias, est aliquem scribere se eas dedisse.

x *Operas dabat*] Qui operas dat, factor a nobis vulgo dicitur. Is vectigalia exigebat nomine illius societatis quæ ea conduxerat.

y *Sine portorio*] Portorium dicitur pecunia quæ pro exportatione solvitur.

z *Portum et scripturam*] Id est: Canuleius præerat omnibus vectigalibus. Portus autem scriptura caruit. Scriptura autem una fuit in frumento exigendo, altera fuit in pascuis.

agerent; facturos se, si quid imperasset, studiose pollicerentur. Itaque socii fecerunt, vetere instituto publicanorum: non quo[20] istum ullo honore dignum arbitrarentur, sed quod sua interesse putabant, se memores gratosque existimari,[1] gratias isti egerunt: Carpinatium sæpe ad se de ejus officiis literas misisse dixerunt. LXXI. 173. Iste cum respondisset,[2] se ea libenter fecisse, operasque Carpinatii magnopere laudasset; dat amico suo cuidam negotium, qui tum magister erat ejus societatis, ut diligenter caveret atque prospiceret,[3] ne quid esset in literis sociorum, quod contra suum caput atque existimationem valere posset. [*p.* 144.] Itaque ille, multitudine[4] sociorum remota, decumanos convocat: rem defert. Statuunt illi atque decernunt, ut eæ literæ, quibus existimatio C. Verris læderetur, removerentur, operaque daretur, ne ea res C. Verri fraudi esse posset. 174. Si ostendo, hoc decrevisse decumanos, si planum facio, hoc decreto remotas esse literas; quid expectatis amplius?[5] possumne rem magis judicatam afferre, magis reum condemnatum in judicium adducere? At quorum judicio condemnatum?[6] nempe eorum, quos ii, qui severiora judicia[a] desiderant, arbitrantur[7] res judicare oportere, publicanorum judicio; quos videlicet nunc populus judices poscit, de quibus, ut eos judices habeamus, legem ab homine non nostri generis,[b] non ex[8] equestri loco profecto, sed nobilissimo, promulgatam videmus. 175. Decumani, hoc est, principes et quasi senatores publicanorum, removendas de medio literas censuerunt. Habeo ex

Garaton. Dein *facturos esse* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *facturos sese* Schutz. e conj. Garatoni.—20 *Non quod* Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall.—1 Post *existimari* ψ plene interpungit.

CAP. LXXI. 2 Huyd. *Is cum te resp.* Tum *ea se* Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. et Orell.—3 Huyd. *perspiceret.*—4 Idem Ms. *multitudines.* Mox Ven. 1483. Junt. *hæ,* prob. Garaton.—5 Huyd. *quas exp. ampl.*—6 Huyd. non agnoscit *condemnatum.*—7 *Arbitrentur res* Franc. 1. Pall. et Junt. *arbitrentur*

NOTÆ

[a] *Severiora judicia*] Judicia indicat senatorii ordinis; quæ corrupta habebantur.

[b] *Non nostri generis*] Cottam prætorem designat, qui legem tulit de judiciis equitibus restituendis.

iis, qui affuerunt, quos producam, quibus hoc committam,[9] homines honestissimos ac locupletissimos, istos ipsos[10] principes equestris ordinis; quorum splendore vel maxime istius,[11] qui legem promulgavit, oratio et causa nititur.[12] Venient in medium; dicent, quid statuerint. Profecto, si recte homines novi, non mentientur. Literas enim communes de medio removere potuerunt; fidem suam et religionem removere non possunt. Ergo equites Romani, qui te suo judicio condemnarunt, horum judicio condemnari noluerunt.[13] Vos nunc, utrum illorum judicium, an voluntatem sequi malitis, considerate.

LXXII. 176. At vide, quid te amicorum tuorum studium, quid tuum consilium, quid sociorum voluntas adjuvet. Dicam paulo promtius:[14] neque enim jam vereor, ne quis hoc me magis accusatorie,[c] quam libere dixisse arbitretur.[15] Si istas literas non decreto decumanorum magistri removissent; tantum possem[16] in te dicere, quantum in literis invenissem: nunc, decreto isto facto, literisque remotis, tantum mihi licet dicere, quantum possum; tantum judici suspicari, quantum velit. Dico, te maximum pondus auri, argenti, eboris, purpuræ, plurimam vestem Melitensem,[d]

---

reos Ven. 1483. Crat. Cam.—8 Lamb. omittit præpositionem.—9 *Quos prod., quibus hoc producam* Huyd. Ven. 1483. Junt. *quibus hoc producam*, ceteris omissis, ψ: et *quos producam* Crat. Naug. Lamb. Græv. Oliv. Lall. et Schutz.—10 *Ipsos* omittunt ψ, Huyd. et quædam edd. vett. Steph. et Lamb. non habent *istos*, quod Orell. uncis inclusit.—11 Pro *istius* Lamb. maluit *ipsius* seu *ejus*. Schutz. dedit *illius*.—12 *Nitetur* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. *nitatur* nonnullæ edd. vett.—13 *Ergo eq. Rom. te suo jud. condemnari voluerunt* Ven. 1483. Junt. et Lamb. sicque Huyd. Crat. Naug. nisi quod legunt *noluerunt*. In ψ *Ergo eq. Rom., qui te suo jud. condemnari noluerunt:* Nannii Ms. et Stepb. *Ergo eq. Rom., qui te suo jud. condemnarant, horum jud. condemnari noluerunt.* Schutz. *Ergo eq. Rom., qui te suo jud. condemnarunt, horum te jud. condemnari noluerunt.* Vulg. ut Ern.

CAP. LXXII. 14 Pro *promtius*, Huyd. et edd. vett. habent *amplius*.—15 Huyd. *arbitratur*.—16 Beck. e conj. Ernesti *possim*. Dein Huyd. *tantum*

NOTÆ

[c] *Magis accusatorie*] Accusatorie dicere est infesto animo dicere, ut vulgo solent accusatores.

[d] *Vestem Melitensem*] Vestis Melitensis genus vestis muliebre est, quod Melitæ fiebat. Est autem Melita insula tempestatibus et scopulis infesta, disjuncta mari a Sicilia.

plurimam stragulam,[e] multam Deliacam[17] [f] supellectilem, plurima vasa Corinthia, magnum numerum frumenti, vim mellis[18] maximam, Syracusis exportasse: his pro rebus, quod portorium[g] non esset datum, literas ad socios misisse L. Canuleium, qui in portu operas daret.

177. Satisne magnum hoc crimen videtur? nullum, opinor, majus. Quid defendet[19] Hortensius? postulabit, ut literas Canuleii proferam? crimen hujusmodi, nisi literis confirmetur, inane esse dicet? Clamabo, literas remotas esse de medio; decreto sociorum erepta mihi esse istius indicia ac monumenta furtorum. Aut hoc contendat nunquam esse factum; aut omnia[20] tela excipiat necesse est. Negas esse factum? placet mihi ista defensio; descendo: æqua enim conditio,[1] æquum certamen proponitur. Producam testes, et producam plures eodem tempore: quoniam tum, cum actum est, una fuerunt, nunc quoque una sint:[2] cum interrogabuntur, obligentur non solum jurisjurandi atque existimationis periculo, sed etiam communi inter se conscientia.[h] 178. Si planum fit, hoc ita, quemadmodum dico, esse factum; num poteris dicere,[3] Hortensi, nihil in istis fuisse literis, quod Verrem læderet? non modo id non dices, sed ne illud quidem tibi dicere licebit, tantum, quantum ego dicam, non fuisse. Ergo hoc vestro consilio et gratia perfecistis,[4] ut, quemadmodum paulo ante dixi, et mihi summa facultas ad accusandum daretur, et judicibus

judicii.—17 ψ *Delicatam.*—18 ψ et Huyd. *frum., vini, mellis.*—19 Huyd. *defendit.*—20 Metelli Ms. *omnium*, prob. Grut.—1 Idem Ms. *Æq. enim contentio:* Huyd. *Æq. condictio.* Tum *æquumque* nonnullæ edd. vett.—2 Metelli Ms. *una sint;* et sic e conj. edidit Ern. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur: *una sunt* ceteri.—3 Huyd. et quædam edd. vett. *non pot. dicere.*—

NOTÆ

[e] *Stragulam*] Vide orat. pro Rosc. Amer. § 33.

[f] *Deliacam*] Per supellectilem Deliacam mensas intelligit, lectulos, et abacos ære Deliaco, quod erat in pretio, ornatos.

[g] *Quod portorium*] Portorium vectigal est quod portitori solvitur.

[h] *Communi inter se conscientia*] Cum Verris amici conscii sint omnes rerum earum quæ gestæ sunt, nemo utetur dissimulatione, ne ab aliis mendacii arguatur.

libera potestas ad credendum.[5] LXXIII. 179. Quod cum ita sit, nihil fingam tamen. Meminero, me non sumsisse, quem accusarem; sed recepisse, quos defenderem:[6] [*p.* 145.] vos ex me causam non a me prolatam, sed ad me delatam, audire oportere: me Siculis satis esse facturum, si, quæ cognovi in Sicilia, quæ accepi ab ipsis, diligenter exposuero: populo Romano, si nullius vim, nullius potentiam pertimuero: vobis, si facultatem vere atque honeste judicandi fide et diligentia mea fecero: mihimet, si[7] ne minimum quidem de eo curriculo vitæ, quod mihi semper propositum fuit, decessero. 180. Quapropter nihil est, quod metuas, ne quid in te confingam:[8] etiam quod lætere, habes. Multa enim, quæ scio abs te esse commissa, quod aut nimium[9] turpia, aut parum credibilia sunt, prætermittam. Tantum agam de hoc toto nomine societatis. Ut jam scire possis;[10] quæram, decretumne sit.[i] Cum id invenero; quæram, remotæne sint literæ? Cum id quoque constabit, vos jam, me tacito, intelligetis, si illi, qui hoc istius causa decreverunt, equites Romani, nunc iidem in eum judices essent, istum sine dubio condemnarent,[11] de quo

---

4 ψ et Huyd. *perficitis.*—5 *Ad cernendum* Ms. ap. Lamb. qui conjecit *ad decernendum* legend.

CAP. LXXIII. 6 Huyd. *quod def.*—7 *Mihi in eo si* ψ, Huyd. et edd. ante Gruter. qui e Mss. Fabricii et Metelli edidit *mihimet si;* et sic vulg. Mox *de meo curr.* Nannii et Metelli Mss. ac Ven. 1483. Junt. Crat.—8 *Ne quid mecum fingam* ψ, Huyd. Mss. plerique, et edd. vett. *ne quid in te fingam* Nannii Ms. Paris. Lamb. 1566. Lall. et Beck. *ne quid in te confingam* Lamb. 1584. Grut. Græv. Oliv. Harles. Schutz. Tum Huyd. *ne quod te lædere.*——9 Idem Ms. *quod autem nimium.*—10 *Societatis, ut eam scire possitis* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *societatis: ut eum scire possis* ψ: *societatis. Ut verum scire possitis* edd. medii ævi: unde Manut. e conj. Hotomanni dedit *soc.* χ *et ut verum scire possitis:* Schutz. et Orell. *societatis. Ut jam scire possitis.* Vulg. ut Ern.—11 '*Intelligetis ... condemnarent*] In hoc loco vitium esse plerique VV. DD. censuerunt. Postulabatur, *intelligetis ... condemnaturos*, auctore Ern. Hotomannus ante *si illi* addi voluit *an non*, aut particulam *si* iterari. Lamb. dedit, *Vos jam, me tacito, cetera intelligetis. Si illi, &c.* incertum, utrum e conjectura, an e codd. Nulla tamen varietas codd. notata, nisi quod Metell. *me jam hoc tacito, intell.* Paulus Manut. ante *si* distinxit. Id quoque fieri jussit Ern. Mihi videntur ante *istum sine dubio cond.* facile intelligi posse verba 'fore ut.'' *Beck.* Schutz. edidit *me jam tacito, hoc in-*

NOTÆ

[i] *Decretumne sit*] Nempe ut illæ literæ removerentur.

literas eas, quæ istius furta indicarent, et ad se missas, et suo decreto remotas scirent esse. Quem igitur ab iis equitibus Romanis, qui istius causa cupiunt omnia, qui ab eo benignissime tractati sunt, condemnari necesse esset; is a vobis, judices, ulla vi aut ratione absolvi potest? [12]

181. Ac, ne forte ea, quæ remota de medio, atque erepta vobis sunt, omnia ita condita fuisse, atque ita abdite latuisse videantur, ut hac diligentia, quam ego a me expectari maxime puto, nihil horum investigari,[13] nihil assequi potuerit;[k] quæ consilio aliquo aut ratione inveniri potuerunt, inventa sunt, judices. Manifestis in rebus hominem jam teneri videbitis. Nam quod in publicanorum causis vel plurimum [14] ætatis meæ versor, vehementerque illum ordinem observo, satis commode mihi videor eorum consuetudinem usu tractandoque cognosse.

LXXIV. 182. Itaque ut hoc comperi, remotas esse literas societatis; habui rationem annorum,[15] per quos iste in Sicilia fuisset: deinde quæsivi, quod erat inventu facillimum, qui per eosdem annos magistri istius societatis fuissent.[16] Sciebam enim hanc magistrorum, qui tabulas haberent,[l] consuetudinem esse, ut, cum tabulas novo magistro traderent, exempla literarum ipsi habere non nollent. Itaque ad L. Vibium, equitem Romanum, virum primarium, quem reperiebam magistrum fuisse [17] eo ipso anno, qui mihi maxime quærendus erat, primum veni. Sane homini præ-

---

telligetis. Si, &c.—12 *Ulla vi ... potest?* vulg. *nulla vi ... potest*, sine interrog., edd. vett. Ern. conj. *ulla via aut* (vel *et*) *rat.* legend. Schutz. et Orell. dederunt *ulla via aut rat.*—13 *Nihil eorum inv.* Huyd. E conj. J. F. Gronovii dedit Schutz. *hæc diligentia ... investigare*, prob. Ern. In uno Paris. quoque *investigare*: unde Garaton. conj. *hac dilig. ... investigare ... potuerim.* Dein Huyd. *quem consilio aliquo.*—14 ψ et Huyd. *causis ut plur.*

CAP. LXXIV. 15 Post *annorum* Metelli Ms. addit *eorum.*—16 Post *societatis fuissent* e Franc. 1. et Nannii Ms. verba *apud quos tabulæ fuissent* inseruerunt Lamb. Græv. et Beck.—17 Metelli Ms. *quem inveniebam magistratum*

NOTÆ

[k] *Assequi potuerit*] Assequor passive ponitur: ut 'complexa' in Oratione pro Sexto Roscio.

[l] *Tabulas haberent*] Societatum magistri, qui rationibus exigendis et conficiendis præerant, tabulas rerum omnium habere debebant apud se.

ter opinionem improviso incidi. Scrutatus sum, quæ potui, et quæsivi omnia : [18] inveni duos solos libellos, ab L. Canuleio missos sociis ex portu Syracusis ; in quibus erat ratio scripta mensium [19] complurium, rerum exportatarum istius nomine sine portorio. Itaque obsignavi statim.[m] 183. Erant hæc ex eo genere,[20] quod ego maxime genus ex sociorum literis reperire cupiebam ; verum tantum inveni, judices, quod apud vos quasi exempli causa proferre possem. Sed tamen, quicquid erit in his libellis, quantulumcumque videbitur esse, hoc quidem certe manifestum erit : de ceteris ex hoc conjecturam facere debebitis. Recita mihi, quæso, hunc primum libellum ; deinde illum alterum. (*Libelli Canuleii.*)[1] Jam non quæro, unde cccc. amphoras [n] mellis habueris, unde tantam Melitensem vestem,[2] unde quinquaginta tricliniorum lectos,[o] unde tot candelabra : non, inquam, jam quæro, unde hæc habueris ; sed quo [g] tibi tantum opus fuerit, id quæro. Mitto de melle : sed tantumne Melitensium ? quasi [3] etiam amicorum uxores,[p] tantum lectorum ? quasi etiam omnium istorum villas ornaturus esses.

[g] *Ad quid.*

fuisse.—18 Idem Ms. *et quæ vidi omnia.*—19 E Mss. Nannii, Metelli, et Fabricii *mensum* dederunt Grut. Græv. et Beck. Vid. cap. 75.—20 Lambinus in duobus Mss. se invenisse testatur, quod Hotom. conjecit et Aldus Manut. recepit, *Nec erant hæc ex eo gen.* Licet etiam, inquit Lamb., legere *Erant ex eodem gen.* ut cod. antiquiss. habet.—1 *Libellum Canulejani* Huyd. *Libellus Canuleiani* Ven. 1483. Junt. *Libellum Canuleii* Crat. Naug. *Libelli Canuleiani* Metelli Ms. et Pall. prob. Orell. *Libellus Canuleii* Ms. ap. Hotom. In edd. Rob. Steph. et Vict. desunt verba *Libellum Canuleii.* Tum *Non quæro,* omisso *Jam,* Huyd. Metelli Ms. Pall. et nonnullæ edd. vett.—2 *Unde tantum Melitensium* Lamb. Grut. Oliv. Lall.—3 Huyd. *quam.*

NOTÆ

[m] *Obsignavi statim*] Auctoritate prætoris obsignabant accusatores quæcumque ad causam factura reperirent.

[n] *Amphoras*] Amphora vas apud Romanos in usu, quod pedem in omnes dimensiones habet.

[o] *Tricliniorum lectos*] Triclinium locus erat ubi epulabantur, et erant lecti in quibus mensæ accumbebant.

[p] *Amicorum uxores*] Vult indicare amicorum uxoribus has a Verre datas fuisse vestes Melitenses ad invidiam illi conciliandam.

LXXV. 184. Cum hæc paucorum mensium[4] ratio in his libellis sit, facite, ut vobis triennii totius veniat in mentem. [*p.* 146.] Sic contendo; ex his parvis libellis apud unum magistrum societatis repertis, vos jam conjectura assequi posse, cujusmodi prædo iste in illa provincia fuerit, quam multas cupiditates, quam varias, quam infinitas habuerit; quantam pecuniam non solum numeratam, verum etiam hujusmodi[5] in rebus positam, confecerit; quæ vobis[6] alio loco planius explicabuntur. 185. Nunc hoc attendite. His exportationibus, quæ recitatæ sunt, scribit H-S LX.[7 q] socios perdidisse ex vicesima portorii Syracusis. Paucis igitur mensibus, ut hi pusilli et contemti libelli indicant, furta prætoris, quæ essent H-S duodecies,[8 r] ex uno oppido solo exportata sunt. Cogitate nunc, cum illa sit hæc insula, quæ undique exitus maritimos habeat, quid ex ceteris locis exportatum putetis; quid Agrigento,[9] quid Lilybæo, quid Panormo, quid Thermis, quid Halesa, quid Catina, quid ex ceteris oppidis; quid vero Messana, quem iste sibi[10] locum maxime tutum arbitrabatur; ubi animo semper soluto liberoque erat, quod sibi[11] iste Mamertinos[s] delegerat, ad quos omnia, quæ aut diligentius servanda, aut occultius exportanda erant, deportaret. His inventis libellis, ceteri remoti et diligentius sunt reconditi: nos tamen, ut omnes intelligant, hoc nos sine cupiditate agere, his ipsis libellis contenti sumus.

CAP. LXXV. 4 *Mensum* e Nannii Ms. ediderunt Beck. Schutz. et Orell. *mensium* ceteri.—5 Al. *hujuscemodi*. Huyd. caret *in* ante *rebus*.—6 Huyd. Vict. Manut. *nobis*.—7 *Sextertia LXX*. Franc. 1. *H-S IↃC*. Fabricii Ms. *H-S DC*. Metelli et Nannii Mss. Garatonus monuit, aut lineam, millenarii notam, periisse, aut *sestertia sexaginta* esse scribendum. Vulg. *H-S LX*. Schutz. et Orell. *H-S LX. millia*, et sic Lamb. 1566.—8 Nannii Ms. *H-S ∞ CC*. Steph. *H-S CCCC*.—9 Huyd. *Agrigenti*. Mox pro *Thermis* in ψ et Huyd. *Athenis* legitur.—10 Huyd. *quem istum sibi*—11 Idem Ms. *quid sibi*.

NOTÆ

q *H-S LX.*] Quatuor librarum millia.

r *H-S duodecies*] Centum et viginti librarum millia.

s *Mamertinos*] A Mamertinorum regione Campana, eo colonia deducta est.

LXXVI. 186. Nunc ad sociorum tabulas accepti et expensi, quas removere honeste nullo modo potuerunt, et ad amicum tuum Carpinatium revertemur. Inspiciebamus [12] Syracusis a Carpinatio confectas tabulas societatis, quæ significabant, multis nominibus eos homines versuram [13] a Carpinatio fecisse,[h] qui pecuniam Verri dedissent. Erit vobis [14] luce clarius, judices, cum eos ipsos produxero, qui dederunt: intelligetis enim, illa tempora, per quæ,[15] cum essent in periculo, pretio sese redemerunt, cum societatis tabulis non solum consulibus,[t] verum etiam mensibus, convenire.

187. Cum hæc maxime cognosceremus, et jam in manibus tabulas haberemus; [16] repente aspicimus lituras [17] ejusmodi, quasi quædam vulnera tabellarum recentia. Statim suspicione offensi, ad ea ipsa nomina oculos animumque transtulimus. Erant acceptæ pecuniæ [s] a C. Verrutio [u] C. F.' [18] sic tamen, ut usque ad [19] alterum R, literæ constarent integræ, reliquæ omnes essent in litura. Alterum, tertium, quartum, permulta erant ejusdemmodi [20] nomina. Cum manifesta res, tum flagitiosa [1] tabularum atque insignis turpitudo [i] teneretur; quærere incepimus [2] de Carpinatio, quisnam esset is Verrutius,[3] quicum tantæ

[h] *Sumsisse pecuniam a Carpinatio.*
[i] *Litura.*

CAP. LXXVI. 12 Huyd. *Inspiciamus.*—13 ψ et Huyd. *usuram.*—14 Lamb. *Quod erit vobis.*—15 Lamb. *per quæ tempora.*—16 Huyd. *habuerimus.*—17 Edd. pr. *literas.* Tum Schutz. e conj. Ern. delevit *ejusmodi.* Mox pro *tabellarum* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Manut. Lamb. et Orell. habent *tabularum.*—18 ψ, Huyd. et edd. vett. cum Oliv. omittunt *C. F.*—19 Crat. et Lamb. non habent *ad.*—20 Edd. ante Grut. *ejusmodi;* et sic Schutz.—1 *Cum man. res, cum flag.* Lamb. 1566. e conj. Hotomanni: *cum man. res, flag.* Lamb. 1584. *cum man. re tam flag.* Schutz. e conj. Wyttenhachii. Beck. *tum* uncis inclusit.—2 Huyd. *incipimus.*—3 Mavult Ern. *iste Verrutius.* Tum ψ et

NOTÆ

[t] *Consulibus*] Annos sæpe per consules numerabant, quia singulis creabantur.

[u] *C. Verrutio*] Id est, a C. Verre Carpinatius eam acceperat pecuniam, ut in fœnore collocaret: postea, ne res ea Verri fraudi esset, corrupit nomen: prius enim scriptum fuerat *a C. Verre;* post autem, *re* interlitum, et in lituram *rutio* relatum.

pecuniæ rationem haberet. Hærere homo, versari,[4] rubere. Quod lege excipiuntur tabulæ publicanorum, quo minus Romam deportentur; ut res quam maxime clara ac testata esse posset,[5] in jus ad Metellum Carpinatium voco, tabulasque societatis in forum defero.[6] Fit maximus concursus hominum: et, quod erat Carpinatii nota cum isto prætore societas ac fœneratio,[x] summe[7] expectabant omnes, quidnam[8] in tabulis contineretur.

LXXVII. 188. Rem ad Metellum defero, me tabulas perspexisse sociorum, in his tabulis magnam rationem C. Verrutii permultis nominibus esse, meque hoc perspicere ex consulum mensiumque[9] ratione, hunc Verrutium neque ante adventum C. Verris, neque post decessionem quicquam cum Carpinatio rationis habuisse. Postulo, mihi respondeat, qui sit iste Verrutius; mercator, an negotiator,[10] an arator, an pecuarius; in Sicilia sit, an jam decesserit. [*p.* 147.] Clamare omnes ex conventu, neminem unquam ex Sicilia[11] fuisse Verrutium. Ego instare, ut mihi responderet, quis esset, ubi esset,[12] unde esset: cur servus societatis,[y] qui tabulas confecerit, semper in Verrutii nomine, certo ex loco, mendosus esset.[k]

189. Atque hæc postulabam, non quo[13] illum cogi putarem oportere, ut ea mihi responderet invitus; sed ut om-

[k] *Committeret mendum.*

Huyd. *qui tum.*—4 ψ *Hær. habeo: adversari.* Pro *versari,* quod primus Grut. ex Ms. Metelli edidit, Mss. plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. et Orell. habent *aversari:* Huyd. et Pall. *adversari.*—5 Al. *possit.* Verba *ad Metellum* e glossemate enata judicabat Lamb.—6 Mss. Nannii et Metelli *tabulas soc. in for. defert,* prob. Beck.—7 ψ et Huyd. *summa,* post quam vocem ψ plene interpungit.—8 Huyd. et nonnullæ edd. vett. *quid.*

CAP. LXXVII. 9 E Metelli Ms. dederunt Beck. Schutz. et Orell. *mensumque.*—10 Verba *an negotiator* desunt in Mss. plerisque et edd. ante Grut. qui ea inseruit e Nannii, Fabricii, et Metelli Mss. Pro *pecuarius* Huyd. et edd. pr. *pecuniarius.* Tum Huyd. et edd. vett. omittunt *jam* ante *decesserit.*—11 E Paris. et Metelli Ms. *in Sicilia* dederunt Lall. Beck. Schutz. et Orell.—

NOTÆ

[x] *Fœneratio*] Usuræ earum rerum, quas Carpinatius obtinebat, ad Verrem pertinebant.

[y] *Servus societatis*] Servus is fuit, qui societatis res gerebat Syracusis.

nibus istius furta,[z] illius[a] flagitium, utriusque audacia perspicua esse posset. Itaque illum in jure[14] metu conscientiaque peccati mutum, atque exanimatum, ac vix vivum relinquo: tabulas in foro, summa hominum frequentia, exscribo: adhibentur in exscribendo de conventu viri primarii: literæ lituræque omnes assimulatæ, expressæ,[15] de tabulis in libros transferuntur.

190. Hæc omnia summa cura et diligentia[16] recognita et collata, et ab hominibus honestissimis obsignata sunt. Si Carpinatius tum mihi respondere noluit; responde mihi nunc tu, Verres, quem esse hunc tuum pæne gentilem[b] Verrutium putes. Fieri non potest, ut, quem video, te prætore, in Sicilia fuisse, et quem ex ipsa ratione intelligo locupletem fuisse, eum tu in tua provincia non cognoris. Atque adeo, ne hoc aut longius[17] aut obscurius esse possit, procedite in medium, explicate descriptionem[c] imaginemque tabularum; ut omnes mortales istius avaritiæ non jam vestigia, sed ipsa cubilia[d] videre possint.

LXXVIII. 191. Videtis 'Verrutium?' videtis primas literas integras? videtis extremam partem[e] nominis, caudam[18] illam Verris,[f] tanquam in luto, demersam[19] esse in

12 *Ubi esset, quis esset* edd. ante Grut.—13 Lamb. *non quod.*—14 Edd. ante Lamb. *injuriæ.*—15 Lamb. *et expr.*—16 Verba *et diligentia* in ψ desunt. Pro *hominibus* ψ habet *omnibus.*—17 *Atque adeo hoc ne long.* Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb.

CAP. LXXVIII. 18 Nannii Ms. et paucæ edd. vett. *codam.*—19 Huyd. *im-*

NOTÆ

[z] *Istius furta*] Pecuniam fœnerabatur a sociis injuste expressam.

[a] *Illius*] Carpinatium intelligit, qui acceptam a Verre pecuniam fœnori dederat, et Verrem in Verrutium converterat.

[b] *Tuum pæne gentilem*] Gentilem appellat propter nominum similitudinem: gentiles autem dicuntur, qui eodem inter se nomine sunt, et ab ingennis oriundi.

[c] *Descriptionem*] Id est, librum in quem rationes ex tabulis translatæ sunt.

[d] *Ipsa cubilia*] Translatio a venatoribus; nam cubilia dicuntur, ubi feræ jacent.

[e] *Extremam partem*] Rutius extrema pars est illius nominis 'Verrutius.'

[f] *Caudam illam Verris*] Extremam partem nominis Verrutii indicat, sumta ab belluis translatione, quarum cauda extra cubile prominens, indi-

litura? Sic habent se tabulæ, judices, ut videtis. Quid expectatis? quid quæritis amplius? tu ipse Verres quid sedes? quid moraris? nam aut exhibeas nobis Verrutium, necesse est; aut te esse Verrutium fateare.[20] Laudabantur oratores veteres, Crassi illi et Antonii, quod crimina diluere dilucide, quod copiose reorum causas defendere solerent.[1] Nimirum illi non ingenio solum his patronis, sed fortuna etiam præstiterunt. Nemo enim tunc ita peccabat, ut defensioni locum non relinqueret: nemo ita vivebat, ut nulla ejus vitæ pars summæ turpitudinis esset expers: nemo ita in manifesto peccatu[2] tenebatur, ut, cum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur, si negaret.

192. Nunc vero quid faciat Hortensius? avaritiæne crimina frugalitatis laudibus deprecetur? At hominem flagitiosissimum, libidinosissimum, nequissimumque defendit.[3] An ab hac ejus infamia, nequitia,[4] vestros animos in aliam partem, fortitudinis commemoratione, traducat? At homo inertior, ignavior, magis vir inter mulieres, impura inter viros muliercula[5] proferri non potest. At mores commodi. Quis contumacior? quis inhumanior? quis superbior? At hæc[6] sine cujusquam malo. Quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior unquam fuit? In hoc homine, atque in ejusmodi causa quid facerent omnes Crassi et Antonii? Tantum, opinor, Hortensi, ad causam[7] non

mersam. Tum *in lituram* ψ et Huyd.—20 Metelli Ms. *aut te Verrutium facere.* Dein *Laudabantur* e conj. edidit Ern. quem Beck. et Schutz. sequuntur. *Laudantur* ceteri.—1 *Solebant* Huyd. et edd. ante Grut.—2 ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. *peccato.*—3 *An ... defendat?* Aul. Gell. Noct. Att. VI. 16. ubi tamen Ms. Guelf. habet *At.*—4 Lamb. e conj. Hotomanni *infamia nequitiæ:* Gulielm. conj. *infami nequitia.*—5 Nannii Ms. *magis vir int. mul. quam int. viros mul.* Edd. vett. *magis vir int. mul. quam impura int. viros mul.* Hinc Manutianæ, cum Steph. et Lamb. *magis vir int. mul. nequam, impura int. viros mul.* Vict. *magis vir int. mul. nequam quam impura int. viros mul.*—6 Huyd. *ad hæc.*—7 Vulg. *ad hunc causam.* Ern. auctoritate Ms. Metelli delevit *hanc;*

NOTÆ

cat eas ibi delitescere: vel etiam alludit ad Verris nomen, quem caudatum ait, quia Verres suem significat.

accederent, ne in alterius impudentia sui pudoris existimationem amitterent. Liberi enim ad causas[g] solutique veniebant, neque committebant,[8] ut, si impudentes in defendendo esse noluissent,[9] ingrati in deserendo existimarentur.

Gruter. prob. Harles. uncis inclusit. Tum *neque in alt.* ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett.—8 ψ et Huyd. *omittebant.*—9 ψ et Lamb. *voluissent.*

NOTÆ

[g] *Liberi ad causas*] Patrocinium exhibere clientibus sine ulla spe remunerationis debebant oratores.

ACTIONIS SECUNDÆ

IN C. VERREM

LIBER III.

DE FRUMENTO,

SEU

ORATIO FRUMENTARIA.†

ORATIO VIII.

ARGUMENTUM.

Continet hic liber furta Verris in omni frumenti genere. Frumenti autem, quod prætor Siculis ab aratoribus exigere poterat et debebat, erat primo decumanum, quod aratores pro agris sibi attributis dabant; alterum erat emtum, quod vi legis Rupiliæ tenebantur populi Siciliæ vectigales populo Rom. certo pretio vendere. Id erat vel decumanum alterum, cui pretium erat a senatu Rom. constitutum in modios singulos H-S terni; vel imperatum, cui H-S quaterni constituti erant. Constituebatur autem a senatu in annos singulos, e lege Terentia et Cassia frumentaria, quanta pecuniæ summa in utrumque emti genus ex ærario impenderetur: tertium erat æstimatum, sive in cellam, quod ex S. C. et legibus prætori in cellam ad usus suos imperabatur. Dabat senatus quæstori prætoris certam ex ærario pecuniam, unde ab aratoribus emeret, et quidem modium tritici H-S IV. hordei autem H-S II. Illam pecuniam aratoribus annumerabat, et deinde frumentum vehebatur, quorsum volebat. Licebat autem prætori certam pecuniam, quantam scilicet æquum erat, ab aratoribus pro frumento et vectura pacisci. Jam primum a cap. 6. ad 70. fraudes et furta Verris in decumano, a cap. 70. ad 81. in emto, et deinde in æstimato ostendit.

† In Nannii Ms. hæc Oratio inscribitur, *Liber Secundus de Re Frumentaria:* al. *Accusationis in Verrem liber V.* ψ habet, *Incipit Oratio quinta.*

[*Ed. Ald. p.* 148.] I. 1. Omnes, qui alterum, judices, nullis impulsi inimicitiis, nulla privatim læsi injuria, nullo præmio adducti, in judicium reipublicæ causa vocant, providere debent, non solum [1] quid oneris [a] in præsentia tollant, sed etiam quantum in omnem vitam negotii suscipere conentur.[2] Legem enim sibi ipsi [3] dicunt innocentiæ, continentiæ, virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt; atque eo magis, si id, ut ante dixi, faciunt nulla re commoti alia, nisi utilitate communi. 2. Nam qui sibi hoc [4] sumsit, ut corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoscat, si qua in re ipse ab religione officii declinarit? Quapropter hoc [a] etiam magis ab omnibus ejusmodi [5] civis laudandus ac diligendus est, qui non [6] solum republica civem improbum removet, verum etiam se ipsum ejusmodi fore profitetur ac præstat, ut sibi non modo communi voluntate [b] virtutis atque officii, sed etiam ut quadam magis necessaria [c] ratione recte sit [7] honesteque vivendum. 3. Itaque hoc,[8] judices, ex homine clarissimo atque eloquentissimo, L. Crasso,[d] sæpe auditum

[a] *In hoc.*

Cap. I. 1 In Huyd. Franc. 1. Pall. et edd. vett. deest *solum*.—2 Voces *negotii suscipere conentur* suspectæ sunt Grutero.—3 ψ, Huyd. Junt. omittunt *ipsi*. Tum *indicunt* ψ, Huyd. et edd. ante Grut. *dicunt* Mss. Metell. et Hittorp. cum Græv. Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. Dein *continentiæ* omittunt Metelli et Hittorpii Mss.—4 ψ et Huyd. carent *hoc*. Ern. conj. *sumit* legend.—5 Schutz. e conj. Herelii delevit *ejusmodi*.—6 *Quod non* Metelli et Hittorp. Mss. Dein *reipublicæ* Crat. Lamb. Grut. Oliv. *re publica* Franc. 1. Ern. et Harles. *a re publica* Græv. *R. P.* Pal. 1. et edd. vett. *ab republica* e Pariss. Pal. 2. Metelli et Hittorp. Mss. dederunt Lall. Beck. et Orell.—7 Hittorp. *sed etiam vi quad. nec. recte sit.* Voces *magis* et *ratione* quoque in Metelli Ms. desunt.—8 Huyd. et nonnullæ edd. vett. *Ita hoc.*—

NOTÆ

[a] *Quid oneris*] Onus accusandi gravissimum est, cum multæ in eo, qui accusat, virtutes requirantur.

[b] *Communi voluntate*] Id est, eo virtutis studio, quod omnibus commune est.

[c] *Magis necessaria*] Sibi præscribit legem innocentiæ et virtutum omnium, qui ab altero vitæ rationem reposcit.

[d] *L. Crasso*] De hoc Valerius Max. sic ait: 'Tantus erat apud judices L. Crassus, quantus apud P. C. Æmilius Scaurus: siquidem eorum suffragia

est, cum se nullius rei tam pœnitere diceret, quam quod C. Carbonem[e] unquam[9] in judicium vocavisset: minus enim liberas omnium rerum voluntates habebat, et vitam suam pluribus, quam vellet, observari oculis arbitrabatur. Atque ille his præsidiis[10] ingenii fortunæque[f] munitus, tamen hac cura continebatur, quam sibi, nondum confirmato[11] consilio, sed ineunte ætate,[g] susceperat. Quo minus etiam perspicitur[12 h] eorum virtus et integritas, qui ad hanc rem adolescentuli, quam qui jam firmata ætate descendunt: illi enim, antequam potuerunt existimare, quanto liberior vita sit eorum, qui neminem accusarint, gloriæ causa atque ostentationis accusant: nos, qui jam, et quid facere, et quantulum judicare possemus,[13] ostendimus,[i] nisi facile cupiditates nostras teneremus, nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam libertatemque vivendi. II. 4. Atque hoc ego plus oneris habeo,[14] quam qui ceteros accusarunt (si onus est id appellandum, quod cum lætitia feras ac voluptate); verumtamen hoc ego amplius suscepi, quam ceteri; quod ita postulatur ab omnibus,[15] ut ab iis se abstineant maxime vitiis, in quibus alterum reprehenderint. Furem aliquem aut rapacem accusaris? vi-

9 *Unquam* suspectum Ernestio. Conjicit Harles. *quondam* legend.—10 Lamb. et Orell. *iis præsidiis*.—11 Gulielm. mavult *confirmata*.—12 *Percipitur* Metelli Ms. *præcipitur* e duobus Pariss. et Hittorp. Ms. ediderunt Beck. et Orell. *perspicitur* Mss. plerique et vulg.—13 Lamb. e Nannii Ms. *quantillum dicere poss.*

Cap. II. 14 Lamb. *subeo*.—15 Nannii Ms. *ab hominibus*. Tum *ut his abst*. Mss. Metell. et Hittorp. Mox *reprehenderunt*, vel *deprehenderunt*, edd.

NOTÆ

robustissimis et felicissimis eloquentiæ stipendiis regebat, eratque sic fori, ut ille curiæ princeps.' Is accusavit, adhuc adolescens, Carbonem virum eloquentissimum.

[e] *C. Carbonem*] Carbo fuit consularis, qui accusatus, cantharidas sumendo, sibi necem attulit.

[f] *Fortunæque*] Per fortunam, nobilitatem exprimit, quæ summa erat in Crasso.

[g] *Ineunte ætate*] Vix Crassus annum vigesimum et nonum agens, Carbonem accusavit.

[h] *Quo minus etiam perspicitur, &c.*] Id est, qui non curarum et periculorum rationem tantam habent, quantam laudis et gloriæ.

[i] *Ostendimus*] In quæstura videlicet, qua, Sexto Peducæo prætore Siciliæ, Cicero functus est.

tanda tibi semper erit omnis avaritiæ suspicio. Maleficum quempiam adduxeris,[16] aut crudelem? cavendum erit semper, ne qua in re asperior aut inhumanior fuisse[17] videare. Corruptorem, adulterum? providendum diligenter, ne quod[18] in vita vestigium libidinis appareat. Omnia postremo, quæ vindicaris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Etenim non modo accusator, sed ne objurgator quidem ferendus est is, qui, quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur.[19] Ego in uno homine omnia vitia, quæ possunt in homine perdito nefarioque esse, reprehendo: nullum esse dico[20] indicium libidinis, sceleris, audaciæ, quod non in istius unius[k] vita perspicere possitis. 5. Ego[1] in isto reo legem hanc, judices, mihi[2] statuo; vivendum ita esse, ut isti non modo factis dictisque omnibus, sed etiam oris oculorumque illa contumacia ac superbia, quam videtis, dissimillimus esse, ac semper fuisse videar.[3] [*p.* 149.] Patior non moleste, judices, eam vitam, quæ mihi sua sponte antea jucunda fuerit, nunc jam mea lege et conditione[l] necessariam quoque futuram. III. 6. Et in hoc homine sæpe a me quæris, Hortensi, quibus inimicitiis, aut qua injuria adductus, ad accusandum descenderim. Mitto jam rationem officii mei, necessitudinisque[4 m] Siculorum: de ipsis tibi inimicitiis respondeo. An tu majores ullas inimicitias putas esse, quam contrarias hominum sententias, ac dissimilitudines[5] studiorum et voluntatum? Fidem sanctissimam in vita qui putat, potest ei non inimicus esse, qui quæstor consulem

vett.—16 Lamb. *quemp. in judicium add.*—17 Hotom. conjecit *fore* legend.—18 Huyd. *ne quid.*—19 Metelli Ms. et Hittorp. *reprehenditur*, prob. Gulielm. Tum Herelius conjecit *Ego in uno hoc Verre:* et Beck. *Ego in uno hoc homine.*—20 ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. omittunt *dico.* Orell. uncis inclusit.—1 Schutz. e conj. Ern. *Ergo.*—2 *Mihi* in Huyd. deest.—3 Huyd. *videare.*

NOTÆ

[k] *Istius unius*] Nullum est vitium quod in Verre non reperiatur.

[l] *Mea lege et conditione*] Sibi ipse lubens imposuit hanc legem accusandi.

[m] *Necessitudinis*] Necessitudine junctus fuit cum Siculis Cicero, quia quæstor apud eos fuit.

suum,[n] consiliis commissis,[b] pecunia tradita, rebus omnibus creditis, spoliare, relinquere, prodere, oppugnare ausus sit?[6] Pudorem et pudicitiam[o] qui colit, potest animo æquo istius quotidiana adulteria, meretriciam disciplinam, domesticum lenocinium[p] videre? Qui religiones Deorum immortalium retinere vult, ei, qui fana spoliarit omnia, qui ex thensarum[7] orbitis[q] prædari sit ausus, inimicus non esse qui potest? Qui jure æquo omnes putat[8] esse oportere, is tibi non infestissimus sit, cum cogitet varietatem libidinemque decretorum tuorum? qui sociorum injuriis, provinciarumque incommodis doleat, is in te non expilatione Asiæ,[r] vexatione Pamphyliæ,[s] squalore et lacrymis Siciliæ concitetur? qui civium Romanorum jura ac libertatem sanctam apud omnes haberi velit,[9] is non tibi plus etiam, quam inimicus esse debeat,[10] cum tua verbera, cum secures,[t] cum cruces ad civium Romanorum supplicia fixas recordetur? 7. An, si qua in re contra rem meam decresset aliquid injuria, jure me ei inimicum esse arbitrarer;[11 u] cum omnia contra omnium bonorum rem, causam, rationem, utilitatem, voluntatemque fecerit, quæris, cur ei sim inimicus, cui populus Romanus infestus sit? qui præsertim plus etiam, quam pars virilis postulat,[c 12] pro voluntate populi

[b] *Communicatis.*
[c] *Quam meæ vires postulant.*

CAP. III. 4 Oliv. *necessitudinesque.*—5 Huyd. *similitudines.*—6 Idem Ms. omittit *sit.*—7 Lamb. *censorum*—8 Beck. e conj. dedit *putet*, et sic Schutz. et Orell.—9 *Vult* Huyd. et edd. vett.—10 Huyd. *debebit.*—11 Lamb. Beck. Schutz. et Orell. e conj. Hotomanni *arbitrarere.*—12 Ern. conj. *postulet.*

NOTÆ

[n] *Quæstor consulem suum*] Verres quæstor Cn. Carbonis, deinde legatus ac proquæstor Dolabellæ, utrumque prodidit.

[o] *Pudorem et pudicitiam*] Pudor ad animum, pudicitia ad corpus pertinet.

[p] *Lenocinium*] Rubrius perductor ejus domesticus fuit.

[q] *Ex thensarum orbitis*] Vide Verr. act. II. lib. I. cap. 59.

[r] *Asiæ*] Ciliciam intelligit, ubi Verres legatus fuit, consule Dolabella.

[s] *Pamphyliæ*] Pars Minoris Asiæ. Pamphylia.

[t] *Verbera, cum secures*] De his ultima Verr. dicetur.

[u] *Arbitrarer*] Melius arbitrarere.

Romani oneris ac muneris suscipere debeam? IV. Quid illa, quæ leviora videntur esse? non cujusvis animum possunt movere? quod ad tuam ipsius amicitiam, ceterorumque hominum magnorum atque nobilium,[13] faciliorem aditum istius habet nequitia et audacia, quam cujusquam nostrum virtus et integritas? odistis hominum novorum industrias; despicitis eorum frugalitatem; pudorem contemnitis; ingenium vero, et virtutem depressam extinctamque cupitis.[14] 8. Verrem amatis. Ita[15] credo:[x] si non virtute, non industria, non innocentia, non pudore, non pudicitia; at sermone, at literis, at humanitate ejus delectamini. Nihil horum est: contraque sunt omnia cum summo dedecore ac turpitudine, tum singulari[16] stultitia atque inhumanitate oblita. Huic homini si cujus domus patet, utrum ea patere, an hiare[y] ac poscere aliquid videtur? Hunc vestri janitores, hunc cubicularii diligunt: hunc liberti[17] vestri, hunc servi ancillæque amant: hic cum venit, extra ordinem vocatur: hic solus introducitur; ceteri, sæpe frugalissimi[z] homines, excluduntur. Ex quo intelligi potest, eos vobis esse carissimos, qui ita vixerunt,[18] ut sine vestro præsidio salvi esse non possint. 9. Quid? hoc cuiquam ferendum putas esse, nos ita vivere in pecunia tenui, ut prorsus nihil acquirere velimus; ut dignitatem nostram, populique Romani beneficia,[d] non copiis, sed virtute tueamur: istum, rebus omnibus undique ereptis, impune eludentem[e] circum-

[d] *Honores.* [e] *Lascivientem.*

Cap. IV. 13 *Ceterorumque omnium majorum atque nobilium* Mss. nonnulli, Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. *ceterorumque omnium majorum, omnium clarorum* Vict. Manut. Vulg. ut Ern.—14 Gulielm. maluit, *depressum extinctumque itis.*—15 *Ita* non est in Huyd.—16 Huyd. *cum sing*—17 Huyd. *liberi.*—18

NOTÆ

[x] *Ita credo*] Verres non propter virtutes, sed propter gratiam munerum amatur.

[y] *Patere, an hiare*] Translatio sumta hæc est a belluis, quæ cum eum, a quo pastum accipere solent, aspexerunt, hiare solent. Vult autem Cicero significare ædes nobilium, quoties in eas Verres intrabat, solitas esse aliquid ab eo recipere.

[z] *Frugalissimi*] Qui nihil habent quod conferant, frugalissimi habendi sunt.

fluere atque abundare? hujus argento dominia vestra,[19] hujus signis et tabulis forum comitiumque [a] ornari? præsertim cum vos vestro Marte[f] his rebus omnibus abundetis? [*p.* 150.] Verrem esse, qui vestras villas suis manubiis [20 b] ornet? Verrem esse, qui cum L. Mummio [c] certet; ut plures hic sociorum urbes, quam ille hostium, spoliasse videatur? plures hic solus villas ornamentis fanorum,[1] quam ille fana spoliis hostium ornasse? et is erit [2] ob eam rem vobis carior, ut ceteri libentius suo periculo vestris cupiditatibus serviant?

v. 10. Verum hæc et dicentur alio loco,[d] et dicta sunt: nunc proficiscemur ad reliqua, si pauca ante fuerimus [3] a vobis, judices, deprecati. Superiore omni oratione [4] perattentos vestros animos habuimus: id fuit nobis gratum admodum. Sed multo erit gratius, si reliqua voletis attendere; propterea quod in his omnibus,[5] quæ antea dicta sunt, erat [6] quædam ex ipsa varietate ac novitate [7] rerum ac criminum delectatio. Nunc tractare causam instituimus frumentariam; quæ magnitudine injuriæ et re criminibus [8] ceteris antecellit; jucunditatis in agendo et varietatis minus habebit. Vestra autem auctoritate et prudentia dignissimum est, judices, in audiendi diligentia [9] non minus

[f] *Vestra sponte.*

Ern. conj. *vixerint.*—19 Edd. vett. cum Oliv. et Lall. *domos vestras:* Græv. *domus vestras.*—20 Huyd. *manibus.*—1 ψ *facinorum.*—2 ψ *ipse erat:* Huyd. *ipse erit.*

Cap. v. 3 Mss. et edd. ante Lamb. cum Orell. *erimus.*—4 Huyd. *Sup. enim orat.*—5 Lamb. et Orell. *in iis omn.*—6 ψ et Huyd. *erit.*—7 Metelli Ms. *nobilitate,* prob. Gulielm.—8 *Inj. fere crim.* Mss. pauci, Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Schutz. et Orell. *inj. et re crim.* e Metelli et Fabricii Mss. edidit Grut. quem Verburg. Harles. Beck. sequuntur.—9 *In audiendo diligentiam* ψ, Huyd. et edd. ante Grut. qui e Mss. Metelli et Fabricii *in audiendi diligentia;* et sic Græv. Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz.

NOTÆ

[a] *Forum comitiumque*] Ex his verbis patet comitium in foro fuisse. Livius l. XXVII. tectum fuisse scribit.

[b] *Suis manubiis*] Manubiæ significant prædam captam ab hostibus.

[c] *L. Mummio*] L. Mummius consul Achæos vicit, et Corinthum diruit. Vir summæ fuit abstinentiæ, utpote qui nihil ex signis et iis ornamentis, quibus Corinthus abundabat, domum suam retulit.

[d] *Alio loco*] Libro IV.

religioni tribuere,[e] quam voluptati. 11. In hac causa frumentaria cognoscenda hæc vobis proponite, judices, vos de rebus fortunisque Siculorum omnium, de civium Romanorum, qui arant in Sicilia, bonis, de vectigalibus a majoribus traditis, de vita victuque[f] populi Romani cognituros. Quæ si magna atque adeo maxima vobis videntur; quam varie et quam copiose dicantur, expectare nolite. Neminem vestrum præterit, judices, omnem utilitatem opportunitatemque provinciæ Siciliæ, quæ ad commoda populi Romani adjuncta[10] sit, consistere in re frumentaria maxime: nam ceteris rebus[11] adjuvamur ex illa provincia; hac vero alimur ac sustinemur. 12. Ea causa tripertita, judices, erit in accusatione: primum enim de decumano,[g] deinde de emto[h] dicemus frumento, postremo de æstimato.[i]

VI. Inter Siciliam ceterasque provincias, judices, in agrorum vectigalium ratione[12] hoc interest, quod ceteris aut impositum vectigal est certum,[g] quod stipendiarium[k] dicitur,[13] ut Hispanis et plerisque Pœnorum, quasi victo-

[g] *Definitum.*

et Orell.—10 Huyd. *conjuncta.*—11 *In ceteris rebus*, sine *nam*, ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. et Orell. *Nam. cet. rebus* ceteri.

Cap. VI. 12 '*Rationibus*] Sic Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. 1566. et 1584. *Ratione* Lambino tribuitur in marg. 1584. Receperunt sine ulla causa Grut. et seqq. omnes. *Rationes* Huyd. unde orta est Lambini conjectura.' *Orell.* —13 Garaton. conjecit vel delend. *quod stip. dic.* vel legend. *qui stipendiarii*

NOTÆ

[e] *Religioni tribuere*] Per religionem vel causam intelligit quæ ad religionem pertinet, vel judicum attentionem, qui cum juramento astringerentur, sancte et religiose judicare debebant.

[f] *Vita victuque*] Id est, de rebus quibus populus Romanus alitur ac sustinetur.

[g] *De decumano*] Frumentum quod ex decumis colligitur, decumanum dicitur.

[h] *De emto*] Emtum frumentum illud est, quod populus Romanus a Siculis præter decumanum emit.

[i] *Æstimato*] Æstimatum dicitur frumentum, pro quo pecuniam mancipes exigunt ex prætoris æstimatione.

[k] *Stipendiarium*] Stipendiarium vectigal illud erat, quod Romani iis, quos bello devicerant, mulctæ loco imponebant: tale fuit Hispanicum et Carthaginiense. Certum autem illud vectigal erat pecuniarium, quod populo Romano quotannis sive in copia, sive inopia frugum solvebatur.

riæ præmium, ac pœna belli: aut censoria locatio [l] constituta est, ut Asiæ,[14] lege Sempronia. Siciliæ civitates sic in amicitiam fidemque recepimus,[15] ut eodem jure essent, quo fuissent; eadem conditione populo Romano parerent, qua suis antea paruissent. 13. Perpaucæ Siciliæ civitates [m] sunt bello a majoribus nostris subactæ; quarum ager [n] cum esset publicus populi Romani factus, tamen illis est redditus: is ager a censoribus locari solet. Fœderatæ civitates [o] duæ sunt, quarum decumæ venire [h] non soleant, Mamertina et Tauromitana. Quinque præterea sine fœdere immunes [p] civitates ac liberæ, Centuripina, Halesina, Segestana, Halicyensis, Panormitana: præterea omnis ager [q] Siciliæ civitatum decumanus est: itemque ante imperium populi Romani, ipsorum Siculorum voluntate et institutis fuit. 14. Videte nunc [r] majorum sapientiam, qui, cum Siciliam, tam opportunum subsidium belli [s] atque pacis, ad rempublicam adjunxissent, tanta cura Siculos

[h] *Locari.*

dicuntur. Tum *Hispanis ceterisque Pœn.* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt.—14 ψ,

NOTÆ

[l] *Censoria locatio*] Agri qui pop. Rom. facti erant, Romæ a censoribus locabantur aratoribus, a quibus colebantur, ea tamen lege ut certum frumenti numerum pop. Rom. singulis annis penderent.

[m] *Perpaucæ Siciliæ civitates*] Septemdecim fuerunt, inter quas regni metropolis Syracusana fuit.

[n] *Quarum ager*] Ager communis fuit omnibus, et ad totam civitatem pertinebat.

[o] *Fœderatæ civitates*] Triplicis sunt generis fœderatæ: aliæ quæ a victoribus leges accipiunt; aliæ quæ bello pares, æquo fœdere in pacem et amicitiam veniunt; aliæ, quæ nunquam bostiles, fœdere sociali amicitiam jungunt.

Immunes] Quæ nihil solvunt, immunes dicebantur.

[q] *Præterea omnis ager*] Præter septemdecim civitates, quæ certum frumenti vectigal pensitant lege censoria, etiam ager quilibet qui ad commune pertinet, decumanus erat in Sicilia, id est, pensitat decimam partem suarum frugum, et a censoribus locatur.

[r] *Videte nunc*] Applicat omnia quæ superius dicit ad ostendendam Verris iniquitatem, qui tam antiqua instituta ausus est immutare. Utitur autem amplificatione, qua Siciliam, et fidem in Siculos Romani magistratus laudat.

[s] *Subsidium belli*] Florus IV. 2. vocat Siciliam, Sardiniamque 'annonæ pignora.'

tueri et retinere voluerunt, ut non modo eorum agris vectigal novum nullum imponerent, sed ne legem quidem [16] venditionis decumarum,[t] neve vendundi [17] aut tempus aut locum commutarent; ut certo tempore anni, ut ibidem, in Sicilia, denique ut lege Hieronica venderent: voluerunt eos in suis rebus ipsos interesse; eorumque [18] animos, non modo lege nova, sed ne nomine quidem legis novo commoveri. 15. Ita decumas lege Hieronica semper vendundas censuerunt, ut iis jucundior esset muneris illius functio,[i] si ejus regis,[19] qui Siculis carissimus fuit, non solum instituta, commutato imperio, verum etiam nomen maneret. [*p.* 151.] Hoc jure ante Verrem prætorem Siculi semper usi sunt: hic primus instituta omnium, consuetudinem a majoribus traditam, conditionem amicitiæ, jus societatis,[20] convellere et commutare ausus est. VII. 16. Qua in re primum illud reprehendo et accuso, cur in re tam veteri, tam usitata, quicquam novi feceris. Ingenio aliquid assecutus es? tot homines sapientissimos et clarissimos,[1] qui illam provinciam ante te tenuerunt, prudentia consilioque vicisti? Est tuum, est ingenii diligentiæque [2] tuæ. Do hoc tibi et concedo: scio, te Romæ,[u] cum prætor esses, edicto tuo possessiones hæreditatum a suis ad alienos,[3] a primis hæredibus ad secundos, a legibus ad libidinem tuam transtulisse: scio, te edicta superiorum omnium correxisse, et

[i] *Solutio illius pensionis.*

Huyd. et edd. pr. *Asia.*—15 Metelli Ms. *accepimus*, prob. Gulielm.—16 *Quidem* in Huyd. deest.—17 *Vendundis* ψ, Huyd. et edd. ante Grut. qui primus *vendundi* edidit e Mss. Metelli et Fabricii.—18 Hic quoque *eorum* habent ψ, Huyd. et edd. ante Grut. qui ex iisdem Mss. edidit *eorumque* cum seqq.—19 Huyd. *sed si ejus reg.*—20 Verba *jus societatis* in ψ et Huyd. desunt.

CAP. VII. 1 Verba *et clarissimos*, quæ in ψ, Huyd. et Mss. plerisque ac edd. vett. desunt, e Ms. Metelli addidit Grut. cum seqq. In Fabricii Ms. *clarissimosque.*—2 *Prudentiæque* ψ, Huyd. et edd. ante Grut. qui e Mss. Hittorp. Fabr. et Metell. edidit *diligentiæque*; et sic vulg.—3 Vulg. *a liberis ad alienos.* ψ, Huyd. et edd. ante Lamb. omittunt voces *a liberis*; pro quibus e

NOTÆ

[t] *Venditionis decumarum*] Hasta in foro posita, censores Siciliæ decumas auctione vendebant, quas publicani, data pecunia, pop. Rom. redimebant.

[u] *Scio, te Romæ*] De his superioribus duabus accusationibus fuse locutus est.

possessiones hæreditatum non secundum eos, qui proferrent, sed secundum eos, qui dicerent testamentum factum, dedisse: easque res novas abs te prolatas et inventas magno tibi quæstui fuisse scio: eundemque te memini censorias quoque leges in sartis tectis [4] [x] exigendis tollere et commutare; ne is redimeret, cuja res esset; [k] ne pupillo [y] tutores propinquique consulerent, quo minus fortunis omnibus everteretur; exiguam diem præfinire [5] operi, quo ceteros ab negotio excluderes, ipse [6] in tuo redemtore nullam certam diem observares. 17. Quamobrem novam legem te in decumis [7] statuisse non miror, hominem in edictis prætoriis, in censoriis legibus tam prudentem, tam exercitatum: non, inquam, miror, te aliquid excogitasse; sed, quod tua sponte, injussu populi, sine senatus auctoritate, jura provinciæ Siciliæ mutaris, id reprehendo, id accuso. 18. L. Octavio et C. Cottæ consulibus [z] senatus permisit, ut vini et olei decumas, et frugum minutarum, [a] quas ante te [b] quæstores in Sicilia vendere consuessent, Romæ venderent, legemque his rebus, quam ipsis videretur, [8] [c] edicerent. Cum locatio fieret, publicani postularunt, quasdam res ut ad legem adderent, neque tamen a censoriis ceteris legibus [d] recederent. Contra dixit is, qui casu [9]

[k] *Ad quem res pertineret.*

Pal. 2. *a suis* dedit Ern. quem Harles. sequitur.—4 Huyd. *in sacris tectis.*—5 *Præfiniri* Mss. et edd. ante Lamb. qui e conj. Hotomanni edidit *præfinire*, et quem ceteri sequuntur. Tum Crat. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. *qua ceteros.*—6 Lamb. e conj. Hotomanni edidit *cum ipse.*—7 Huyd. *decumas.*—8 *Quæ ipsis vid.* Steph. Lamb. Grut. Oliv. et Lall. e Nannii Ms. *quam ipsis vid.* ceteri. Tum *dicerent* duo Pariss. et edd. nonnullæ vett.—9 Cod. Me-

NOTÆ

[x] *In sartis tectis*] Vide act. II. in Verr. lib. I. cap. 40.

[y] *Ne pupillo*] De Juniano pupillo dixit act. II. in Verr. lib. I. cap. 50.

[z] *Consulibus*] A. U. C. 678. legunt alii *censoribus*: nam biennio illi ante Verris præturam consules fuerunt.

[a] *Frugum minutarum*] Inter fruges minutas vulgo habentur legumina.

[b] *Ante te*] Antequam Verres veneret, et prætor esset in Sicilia.

[c] *Quam* [*quæ*] *ipsis videretur*] Legunt alii *quam ipsis videretur.* Et certe hæc Ciceroni est usitata locutio: nam in Or. pro Rabirio Post. sic ait: 'Consules adhiberent tribunos pl. et prætores quos eis videretur.'

[d] *A censoriis legibus*] Censoriæ leges constitutæ sunt in aliis provin-

tum Romæ fuit, tuus hospes, Verres, hospes, inquam, et familiaris tuus, Sthenius hic Thermitanus. Consules[10] causam cognoverunt: cum viros primarios atque amplissimos civitatis multos in consilium advocassent, de consilii sententia pronuntiarunt, se lege Hieronica venditurus. VIII. 19. Itane vero? prudentissimi viri, summa auctoritate præditi, quibus senatus legum dicendarum in locandis vectigalibus omnem potestatem permiserat, populusque Romanus idem jusserat,[11] Siculo uno recusante, cum amplificatione vectigalium, nomen Hieronicæ legis mutare noluerunt: tu, homo minimi consilii, nullius auctoritatis, injussu populi ac senatus, tota Sicilia recusante, cum maximo detrimento atque adeo exitio vectigalium, totam Hieronicam legem sustulisti. 20. At quam legem corrigit, judices, atque adeo totam tollit? acutissime ac diligentissime scriptam: quæ omnibus[12] custodiis subjectum aratorem decumano tradit, ut neque in segetibus, neque in areis, neque in horreis, neque in amovendo, neque in asportando[13] frumento, grano uno possit[14] arator sine maxima pœna fraudare decumanum. Scripta lex ita diligenter est, ut eum scripsisse appareat, qui alia vectigalia non haberet; ita acute, ut Siculum;[e] ita severe, ut tyrannum; qua lege Siculis tamen arare expediret: nam ita diligenter constituta sunt[f] jura decumano,[15] ut tamen ab invito aratore plus decuma non possit auferri.

21. Cum hæc essent[16] ita constituta, Verres tot annis atque adeo sæculis inventus[17] est, qui hæc non commu-

---

tell. *cassu*, ut Ciceronem atque Virgilium scripsisse testatur Quintil. Inst. Or. I. 7.—10 Pro *consules* Hotom. scribit *censores*.

CAP. VIII. 11 '*Populusque Rom. idem juss.*] Hæc in parenthesi accipienda: alias esse deberet *quos pop. Rom.*' Ern.—12 Huyd. *scriptum*, et Lamb. *quæ lex omn.*—13 Lamb. *exportando*, prob. Garaton.—14 *Possit*, pro vulg. *posset*, e conj. dedit Ern. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—15 ψ, Huyd. et edd. vett. *decumani*.—16 Franc. 1. *esset*, ut ad legem referatur.—17

NOTÆ

ciis de vectigalibus.

[e] *Acute, ut Siculum*] Acuta fuit, et ingeniosa Siculorum gens.

[f] *Nam ita diligenter constituta sunt*] Id est, ita consultum est et provisum de decumani rationibus.

taret, sed everteret; [*p.* 152.] eaque, quæ jamdiu ad salutem sociorum, utilitatemque reipublicæ composita comparataque essent, ad suos improbissimos quæstus converteret;[18] qui primum certos instituerit nomine decumanos, re vera ministros ac satellites cupiditatum suarum: per quos ostendam sic provinciam per triennium vexatam atque vastatam, judices, ut eam multis annis, multorum innocentia[19] sapientiaque recreare nequeamus. IX. 22. Eorum omnium, qui decumani vocabantur, princeps erat Q. ille Apronius, quem videtis;[g] de cujus improbitate singulari, gravissimarum legationum querimonia,[20] audistis. Aspicite, judices, vultum hominis et aspectum:[1] et ex ea contumacia, quam hic in perditis rebus retinet, illos ejus spiritus[2] Sicilienses quos fuisse putetis, cogitate ac recordamini. Hic est Apronius, quem in provincia tota Verres, cum undique nequissimos homines conquisisset, et cum ipse secum sui similes duxisset non parum multos, nequitia, luxuria, audacia, sui simillimum judicavit. Itaque istos inter se perbrevi tempore, non res, non ratio, non commendatio aliqua, sed studiorum turpitudo similitudoque conjunxit. 23. Verris mores improbos impurosque nostis.[3] Fingite vobis, si potestis, aliquem, qui in omnibus istis[4] rebus par ad omnium flagitiorum nefarias libidines esse possit: is erit Apronius ille;[5] qui, ut ipse non solum vita, sed etiam[6] corpore atque ore[h] significat, immensa aliqua vorago est ac gurges[7] vitiorum turpitudinumque

Metelli Ms. *tot annis, adeo sæc. tot inv.* Dein Franc. 1. *hæc* omittit.—18 *Commutarit... everterit... converteret* Huyd. Ven. 1483. Junt. *commutarit ...everterit...converterit* Crat. et Schutz. *commutarit... everteret... converteret* ψ. Mox Harles. jubet *instituerit* legi.—19 Lamb. e conj. cum Schutz. *mult. prætorum innoc.*

CAP. IX. 20 Omnes Mss. et edd. præter Lamb. Grut. Ern. et Harles. habent *querimonias.*—1 Herelius conj. *assessum.*—2 Lamb. *illos etiam sp.*—3 Huyd. *improbissimos impurosque noscitis.*—4 E Jannoctian. *isti* dederunt Hotom. Manut. Lamb. Beck. Schutz. et Orell.—5 *Is ille erit Apr.* Lamb. *is erat Apr. ille* ψ et edd. vett.—6 Metelli Ms. non habet *etiam.*—7 *Vor. est*

NOTÆ

[g] *Quem videtis*] Hic testis aderat Q. Apronius.

[h] *Corpore atque ore*] Magno, et ore obeso, et ingenti statura erat ille Apronius.

omnium. Hunc in omnibus stupris, hunc[8] in fanorum expilationibus, hunc in impuris conviviis principem adhibebat: tantamque habebat[9] morum similitudo conjunctionem atque concordiam, ut Apronius, qui aliis inhumanus ac barbarus, isti uni commodus[l] ac disertus videretur; ut, quem omnes[10] odissent, neque videre vellent, sine eo iste esse non posset; ut, cum alii, ne conviviis[11] quidem iisdem, quibus Apronius, hic iisdem etiam poculis uteretur;[12] postremo, ut odor Apronii teterrimus oris et corporis, quem (ut aiunt) ne bestiæ quidem ferre possent, uni isti suavis et jucundus videretur. Ille erat in tribunali proximus, in cubiculo socius,[13] in convivio dominus; ac tum maxime, cum accubante prætextato[i] prætoris[14] filio, in convivio saltare nudus[k] cœperat. X. 24. Hunc, uti dicere institui, principem Verres ad fortunas[15] aratorum vexandas diripiendasque esse voluit: hujus audaciæ, nequitiæ, crudelitati, fidelissimos socios, optimosque cives, scitote, hoc prætore traditos, judices, atque addictos fuisse,[m] novis institutis et edictis, tota Hieronica lege (quemadmodum antea dixi) rejecta et repudiata.

25. Primum, edictum, judices, audite præclarum: 'Quantum decumanus edidisset[n] aratorem sibi decumæ[16] dare oportere, ut tantum arator decumano dare cogeretur.' Quo-

[l] *Humanus.* [m] *Datos potestati.* [n] *Professus esset.*

aut gurges edd. ante Ern. qui cum Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. dedit *vor. est ac gurges* ex Ursini Ms.—8 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. omittunt *hunc.*—9 Metelli Ms. *habet.*—10 ψ caret *omnes.*—11 Huyd. *ut ne alii conv.* —12 ψ *verteretur.*—13 *Solus* Mss. plerique et edd. vett. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. Beck. et Orell. *socius* ex Ms. Hotomanni ediderunt Manut. Lamb. Ern. Harles. et Schutz.—14 ψ et Huyd. *prætore.*

Cap. x. 15 Huyd. *ad fort. evertendas:* edd. vett. *ad evertendas fort.* Auctoritate Mss. Fabricii et Metelli *evertendas* delevit Grut. cum seqq.—16 Olim legebatur *decumanæ:* unde Lamb. voluit *decumanæ* seu *decumarum*

NOTÆ

[i] *Prætextato*] Per prætextatum impuberem designat: pueri enim prætextam togam ad annum usque 18. gestabant; quo tempore virilem sumebant, quæ pura quoque dicebatur.

[k] *Saltare nudus*] Fuit hoc vitium et turpitudo Græcorum, (quæ infamia fuit apud Romanos) saltare nudos in conviviis.

modo? quantum poposcerit Apronius, dato. Quid est hoc?[1] utrum prætoris institutum in socios, an in hostes victos insani edictum atque imperium tyranni? Ego tantundem,[17] quantum ille poposcerit? poscet omne, quantum exaravero.[18 m] Quid omne? immo plus etiam, inquit, si volet. Quid tum? Quid censes? Aut dabis, aut contra edictum fecisse damnabere. Per Deos immortales! quid est hoc?[19] verisimile enim non est. 26. Sic mihi persuadeo, judices; tametsi omnia in istum hominem convenire putetis, tamen hoc vobis falsum videri. Ego enim, cum hoc tota Sicilia diceret, tamen affirmare non auderem, si hæc edicta non ex ipsius tabulis totidem verbis recitare possem; sicuti faciam. Da, quæso, scribæ: recitet ex codice. Recita edictum de professione.[n] (*Edictum de professione.*) [*p.* 153.] Negat me recitare totum: nam id significare nutu videtur. Quid prætereo? an illud, ubi caves tamen Siculis, et miseros respicis aratores? edicis[20] enim, te in decumanum, si plura sustulerit,[1] quam debitum sit, in octuplum judicium daturum esse. Nihil mihi placet prætermitti. Recita hoc quoque, quod postulat; totum recita. (*Edictum de judicio in octuplum.*)[2 o] Judicio ut arator decumanum persequatur? miserum atque iniquum, ex agro homines traduci in forum, ab aratro ad subsellia, ab usu rerum rusticarum ad insolitam litem atque judicium. XI. 27.

nomine.—17 Vulg. *tantundem.* Lamb. Lall. Beck. et Orell. *tantum dem.* Ern. censet *dem* e glossa esse, atque delend. In Ms. ap. Hotom. *Eho tantumdem.*—18 *Quantum et aravero* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat.—19 *Quicquid est hoc* sine interrog. Ven. 1483. Junt. *quid quid est hoc* Jannoctian. Naug. Manut. Lamb. Græv. Beck. In Huyd. *quid* deest.—20 *Dicis* Ven. Junt. Crat. Græv.—1 Beck. Schutz. et Orell. ex Ursini Ms. *si plus abstulerit.* Dein Huyd. *quantum deb. sit.*—2 *Totum recita edictum de jud. in quotuplum* ψ: *totum. Recita edictum, &c.* al.

NOTÆ

[1] *Quid est hoc*] Prosopopœia aratoris de Verris injuria conquerentis, et decumani respondentis.

[m] *Quantum exaravero*] Id est, quantos ego perceperim fructus ex aratione, tantos Verres auferet.

[n] *De professione*] Hæc fuit professio; ne arator minus profiteatur, quam exaraverit; ne decumanus plus quam sibi debeatur, deberi profiteatur.

[o] *In octuplum*] Petebant septies tanto amplius, quam quantum ablatum eis esset.

Cum omnibus in aliis vectigalibus, Asiæ, Macedoniæ, Hispaniæ, Galliæ, Africæ, Sardiniæ, ipsius Italiæ, [quæ vectigalia sunt,[3 p]] cum in his, inquam, rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator,[q] non ereptor neque possessor soleat esse; tu de optimo, de justissimo, de honestissimo genere hominum, hoc est, de aratoribus, ea jura constituebas, quæ omnibus aliis essent contraria. Utrum est[4] æquius, decumanum petere, an aratorem repetere? judicium, integra re,[o] an perdita, fieri? eum, qui manu quæsierit, an eum, qui digito licitus[r] sit, possidere? Quid? qui in singulis jugis[5 s] arant, qui ab opere ipsi non recedunt, quo in numero magnus ante te prætorem numerus, magna multitudo Siculorum fuit: quid facient? cum dederint Apronio, quod poposcerit, relinquent arationes? relinquent Larem familiarem suum? venient Syracusas, ut, te prætore videlicet, æquo [jure] Apronium, delicias ac vitam tuam, judicio recuperatorio[t] persequantur? 28. Verum esto: reperietur[6] aliquis fortis et experiens arator, qui, cum tantum dederit decumano, quantum ille deberi dixerit, judicio repetat, et pœnam octupli persequatur. Expecto vim edicti, severitatem prætoris: faveo aratori, cupio octupli damnari Apronium. Quid tandem postulat arator? nihil, nisi ex edicto judicium in octuplum. Quid Apronius? non recusat: quid prætor? jubet recuperatores[7] rejicere.[u]

[o] *Nondum erepta re.*

Cap. xi. 3 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. *quæ ad vect. sunt:* Lamb. *quæ vectigalis sit.* Hotom. conjecit, *qua vectigalia sunt.* Ern. Harles. Beck. uncis includunt verba *quæ vect. sunt:* Schutz. ea delevit. Vid. Nott. Varr.—4 ψ *Verum esset.*—5 Lamb. *jugeris.*—6 Hoyd. *Reperitur.*—7 Nonnullæ edd.

NOTÆ

[p] *Quæ vectigalia sunt*] Vectigalia sunt, quæ vectigal pendunt; aut certe, ut vult Hotomannus, qua ex parte, vel quibus in locis vectigalia sunt in Italia.

[q] *Pignerator*] Pignerator dicitur, qui pignus accipit.

[r] *Digito licitus*] Qui in auctione pretium augebant, digitum tollebant.

[s] *In singulis jugis*] Jugerum vocabatur seu jugum, quod juncti boves uno die exarare poterant.

[t] *Judicio recuperatorio*] Recuperatores judices erant, qui de bonorum iniique ablatorum recuperatione judicabant.

[u] *Jubet recuperatores rejicere*] Judex dabat recuperatores; penes vero

Decurias scribamus.[x] Quas decurias? de cohorte mea rejicies, inquit.[8] Quid? ista cohors quorum hominum est? Volusii haruspicis, et Cornelii medici, et horum canum,[y] quos[9] tribunal meum vides lambere. Nam de conventu[z] nullum unquam judicem, nec recuperatorem dedit. Iniquos decumanis esse aiebat omnes, qui ullam[10] agri glebam possiderent. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Aproniani convivii crapulam exhalassent. XII. O præclarum[a] et commemorandum judicium! o severum edictum! o tutum perfugium aratorum!

29. Atque, ut intelligatis, cujusmodi ista judicia[11] in octuplum, cujusmodi istius de cohorte recuperatores existimati sint; sic attendite. Ecquem putatis decumanum, hac licentia permissa, ut tantum ab aratore, quantum poposcisset, auferret, plus, quam deberetur, poposcisse? Considerate cum vestris animis vosmetipsi, ecquem putetis, præsertim cum id non solum avaritia, sed etiam imprudentia accipere[12] potuerit: multos necesse est. At ego omnes dico plus, ac multo plus,[13] quam decumas, abstulisse. Cedo mihi unum ex triennio præturæ tuæ, qui octupli damnatus sit: damnatus? immo vero, in quem judicium ex edicto tuo postulatum sit. Nemo erat videlicet

vett. *recuperatorum.* Mox *exscribamus* Fabricii et Metelli Mss. prob. Grut. —8 '*De cohorte mea. Rejicies, inquit*] Pessime hic locus distinguitur in edd. ante Schutz. v. c. *de cohorte mea rejicies:* sed Schutz. recte distinxit cum Franc. 1. *de cohorte mea. Rejicies.*' Orell.—9 ψ *quorum.*—10 Orell. ex edd. vett. edidit *omnes dicebat esse, qui unam.*

CAP. XII. 11 ψ et Huyd. *audacia.*—12 Franc. 1. unus Pariss. Metelli Ms. Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *non solum avar., sed etiam imprud. accidere:* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *non solum sine avar., sed etiam imprud. accidere:* Lamb. Grut. et Oliv. *non solum sine av., sed etiam sine impudentia accipere.* Vid. Nott. Varr.—13 Verba *ac multo plus* in ψ, et Huyd. et edd.

NOTÆ

reum et actorem erat, eos rejicere quos habebant suspectos.

[x] *Decurias scribamus*] Si actor dixisset, Scribantur decuriæ, id est, judices legantur; respondebat Verres, Quas decurias? de cohorte mea rejicies?

[y] *Horum canum*] Verba sunt Verris; suos autem Verres canes appellat, quasi essent semper ad prædam intenti, et alerentur rapinis, quas e suo tribunali faciebat prætor.

[z] *De conventu*] Nempe civium Rom. qui erant in Sicilia.

[a] *O præclarum*] Ironia, qua judicium tam iniquum prosequitur.

aratorum, qui injuriam sibi factam queri posset; nemo decumanorum, qui grano amplius sibi, quam deberetur,[14] deberi professus esset: immo vero contra, rapiebat et asportabat, quantum a quoque volebat, Apronius: omnibus autem locis aratores spoliati ac vexati querebantur; neque tamen ullum judicium reperietur.[b] 30. Quid est hoc? tot[15] viri fortes, honesti, gratiosi, tot Siculi, tot equites Romani ab uno homine nequissimo ac turpissimo læsi, pœnam octupli, sine ulla dubitatione commissam,[p] non persequebantur? [*p.* 154.] Quæ causa, quæ ratio est? una illa, judices, quam videtis; quod ultro etiam illusos se et irrisos[16] ab judicio discessuros videbant. Etenim quod esset judicium, cum e Verris turpissimo flagitiosissimoque comitatu tres recuperatorum nomine assedissent, asseclæ istius, non a patre[17] ei traditi, sed a meretricula commendati? 31. Ageret videlicet causam arator; nihil sibi frumenti ab Apronio relictum, bona sua etiam direpta, se pulsatum verberatumque diceret. Conferrent viri boni capita: de comissatione loquerentur inter se, ac de mulierculis, si quas a prætore abeuntes possent deprehendere. Res agi videretur. Surrexisset Apronius, nova dignitas[c] publicani,[18] non ut decumanus, squaloris plenus ac pulveris; sed unguentis oblitus, vino vigiliisque languidus. Omnia primo motu ac spiritu suo, vini, unguenti, corporis odore complesset. Dixisset hæc, quæ vulgo dicere solebat, non se decumas emisse, sed bona fortunasque aratorum; non se decumanum esse Apronium, sed Verrem al-

[p] *Debitam.*

vett. desunt.—14 Metelli Ms. *dederetur:* unde Gulielm. conj. *ederetur.*—15 *Tot* non est in ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. et mox iidem *uno* omittunt.—16 *Irritos* Mss. plerique et edd. vett.—17 Græv. e Frauc. 1. legi jussit *a populo Romano;* quod Schutz. recepit.—18 Schutz. conj. *novum genus publicani.*

NOTÆ

[b] *Ullum judicium reperietur*] Nullus unquam in Sicilia repertus est, qui judicio decumanum persecutus sit.

[c] *Nova dignitas*] Ad irrisionem Apronii hoc dicit, qui cum non esset eques Romanus, sicut ceteri publicani, tamen munere fungebatur.

terum; dominum illorum ac tyrannum. Quæ cum dixisset, illi viri optimi de cohorte istius recuperatores, non de absolvendo Apronio deliberarent, sed quærerent, ecquo modo[19] petitorem ipsum Apronio condemnare possent.[20] XIII. 32. Hanc tu licentiam diripiendorum aratorum cum decumanis, hoc est, Apronio[1] permisisses, ut, quantum vellet, posceret; quantum poposcisset, auferret; hoc tibi defensionis ad judicium tuum[q] comparabas, habuisse te edictum,[2] recuperatores daturum in octuplum?[d] Si mehercule ex omni copia conventus Syracusani, splendidissimorum honestissimorumque hominum,[3] faceres potestatem aratori, non modo rejiciundi, sed etiam sumendi recuperatores; tamen hoc novum genus injuriæ ferre nemo posset, te, cum tuos omnes[e] fructus publicano tradidisses, et rem de manibus amisisses,[4] tum bona tua repetere, ac persequi lite atque judicio. 33. Cum vero verbo judicium sit in edicto, re quidem vera tuorum comitum, hominum nequissimorum, collusio cum decumanis, sociis tuis, atque adeo procuratoribus;[f] tamen audes illius[5] judicii mentionem facere; præsertim cum id non modo oratione mea, sed etiam re ipsa refellatur? cum in tantis incommodis aratorum, injuriisque decumanorum, nullum ex isto præclaro edicto non modo factum,[g] sed ne postulatum quidem judicium inveniatur? 34. Erit tamen in aratores lenior,

[q] *Ad hanc accusationem.*

Tum Huyd. *nisi ut dec.*—19 *Quo modo* Mss. et edd. vett. cum Orell.—20 *Apr. condonarent* Lamb. 1566. *Apr. permisissent* nonnullæ edd. vett. *Apr. condonare possent* conj. Græv. Vid. Nott. Varr.

CAP. XIII. 1 In edd. vett. desunt verba *Hanc tu licentiam ... Apronio.* Pro *permisisses* ψ habent *permisissent.*—2 Hotom. conj. *in edicto.*—3 Nonnullæ edd. vett. cum Orell. *splend. hom. hon.*—4 Hortens. maluit *emisisses.* Vid. Nott. Varr. Schutz. e conj. Wyttenbachii h. l. ita edidit, *se, cum suos omn. ...*

NOTÆ

[d] *Recuperatores daturum in octuplum*] Dicebat Verres se cum Apronio daturum recuperatores, ut decumanum octupli condemnarent.

[e] *Te, cum tuos omnes*] Fingit aratorem in persona Verris.

[f] *Procuratoribus*] Quia agunt rem Verris, in prædando scilicet.

[g] *Non modo factum*] Nihil constitutum contra decumanos est, nec postulatum ab aratoribus.

quam videtur:[6] nam, qui in decumanos octupli judicium se daturum edixit, idem habuit in edicto, se in aratorem in quadruplum[h] daturum. Quis hunc audet dicere aratoribus infestum aut inimicum[7] fuisse? quanto lenior est,[i] quam in publicanum! Edixit, ut, quod decumanus edidisset[8] sibi dari oportere, id ab aratore magistratus Siculus[9 k] exigeret. Quid dereliquit[10] judicii,[r] quod in aratorem[11] dari posset? Non malum est, inquit, esse istam formidinem:[l] ut, cum exactum sit ab aratore, tamen ne se commoveat, reliquus metus judicii sit. Si judicio a me vis exigere,[m] remove Siculum magistratum: si hanc vim adhibes, quid opus est judicio? Quis porro erit, qui non malit decumanis tuis dare, quod poposcerit,[12] quam ab asseclis tuis quadruplo condemnari?

XIV. 35. Illa vero præclara est clausula edicti, quod omnium controversiarum, quæ essent inter aratorem et decumanum, si uter velit,[13] edicit, se recuperatores daturum. Primum, quæ potest esse controversia, cum is, qui petere debet, aufert? et cum is non, quantum debetur, sed quantum commodum est, aufert?[14] [*p.* 155.] ille autem, unde ablatum est, judicio suum recuperare nullo modo potest? deinde in hoc homo lynceus[15 n] etiam callidus ac

[r] *Quos reliquit judices.*

---

tradidisset ... amisisset.—5 Nannii et Metelli Ms. cum Lamb. *ullius.*—6 ψ *videatur.*—7 Faërnus et Ursinus conjecerunt *iniquum.*—8 Huyd. *edixisset.*—9 Idem Ms. *Siculis.*—10 *Reliquit* nonnulli Mss. *derelinquit* Junt. *quid est reliqui jud.* Lamb.—11 ψ *in aratore.*—12 *Poscerent* Mss. nonnulli et edd. vett. *poposcerint* Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *poposcerit* e Mss. Metelli et Fabricii edidit Grut. quem Græv. Oliv. Lall. Harles. sequuntur. Dein *quadrupli* Mss. plerique et edd. vett.

CAP. XIV. 13 Manut. et Lamb. e conj. Hotomanni *uter volet.*—14 Huyd. *sit, auferat.*—15 Mss. plerique et vulg. *luteus:* Ven. 1483. Junt. Vict. Lamb.

NOTÆ

[h] *In quadruplum*] Si minus, quam poposcisset Apronius, arator dedisset.

[i] *Lenior est*] In aratorem scilicet.

[k] *Magistratus Siculus*] In eo est injuria, quod si plus quam debeat, arator dederit, idque velit repetere, provocare ad magistratum Siculum non possit, sed ad Verris asseclas, a quibus iterum condemnabitur.

[l] *Formidinem*] De judicio recuperatorum loquitur, ad quod decumanus vocare potest aratorem, si minus dederit, quam ab eo petitum fuerit.

[m] *Si judicio a me vis exigere*] Loquitur decumanus.

veterator esse vult, quod ita scribit, 'Si uter[t] volet, recuperatores dabo.' Quam lepide se furari putat! Utrique facit potestatem; sed utrum ita scripserit, 'Si uter volet,' an, 'Si decumanus volet,' nihil interest. Arator enim tuos istos recuperatores nunquam volet.[16]

36. Quid? illa[o] cujusmodi sunt, quæ ex tempore, ab Apronio admonitus, edixit? Q. Septitio, honestissimo homine, equiteque Romano, resistente Apronio, et affirmante, se plus decuma non daturum, exoritur peculiare edictum repentinum, ne quis frumentum de area tolleret ante, quam cum decumano pactus esset. Ferebat hanc quoque iniquitatem Septitius, et imbri frumentum corrumpi in area patiebatur; cum illud edictum[p] repente uberrimum et quæstuosissimum nascitur, ut ante Kalendas Sext.[q] omnes decumas ad aquam[r] deportatas[17] haberent. 37. Hoc edicto non Siculi (nam eos quidem jam[18] superioribus edictis satis perdiderat atque afflixerat), sed isti ipsi[19 s] equites Romani, qui suum jus retinere se contra Apronium posse erant arbitrati, splendidi homines, et aliis prætoribus gratiosi, vincti[20] Apronio traditi sunt. Attendite enim, cujusmodi edicta sint. 'Ne tollat,' inquit, 'ex area, nisi erit[1] pactus.' Satis hæc magna vis est ad inique paciscendum: malo enim plus dare, quam non mature ex area tollere. At ista vis[2] Septitium, et nonnullos Septitii simi-

[t] *Alteruter.*

et Harles. *lynceus:* Lamb. conjecit *bliteus* legend.—16 Mss. nonnulli et edd. vett. *numquid.*—17 Huyd. *deportandas.*—18 Pro *jam* ψ et Huyd. habent *non.*—19 Manut. et al. *sed illi ipsi.*—20 ψ *victi.*—1 Huyd. *fuerit.*—2 *Ista vi* Mss.

NOTÆ

[n] *Lynceus* [*luteus*] Luteus pro hebete et stolido ponitur: sic Plautus in Truculento, 'lutea est meretrix; nisi quæ sapit in vino.'

[o] *Quid? illa*] Transitio ad secundum Verris edictum, ne quis frumentum de area tollat, anteqnam cum decumano pactus fit de summa persolvenda nomine decumæ.

[p] *Edictum*] Illud edictum reprehendit, nam leges meditate, non subito ferri debent, quale illud edictum latum est solo libidinis impulsu.

[q] *Kalendas Sext.*] Qui mensis Sextilis dicebatur, postea Augustus ab Augusto Cæsare nominatus est.

[r] *Ad aquam*] Id est, ad littus freti Siculi, unde Romam asportabantur.

[s] *Isti ipsi*] Ad præsentes huic judicio equites Romanos se convertit,

les, non coërcet; qui ita dicunt: Non tollam[3] potius, quam paciscar.[t] His hoc opponitur:[4] deportatum habeas ante[5] Kalend. Sext. Deportabo igitur. Nisi pactus eris, non commovebis. Sic deportandi dies præstituta tollere cogebat ex area. Prohibitio[6] tollendi, nisi pactus esset, vim[7] adhibebat pactioni, non voluntatem.

XV. 38. Jam vero illud non solum contra legem Hieronicam,[u] nec solum contra consuetudinem superiorum, sed etiam contra omnia jura Siculorum, quæ habent a senatu populoque Romano, ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur. Statuit iste, ut arator decumano, quo vellet[8] decumanus, vadimonium promitteret:[x] ut hic quoque Apronio, cum ex Leontino[9 y] usque Lilybæum[10] aliquem vadaretur,[z] ex miseris aratoribus calumniandi[11] quæstus accederet. Quanquam illa fuit ad calumniam singulari consilio reperta ratio, quod edixerat, ut aratores jugera[a] sationum[b] suarum profiterentur. Quæ res cum ad pactiones iniquissimas magnam vim habuit, sicut ostendam,[12] neque ad ullam utilitatem reipublicæ pertinuit;

plerique et edd. ante Grut. qui e Mss. Nannii, Metelli, et Fabricii edidit *ista vis;* et sic vulg.—3 *Ne tollam* Mss. nonnulli et edd. vett. *non tollam* Nannii Ms. Crat. Grut. et vulg.—4 *Apponitur* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Manut. Oliv. et Lall.—5 Huyd. *habes*, omisso *ante*.—6 *Cohibitio* ψ, Huyd. et Mss. plerique, cum Ven. 1483. Junt. Crat. *prohibitio* e Nannii Ms. Steph. Lamb. Grut. et seqq.—7 Pro *vim* Huyd. habet *jura*.

Cap. XV. 8 ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett. *quod vellet*.—9 *A Leontino* Lamb. 1584. *a Leontinis* Lamb. 1566. Grut. Oliv. Lall. *ex Leontinio* ψ, Ven. 1483. Junt. *ex Leontino* ceteri.—10 Huyd. *Lilybæi*.—11 Lamb. e conj. Hotomanni *calumniandis*. Ante *calumniandi* Huyd. habet *qui*.—12 *Ostendimus* ψ:

NOTÆ

qui ab Apronio vexati fuerant.

[t] *Potius quam paciscar*] Id est, malo has omnes decumas frumenti in area relinquere, quam inique transigere.

[u] *Legem Hieronicam*] Vide act. II. lib. II. § 32. not.

[x] *Vadimonium promitteret*] Vadimonium promittit, qui sistere se tali die in judicio se astringit.

[y] *Ex Leontino*] Ager Leontinus, vel urbs Leontina in Sicilia sita est versus Italiam.

[z] *Vadaretur*] Id est, cogeret sistere se tali die in judicio.

[a] *Jugera*] Jugerum vocatur illa pars terræ, quæ uno boum jugo, in uno die arari potest: jugerum autem duobus illis terræ spatiis respondet, quæ Gallice *arpens* dicimus.

[b] *Sationum*] Sationes jugera sunt, quæ seminantur.

tum vero ad calumnias, in quas omnes inciderent, quos[13] vellet Apronius. 39. Ut enim quisque contra voluntatem ejus dixerat, ita in eum judicium de professione jugerum postulabatur: cujus judicii metu magnus a multis frumenti numerus ablatus, magnæque pecuniæ coactæ sunt: non quo[14] jugerum numerum vere profiteri esset difficile, aut amplius etiam profiteri, (quid enim in eo periculi[c] esse posset?) sed causa erat judicii postulandi,[15 d] quod ex edicto professus non esset. Judicium autem quod fuerit isto prætore, si, quæ cohors, et qui comitatus fuerit, meministis, scire debetis. Quid igitur est,[e] quod ex hac iniquitate novorum edictorum intelligi velim, judices? Injuriamne factam sociis? at videtis.[16] Auctoritatem superiorum repudiatam? non audebit negare. Tantum Apronium isto prætore potuisse? confiteatur necesse est. XVI. 40. Sed vos fortasse, quod vos lex commonet,[f] id in hoc loco quæretis, num[17] quas ex hisce rebus pecunias ceperit? [*p.* 156.] Docebo, cepisse maximas, omnesque eas iniquitates, de quibus antea dixi, sui quæstus causa constituisse convincam,[18] si prius illud propugnaculum, quo contra omnes meos impetus usurum se putat, ex defensione ejus dejecero.

Magno, inquit,[g] decumas vendidi. Quid ais? an tu de-

---

ostendemus Mss. et edd. ante Lamb. cum Orell. Dein *nec ad ullam* edd. vett. et Orell.—13 Huyd. *quas*.—14 Vict. Manut. Lamb. *non quod*. Mox Huyd. *periculum*.—15 Lamb. *pertimescendi*. Hotom. malit *formidandi*, quam conjecturam Manut. (ed. a. 1565.) in textum admisit.—16 Huyd. *videris*.

CAP. XVI. 17 ψ *nunc*.—18 *Irrupisse convincam* Vict. Manut. et Steph. *reperisse vincam* Lamb. e conj. Hotomanni: *constituisse vincam* duo Pariss. Metelli et Fabricii Mss. cum Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *constituisse*

NOTÆ

[c] *Quid enim in eo periculi*] Non erat periculum, si quisque jugerum numerum profiteretur, quia ex fructibus perceptis decumæ solvebantur, non ex jugerum numero.

[d] *Judicii postulandi*] Apronio et reliquis decumanis fuit causa postulandi judicium, si quis ex edicto professus non esset.

[e] *Quid igitur est*] Subjectione concludit quæ hactenus ab ipso dicta sunt de exactis decumis.

[f] *Lex commonet*] Lex de repetundis jubet quærere de pecuniis ereptis; ex cujus auctoritate constitutum est hoc judicium.

[g] *Magno, inquit*] Occupatio, qua Verris absurditatem ridet.

cumas, homo audacissime atque amentissime, vendidisti? tu partes eas, quas te senatus populusque Romanus voluit, an fructus integros, atque adeo bona fortunasque aratorum omnes vendidisti? Si palam præco jussu tuo prædicasset, non decumas frumenti, sed dimidias venire partes, et ita emtores accessissent, ut ad dimidias partes emendas; si pluris vendidisses tu dimidias, quam ceteri decumas, cuinam mirum videretur? Quid vero, si præco decumas pronuntiavit; re vera, hoc est, lege, edicto, conditione plus etiam, quam dimidiæ venierunt? tamen hoc tibi præclarum putabis, te pluris, quod non licebat, quam ceteros, quod oportebat, vendidisse? Pluris vendidi decumas, quam ceteri. 41. Quibus rebus id assecutus es? innocentia?[19] Aspice ædem Castoris;[h] deinde, si audes, fac mentionem innocentiæ. Diligentia? codicis lituras[i] tui contemplare in[20] Sthenii Thermitani nomine; deinde aude te dicere diligentem. Ingenio? qui testes interrogari[k] priore actione nolueris, et iis tacitum[1] os tuum præbere malueris, quantumvis,[2] et te, et patronos tuos, ingeniosos[l] esse dicito. Qua re igitur id, quod ais, assecutus es? Magna est enim laus, si superiores consilio vicisti, posterioribus exemplum atque auctoritatem reliquisti. Tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitarere. At te videlicet, inventorem rerum optimarum ac principem, imitabuntur omnes. 42. Quis aratorum,[3] te prætore, decumam dedit? quis duas? quis non maximo se affectum beneficio

convincam ψ. Huyd. Nannii Ms. et edd. vett. cum Grut. et Oliv. Legi posse *instituisse* censet Lamb.—19 Post *innocentia*, ψ non interrogandi notam, sed punctum habet.—20 ψ et Huyd. carent præpositione *in*.—1 Metelli Ms. *tacitus*, prob. Grut.—2 Pro *quantumvis* ψ et nonnullæ edd. vett. habent *quam-*

NOTÆ

[h] *Ædem Castoris*] Hanc ædem ille nefarie prædatus est in sartis tectis exigendis.

[i] *Codicis lituras*] Scripserat Verres præsentis Sthenii nomen delatum esse, cum reus absens factus esset: cum autem id in eodem codice scripsisset, sine litura id fieri non potuit.

[k] *Testes interrogari*] Priore actione interrogati fuerant testes a Cicerone, quos et ipse Verres nolnit interrogare, cum id ipsi legibus licitum esset.

[l] *Ingeniosos*] Ironia.

putavit, cum tribus decumis pro[4] una defungeretur, præter paucos, qui propter societatem furtorum tuorum nihil omnino dederunt? Vide, inter importunitatem tuam, senatusque bonitatem, quid intersit. Senatus, cum temporibus reipublicæ[m] cogitur, ut decernat, ut alteræ decumæ exigantur; ita decernit, ut pecunia pro his decumis solvatur aratoribus; ut, quod plus sumitur,[5] quam debetur, id emi, non auferri putetur. Tu, cum tot decumas non senatus consulto, sed novis edictis tuis, nefariisque institutis exigeres et eriperes; magnum te fecisse arbitrabere, si pluris vendideris,[6] quam L. Hortensius, pater istius Q. Hortensii, quam Cn. Pompeius,[n] quam M. Marcellus,[7 o] qui ab æquitate, ab lege, ab institutis non recesserunt? 43. An tibi unius anni, aut biennii ratio habenda fuit; salus provinciæ, commoda rei frumentariæ, ratio reipublicæ in posterum fuit negligenda? cum ita rem constitutam accepisses, ut et populo Romano[8] satis frumenti ex Sicilia suppeditaretur, et aratoribus tamen arare atque agros colere expediret? Quid effecisti? quid assecutus es? Ut populo Romano,[9] prætore te, nescio quid ad decumas accederet, deserendas[10] arationes relinquendasque curasti. Successit tibi L. Metellus. Tu innocentior quam Metellus? tu laudis et honoris cupidior? tibi enim consulatus quærebatur, Metello paternus honor[p] et avitus negligebatur. Multo

vis. In Huyd. *quamvis es tecum patr.*—3 Huyd. *arator.*—4 Loco *pro* ψ habet *quod.* Tum Vict. *defrugeretur.*—5 Lamb. *quo plus,* et Huyd. *sumatur.* Mox *idem non auferri* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. *id non auf.* Manut. et Lamb.—6 *Vendideris* in ψ et Huyd. deest.—7 *M. Metellus* Huyd. *C. Marcellus* e Nannii Ms. cum Steph. et Lamb. edidit Lall. quem Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—8 *In posteritatem* pro vulg. *in posterum,* Nannii et Fabricii Mss. duo Pariss. Græv. Lall. Beck. Orell. Tum Nannii Ms. *Cum jure const.* Verba *in posterum ut et pop. Rom.* e suo Ms. primus insernit Nannius, cum in edd. ante illum magna esset lacuna.—9 Verba *populo Romano* in ψ et edd. vett. desunt.—10 ψ *deferendas.*

NOTÆ

[m] *Temporibus reipublicæ*] Intelligit tempora bellorum civilium, quibus deficiebat res frumentaria.

[n] *Cn. Pompeius*] Pompeius consul erat, cum hæc oratio scribebatur; qui paulo ante Carbonem occidit in Sicilia.

[o] *M. Marcellus*] De quo, vid. act. II. lib. I. cap. 21.

[p] *Paternus honor*] Pater hujus Me-

minoris vendidit, non modo quam tu, sed etiam quam qui ante te vendiderunt. XVII. Quæro, si ipse excogitare non poterat, quemadmodum quam plurimo venderet; ne tua quidem recentia proximi prætoris vestigia persequi poterat, ut tuis præclaris, abs te principe inventis et excogitatis edictis atque institutis uteretur? 44. Ille vero tum se Metellum minime fore putasset,[u] si te ulla in re imitatus esset; qui ab urbe Roma, quod nemo unquam post hominum memoriam fecit, cum sibi in provinciam proficiscendum putaret, literas ad Siciliæ civitates misit,[11] per quas hortatur et rogat, ut arent, ut serant in beneficio[q] populi Romani. Hoc petit[12] aliquanto ante adventum suum; [*p.* 157.] et simul ostendit, se lege Hieronica venditurum, hoc est, in omni ratione decumarum nihil isti simile[13] facturum. Atque hæc, non cupiditate aliqua scribit adductus, ut in alienam provinciam mittat literas ante tempus; sed consilio, ne, si tempus sationis præteriisset, granum in provincia Sicilia[14] nullum haberemus. 45. Cognoscite Metelli literas. Recita epistolam L. Metelli. (*Literæ L. Metelli.*)[15] XVIII. Hæ literæ, judices, L. Metelli, quas audistis, hoc, quantum est ex Sicilia frumenti hornotini,[r] exaraverunt. Glebam commosset[s] in agro decumano Siciliæ nemo, si Metellus hanc epistolam non misisset. Quid? Metello divinitus hoc venit in mentem? an ab Si-

[u] *Non putasset se dignum nomine Metelli.* [s] *Movisset.*

CAP. XVII. 11 Nannii Ms. *miserit.*—12 Nannii Ms. *ut serant benef. pop. Rom. Propter hoc pet.* et sic Steph. nisi quod *in* addit ante *benef.* Lamb. distinxit, *ut serant. In benef. pop. Romani hoc pet.* Vulg. ut Ern. sed Græv. Oliv. et Lall. auctoritate Nannii Ms. deleverunt præpositionem ante *beneficio.* Schutz. conj. *serant. In beneficii loco prætor populi Romani hoc petit:* Orell. mavult, *serant. In beneficio prætor hoc petit.* Dein *ante suum adv.* Nannii Ms. Steph. et Lamb.—13 ψ *similiter.*—14 Lamb. *granum ex Sic.*—15 Verba *Literæ L. Metelli* in Huyd. desunt.

NOTÆ

telli, et avus consules fuerant.

[q] *Ut serant in beneficio, &c.*] Metellus profecturus prætor in Siciliam ad eos scripsit, ut eos agros, quos illis reddidit pop. Romanus, colerent, cum antea fuissent publicati.

[r] *Hornotini*] Hornum sive hornotinum dicebant priscis temporibus, quod hujus anni esset.

culis, qui Romam frequentissimi convenerant, negotiatoribusque Siciliæ doctus[16] est? quorum, quanti conventus ad Marcellos, antiquissimos Siciliæ patronos, quanti ad Cn. Pompeium, consulem designatum, ceterosque illius provinciæ necessarios, fieri soliti sint, quis ignorat? Quod quidem judicium[y] nullo unquam de homine factum est, ut absens accusaretur ab iis palam, quorum in bona liberosque summum imperium potestatemque haberet. Tanta vis erat injuriarum,[17] ut homines quidvis perpeti, quam non de istius pravitate[18] et injuriis deplorare et conqueri mallent. 46. Quas literas cum ad omnes civitates prope suppliciter misisset Metellus; tamen antiquum modum sationis nulla ex parte assequi[19] potuit.[s] Diffugerant enim permulti, id quod ostendam: non solum arationes, sed etiam sedes suas patrias, istius injuriis exagitati, reliquerant.

Non mehercule criminis augendi[20] causa dicam, judices: sed, quem accepi ipse oculis[t] animoque sensum, hunc vere apud vos, et, ut potero, planissime exponam. 47. Nam, cum quadriennio post in Siciliam venissem; sic mihi affecta[z] visa est, ut hæ terræ[1] solent, in quibus bellum acerbum diuturnumque versatum est. Quos ego campos antea collesque nitidissimos viridissimosque vidissem, hos ita vastatos nunc,[2] ac desertos videbam, ut ager ipse cultorem desiderare, ac lugere dominum videretur. Herbitensis[u] ager, Ennensis,[x] Morgantinus,[y] Assorinus,[z] Ima-

[y] *Quæ testificatio existimationis.* [z] *Inculta.*

Cap. xviii. 16 Gulielm. mavult *edoctus*.—17 Lamb. conj. *erat istius inj.* —18 Pro *pravitate* e Nannii Mss. Steph. et Lamb. dederunt *improbitate*.—19 Mss. plerique et edd. vett. *exsequi*.—20 Huyd. *criminis agendi*. Vox *causa* suspecta est Gulielmio.—1 Lamb. et Orell. *ut eæ terræ*.—2 Lamb. *tunc*.—

NOTÆ

[s] *Assequi* [*exsequi*] *potuit*] Non potuit Metellus efficere, ut tantum agri sereretur, quantum antea seri solebat.

[t] *Accepi ipse oculis*] Inquirendi causa venerat in Siciliam Cicero, ut sæpe jam dixit.

[u] *Herbitensis*] Herbita urbs est Siciliæ, de qua Diodorus lib. xii. et xiv.

[x] *Ennensis*] Ennensis ab Enna civitate dictus, quæ in umbilico Sici-

charensis,[3] [a] Agyrinensis,[b] ita relictus erat ex maxima parte, ut non solum jugerum, sed etiam dominorum multitudinem [c] quæreremus. Ætnensis [d] vero ager, qui solebat esse cultissimus, et (quod caput est rei frumentariæ) campus Leontinus,[e] (cujus antea spes [4] hæc erat, ut, cum obsitum [5] vidisses, annonæ caritatem non vererere) sic erat deformis atque horridus, ut in uberrima Siciliam Siciliæ parte [6] quæreremus. Labefactarat enim vehementer aratores jam superior annus; proximus vero funditus everterat. XIX. 48. Tu mihi etiam audes [7] mentionem facere decumarum? Tu in tanta improbitate,[8] tu in tanta acerbitate, in tot et tantis injuriis, cum in arationibus, et in earum rerum jure provincia Sicilia consistat; eversis funditus aratoribus, relictis agris, cum in provincia tam locuplete ac referta, non modo rem, sed ne spem quidem ullam reliquam cuiquam feceris, aliquid te populare [a] putabis habere, cum dices,[9] te pluris, quam ceteros, decumas vendidisse? Quasi vero aut populus Romanus hoc voluerit, aut senatus hoc tibi mandaverit, ut, cum omnes aratorum fortunas decumarum

[a] *Gratiosum.*

3 ψ *Habitensis ager.* Beck. et Schutz. *Hennensis.* Cf. l. II. c. 67. Tum *Murgentinus* omnes Mss. et edd. præter Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. Porro *Macharensis* Mss. et edd. ante Græv.—4 Pro vulg. *spes*, e ψ, Nannii Ms. Franc. 1. Pall. dederunt Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *species.*—5 *Cum eum obs.* Nannii Ms. Steph. et Lamb.—6 *In uberrimas Sic. partes* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Tum Lamb. *requireremus.*

CAP. XIX. 7 Nonnullæ edd. vett. *Tu etiam audes mihi.*—8 Verba *Tu in*

NOTÆ

liæ sita est, totius Siciliæ locus amœnissimus.

[y] *Morgantinus* [*Murgentinus*] A Morgantio seu Morgantia urbe Siciliæ dictus est Murgentinus.

[z] *Assorinus*] Ab urbe Assoro Assorinus Ennam inter et Agyrium oppidum. Vide Diod. Sic. lib. XIV.

[a] *Imacharensis* [*Macharensis*] Machara urbs est inter Syracusas et Pachinum sita.

[b] *Agyrinensis*] Agyrium vetustum oppidum, Herculis fabulis famosum. Vide Diod. Sic. lib. IV.

[c] *Dominorum multitudinem*] Ita deserti erant agri illi, ut vix possessores haberent.

[d] *Ætnensis*] Sic appellatus ab urbe Ætna, quæ sita est ad radices Ætnæ montis; cujus ager multis fontibus et fruticibus amœnissimus est.

[e] *Leontinus*] Leontini urbs Siciliæ olim celeberrima, cujus nomen Ptolemæus a leone derivatum ait, quod in eorum nummis leo expressus erat.

nomine eriperes, in posterum fructu illo commodoque rei frumentariæ populum Romanum privares; deinde, si quam partem tuæ prædæ[f] ad summam decumarum addidisses, bene de populo Romano meritus viderere.

[*p.* 158.] Atque perinde[10] loquor, quasi in eo sit iniquitas ejus reprehendenda, quod propter gloriæ cupiditatem, ut aliquos summa decumarum vinceret, acerbiorem legem, duriora edicta interposuerit, omnium superiorum auctoritatem repudiarit.[11] 49. Magno tu decumas vendidisti. Quid, si doceo, te non minus domum tuam avertisse,[b] quam Romam misisse decumarum nomine? quid habet populare ratio tua, cum ex provincia populi Romani æquam[c] partem tu tibi sumseris, atque populo Romano miseris? quid, si duabus partibus doceo te amplius frumenti abstulisse, quam populo Romano misisse? tamenne putamus[12] patronum tuum in hoc crimine cerviculam[g] jactaturum, et populo se ac coronæ daturum?[13 h] Hæc vos

[b] *Detulisse ad domum tuam.* [c] *Æqualem.*

tanta improb. omittunt ψ, Huyd. et edd. vett.—9 Huyd. *dicis.*—10 *Atque hæc perinde* ψ, Huyd. et edd. vett. cum Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—11 Huyd. *auctoritates repudiant.*—12 ψ *tamen non put.*—13 *Ac populo ac coronæ se dat.* Nannii Ms. *et populo ac coronæ se dat.* Græv. *et populo se ad coronam dat.* Mss. nonnulli, Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Grut. et Oliv. *et populo se ac coronæ dat.* e conj. Stephani edidit Lamb. quem Lall. Harles. Beck.

NOTÆ

[f] *Partem tuæ prædæ*] Si Verres aliquam partem ex ejus furtis sibi detraheret, quam ad decumas adjungeret, tunc bene mereretur de populo Romano, quia fortunas aratorum omnes exhauserat.

[g] *Cerviculam*] Carpit Hortensium, qui motus quosdam capitis, eosque lasciviores in dicendo affectabat.

[h] *Et populo se ac coronæ* [*ad coronam*] *daturum*] Sic locum hunc explicat Manutius: *Se populi gratiam aucupaturum quasi magno decumas vendiderit.* Nam corona, proprie populum circumstantem significat. Tamen libentius Lipsio assentirem, qui Var. Lectt. I. 6. legendum esse putat, *populo se ac coronæ daturum:* id est, se committere, et quodammodo jactare populo et multitudini circumstanti. Si quid enim populare et magnificum dixissent oratores, convertebant, et applicabant se ad populum, ut melius eorum exciperetur oratio. Sic in Epistolis ad Atticum: 'Video ut equites vestri huic se dent, ut daturi sint:' et Epistolis ad Famil. 'Quare dat e homini, complectetur mihi crede.'

antea, judices, audistis: verum fortasse ita audistis, ut auctorem rumorem [i] haberetis, sermonemque omnium. Cognoscite nunc, innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam; ut simul illam quoque ejus vocem improbam [14] agnoscatis, qui se uno quæstu decumarum omnia sua pericula redemturum [k] esse dicebat. XX. 50. Audimus hoc [15] jamdiu, judices: nego quenquam esse vestrum, quin sæpe audierit, socios istius fuisse decumanos. Nihil aliud arbitror in istum falso esse dictum ab iis, qui male de isto existimarint,[16] nisi hoc. Nam socii putandi sunt, quos inter res communicata est. Ego rem totam, fortunasque aratorum omnes, istius fuisse dico: Apronium, Veneriosque servos,[l] quod isto prætore fuit novum genus publicanorum, ceterosque decumanos, procuratores istius quæstus et ministros [17] rapinarum fuisse dico. 51. Quomodo hoc doces? quo modo ex locatione illa [m] columnarum docui istum esse prædatum? opinor, ex eo maxime, quod iniquam legem [n] novamque dixisset.[18] Quis enim unquam conatus est jura omnia,[19] et consuetudinem omnium commutare cum vituperatione, sine quæstu? Pergam, atque insequar longius. Iniqua lege [20] vendebas, quo pluris venderes. Cur, jam addictis et venditis decumis, cum jam ad summam decumarum nihil, ad tuum quæstum multum posset accedere, subito atque ex tempore nova nascebantur edicta? nam ut vadimonium decumano, quocumque is vel-

Schutz. et Orell. sequuntur.—14 *Probam* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *probrosam* Hervag.

Cap. XX. 15 Huyd. *hæc*.—16 Idem Ms. *existimarunt*.—17 *Administros* e Nannii Ms. ediderunt Steph. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. *comministros* Ven. 1483. Tum *dico fuisse* quædam edd. vett.—18 Gulielm. mavult *edixis-*

NOTÆ

[i] *Auctorem rumorem*] Id est, nihil præter auditum haberetis.

[k] *Omnia sua pericula redemturum*] Putavit Verres, si quando in judicium vocaretur, se judices largitionibus corrupturum, et damnationis periculum declinaturum.

[l] *Veneriosque servos*] De his jam.

[m] *Ex locatione illa, &c.*] Loquitur de locatione illorum, quæ erant in æde Castoris, quam locavit sestertiis 160.

[n] *Iniquam legem*] Prohibebat ne pupillus Junius a redemtoribus socius haberetur.

let, promitteretur;[1] ut ex area, nisi pactus esset, arator ne tolleret; ut ante Kalend. Sext.[2] decumas deportatas haberet;[3] hæc omnia, venditis[4] decumis, anno tertio te edixisse dico: quæ si reipublicæ causa faceres, in vendundo essent pronuntiata: quia tua causa faciebas, quod erat imprudentia prætermissum, id quæstu ac tempore admonitus reprehendisti.[d 5] 52. Illud vero cui probari potest?[e] te sine tuo quæstu, ac maximo[6] quæstu, tantam tuam infamiam, tantum capitis tui fortunarumque periculum neglexisse; ut,[7] cum totius Siciliæ quotidie gemitus querimoniasque audires; cum, ut ipse dixisti, reum te fore putares; cum hujusce judicii discrimen ab opinione tua non abhorreret; paterere tamen aratores indignissimis injuriis vexari ac diripi? Profecto, quanquam es singulari crudelitate et audacia, tamen abs te totam[8] alienari provinciam, tot homines honestissimos[9] tibi inimicissimos fieri nolles, nisi hanc rationem et cogitationem salutis tuæ, pecuniæ cupiditas, ac præsens illa præda superaret. 53. Etenim, quoniam summam et numerum injuriarum, judices, vobis non possum exponere; singillatim[10] autem de uniuscujusque incommodo dicere infinitum est; genera ipsa injuriarum, quæso, cognoscite.

XXI. Nympho est Centuripinus,[o] homo navus et industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. Is cum arationes magnas conductas[p] haberet, (quod homines etiam

[d] *Revocasti.* [e] *Cui facies fidem.*

set.—19 Idem conj. *jura communia.*—20 ψ *In qua lege.*—1 ψ *permitteretur.*—2 Edd. vett. *Kalendis Sextilibus*, omissis vocibus *ut ante.* In ψ deest *ante.*—3 Ern. conj. *haberet*, scil. arator.—4 *Jam venditis* ψ, et al. cum Ven. 1483. Junt. Beck. Schutz. et Orell. *vend. jam* Lamb. Græv. et Lall. Al. *jam* omittunt.—5 Nannii Ms. *deprehendisti.* Nonnulli *repræsentasti* legi voluerunt.—6 Post *maximo* Lamb. addit *quidem.*—7 *Ut* in ψ, Huyd. et edd. vett. deest.—8 Nannii Ms. et Lamb. *totam abs te.*—9 *Honestissimos ac locupletissimos* Lamb. Grut. Oliv. Lall. Voces *ac locupletissimos* deleverunt Græv. Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell.—10 Al. *sigillatim.*

NOTÆ

[o] *Centuripinus*] Ex Nympho agro Centuripe, qui ager croco celebris est.

[p] *Arationes magnas conductas*] Nympho susceperat multos agros colendos, ex quibus fructum multum colligere poterat.

locupletes, sicut ille est, in Sicilia facere consueverunt,) easque magna impensa, magno instrumento[q] tueretur;[11] tanta ab isto iniquitate oppressus est, ut non modo arationes relinqueret, sed etiam ex Sicilia profugeret, Romamque una cum multis[12] ab isto ejectis veniret. [*p.* 159.] Fecit ut decumanus Nymphonem negaret,[13] ex edicto illo præclaro, quod nullam ad aliam rem, nisi ad hujusmodi quæstus[14] pertinebat, numerum jugerum professum esse.[15] 54. Nympho cum se vellet æquo judicio defendere, iste viros optimos recuperatores dat, eundem illum medicum Cornelium (is est Artemidorus Pergæus,[16][r] qui in sua patria dux isti quondam, et magister ad despoliandum[17] Dianæ templum fuit), et haruspicem Volusianum, et Valerium præconem. Nympho, antequam plane constitit,[s] condemnatur. Quanti, fortasse quæritis. Nulla erat edicti pœna certa: frumenti ejus omnis, quod in areis esset. Sic Apronius decumanus, non decumam debitam, non frumentum remotum[18] atque celatum; sed tritici septem millia medimnum[t] ex Nymphonis arationibus, edicti[19] pœna, non redemtionis[u] aliquo jure tollit. XXII. 55. Xenonis Meneni,[20] nobilissimi hominis, uxoris fundus erat colono locatus. Colonus, quod decumanorum injurias ferre non poterat, ex agro profugerat. Verres in Xenonem judicium dabat illud suum damnatorium de jugerum professione.

CAP. XXI. 11 Huyd. *tuerentur*.—12 Edd. vett. et Orell. *cum multis una*.—13 *Necaret* Pal. 1. *vocaret* Franc. 1. Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *negaret* Mss. plerique et vulg.—14 Huyd. *quæstum*.—15 *Professum non esse* Ven. 1483. Junt. Crat. et Lamb.—16 *Pergameus* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *Pergamenus* Vict. Steph. et Lamb.—17 Ern. malebat *dispoliandum*, ut infra IV. 20.—18 Huyd. *amotum*.—19 *Edita* ψ: *edicta* edd. vett.

CAP. XXII. 20 Beck. malit *Menœni*, vel *Menenii*. In Huyd. *Menenii*.

NOTÆ

[q] *Magno instrumento*] Instrumentum proprie dicitur, quicquid nobis ad agendum necessarium est.

[r] *Pergæus*] Perga urbs est in Pamphylia, ubi fuit Dianæ templum; de quo jam Verr. l. II.

[s] *Constitit*] Nymphonem condemnarunt; licet non constaret an esset professus jugerum numerum, necne.

[t] *Medimnum*] Medimnus modios sex continet. Modium conficiunt sextarii sexdecim. Sextarius vero sic dictus est, quod sexta pars congii.

[u] *Redemtionis*] De decumarum redemtione loquitur.

Xeno[1] ad se pertinere negabat: fundum elocatum esse dicebat. Dabat iste[2] judicium, 'Si pareret,' jugera ejus fundi esse plura, quam colonus esset professus, tum uti[3] Xeno damnaretur. Dicebat ille, non modo non arasse se, id quod satis erat,[4] sed nec dominum ejus esse fundi, nec locatorem: uxoris[5] esse; eam ipsam suum negotium gerere: ipsam locavisse. Defendebat Xenonem homo summo splendore, et summa auctoritate præditus, M. Cossetius.[6] Iste nihilominus judicium H-S LXXX millium[7 x] dabat. Ille tametsi recuperatores de cohorte latronum sibi parari videbat; tamen judicium accepturum se esse dicebat. Tum iste magna voce[8] Veneriis[y] imperat, ut Xeno audiret; 'Dum res judicetur,[9] hominem ut asservent: cum judicatum sit, ad se adducant.' Et illud simul dixit; se non putare, illum, si propter divitias, pœnas damnationis contemneret, etiam virgas contemnere. Hac ille vi et hoc metu adductus, tantum decumanis, quantum iste imperavit, exsolvit. XXIII. 56. Polemarchus est Morgantinus,[z] vir bonus atque honestus. Is, cum pro jugeribus[11] quinquaginta, medimna IↃCC decumæ[12] imperarentur, quod recusabat, domum ad istum [in jus] deductus[13] est; et, cum iste

Cf. cap. 43.—1 Nonnullæ edd. vett. *Xenon.* Mox *fundum eum eloc.* Nannii Ms. *fundum eum locatum* nonnullæ edd. vett.—2 Pro *iste* ψ habet *teste;* Huyd. *triste;* et Ven. 1483. Junt. Crat. *testes.* Camerarius conj. *Dabat testes; ipse jud.* Tum *si paret* Fabricii Ms. *si apparet* Pal. 2. *si pateret* edd. vett. nonnullæ. Porro *jug. ejusmodi fundi* Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Denique *professus esset* Nannii Ms. Steph. et Lamb.—3 *Ubi* deest in edd. ante Steph. —4 Nannii Ms. *non modo se non arasse.* Hotomanni Ms. cum Manut. Lamb. Grut. et Græv. *id quod in satis erat.*—5 *Uxorem* Huyd. et edd. vett. *uxoris* vulg.—6 *Cassetius* Huyd. *Cossutius* Nannii Ms. Steph. et Lamb.—7 *H-S LXXX millium* non sunt in Huyd. *Millium* omittunt ψ et al. item edd. ante Lamb. cum Græv.—8 Nannii Ms. *maxima voce.* Tum *Xenon ut audirent* Pal. 1. sed ab eadem manu factum *audiretur.* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *ut Xenonem audirent.*—9 *Judicaretur* Franc. 1. Nannii Ms. et pleræque edd. vett. cum Græv. Tum *asservarent* edd. pr.

CAP. XXIII. 11 Lamb. *jugeris.*—12 ψ *medimnam octingentæ dec.*—13 Mss. plerique et vulg. *eductus:* edd. vett. et Harles. *deductus.* Ern. et Beck. verba *in jus* uncis includunt. Herel. conj. *ad istum vinctus eductus est.*—14 *Ne-*

NOTÆ

x *H-S LXXX millium*] Octo librarum millia.

y *Veneriis*] Per Venerios Verris apparitores intelligit.

z *Morgantinus*] Ex oppido Siciliæ Morgantio, sive Morgantia.

etiam cubaret, in cubiculum introductus est; quod, nisi mulieri et decumano, patebat alii nemini.[14] Ibi, cum pugnis et calcibus conscissus[15] esset, qui DCC medimnis decidere noluisset, mille promisit. Eubulides est Grosphus,[16] Centuripinus, homo cum virtute[17] et nobilitate domi suæ, tum etiam pecunia princeps. Huic homini, judices, honestissimæ civitatis honestissimo, non modo frumenti scitote, sed etiam vitæ et sanguinis tantum relictum esse, quantum Apronii libido tulit. Nam vi, malo,[18] plagis adductus est, ut frumenti daret, non quantum haberet,[19] sed quantum cogeretur. 57. Sostratus, et Numenius, et Nymphodorus[20] ejusdem civitatis, cum ex agris tres fratres consortes[a] profugissent, quod iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exararant;[f] hominibus coactis,[g 1] in eorum arationes Apronius venit, omne instrumentum diripuit,[2] familiam abduxit, pecus abegit. Postea cum ad eum Nymphodorus venisset Ætnam, et oraret, ut sibi sua restituerentur; hominem corripi ac suspendi jussit in oleastro quodam;[3] quæ est arbor, judices,[4] in foro. [*p.* 160.] Tamdiu pependit in arbore socius amicusque populi Romani, in sociorum urbe ac foro, colonus aratorque vester, quamdiu voluntas Apronii tulit.

58. Genera jamdudum innumerabilium injuriarum, judices, singulis nominibus[b] profero: infinitam multitudinem

[f] *Collegerant.* [g] *Expulsis.*

mini alii edd. ante Grut. cum Græv. Oliv. et Lall. Vox *alii* suspicabatur Ernestio.—15 *Concissus* Crat. *concisus* Junt. Lamb. Tum ψ *qui octingentis med.*—16 *Grospus* Huyd. *Grispus* Ven. 1483. *Crispus* Junt.—17 Huyd. *homo tum virt.* Vocem *suæ* post *domi* J. F. Gronov. et Græv. deleri volunt. Mox Huyd. et edd. vett. omittunt *etiam.* Orell. uncis inclusit.—18 ψ *Nam ubi malo.*—19 Lamb. *deberet.*—20 Huyd. *Numenus et Nyphodorus.* Hotom. conj. h. l. ita legend. *Nymph. tres fratres, consortes, ejusdem civ., cum ex agris prof.*—1 Unus Ms. *exactis*, probb. Hotomanno et Manutio.—2 ψ *dirupit.*—3 Nonnullæ edd. vett. *quadam.*—4 Post *judices*, auctoritate Nannii Ms. *Ætnæ* addiderunt Steph. et Lamb.

NOTÆ

[a] *Consortes*] Hic dicuntur consortes qui eundem agrum sortiti sunt, et inter se postea regionibus diviserunt.

[b] *Singulis nominibus*] Profitetur se eos appellare, qui singula crimina commiserunt.

injuriarum prætermitto. Vos ante oculos animosque vestros, tota Sicilia decumanorum hos impetus, aratorum direptiones, hujus importunitatem, Apronii regnum proponite. Contemsit Siculos: non duxit homines; nec ipsos ad persequendum vehementes fore, et vos eorum injurias leviter laturos existimavit. XXIV. 59. Esto: falsam de illis habuit opinionem, malam de vobis:[5] verumtamen cum de Siculis male mereretur, cives Romanos coluit, his indulsit, eorum voluntati et gratiæ[6] deditus fuit. Iste cives Romanos?[7] At nullis inimicior aut infestior fuit. Mitto vincla, mitto carcerem, mitto verbera, mitto secures: crucem denique illam prætermitto, quam civibus[8] Romanis testem humanitatis in eos ac benevolentiæ suæ voluit esse: mitto, inquam, hæc omnia, atque in aliud dicendi tempus rejicio: de decumis, de civium Romanorum conditione in arationibus disputo; qui quemadmodum essent accepti, judices, audistis ex ipsis. Bona sibi erepta esse dixere. 60. Verum hæc, quoniam ejusmodi causa fuit,[9] ferenda sunt: nihil valuisse æquitatem, nihil consuetudinem: damna denique, judices, nulla tanta sunt, quæ non viri fortes, magno et libero animo affecti, ferenda arbitrentur.[10] Quid, si equitibus Romanis non obscuris, neque[11] ignotis, sed honestis et illustribus, manus ab Apronio, isto prætore, sine ulla dubitatione afferebantur? quid expectatis? quid a me amplius dicendum putatis? an id agendum, ut eo celerius de isto transigamus, quo maturius ad Apronium possimus, id quod ego illi jam in Sicilia pollicitus sum, pervenire?[12] qui C. Matrinium, judices, summa virtute hominem, summa industria, summa gratia, Leontinis, in publico,[h] biduum te-

[h] *In via, sub dio.*

CAP. XXIV. 5 Margo Crat. *mallem de nobis.*—6 ψ et Huyd. *gloriæ.*—7 Gulielm. conj. *Coluit iste civ. Rom.* Dein *nullus* Mss. et edd. ante Lamb. cum Græv. Oliv. et Lall. *Nullis* e conj. Hotomanni dedit Lamb. et sic vulg. —8 Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Manut. Lamb. Harles. et Orell. *quam iste civ.* Vulgo *iste* deest.—9 *Verum* abest a ψ, Huyd. et Pall. In Mss. plerisque et edd. ante Lamb. *Verum hæc, quoniam hujusmodi casus affuit;* et sic Pal. 2. nisi quod in eo *fuit* legitur. Steph. et al. omittunt *quoniam.*—10 Nannii Ms. et Steph. *arbitrarentur.*—11 Ern. maluit *atque.*—12 *Venire* Mss. non-

nuit. Atque[13] ab Apronio, judices, homine in dedecore nato, ad turpitudinem educato, ad Verris flagitia libidinesque accommodato, equitem Romanum scitote biduum cibo tectoque prohibitum: biduum Leontinis, in foro, custodiis Apronii retentum atque servatum, neque ante dimissum, quam ad conditiones ejus depactus est.[14 c] XXV. 61. Nam quid ego de Q. Lollio, judices, dicam, equite Romano spectato atque honesto? Clara res est, quam dicturus sum, tota Sicilia celeberrima atque notissima: qui cum araret in Ætnensi,[15] cumque is ager Apronio cum ceteris agris esset traditus; equestri vetere illa et auctoritate[16] et gratia fretus, affirmavit, se decumanis plus quam deberet, non daturum. Refertur ejus sermo ad Apronium.[17] Enimvero iste ridere ac mirari, Lollium nihil de Matrinio, nihil de ceteris rebus[18] audisse. Mittit ad hominem Venerios: (hoc quoque attendite, apparitores[d] a prætore assignatos habuisse decumanum; si hoc[19] mediocre argumentum videri potest, istum decumanorum nomine ad suos quæstus esse abusum:) adducitur a Veneriis, atque adeo attrahitur Lollius commode,[20] cum Apronius e palæstra redisset, et in triclinio, quod in foro Ætnæ straverat,[1] decubuisset. 62. Statuitur Lollius in illo tempestivo gladiatorum convivio. Non mehercule, quæ loquor,[2] crederem, judices, tametsi vulgo audieram, nisi mecum ipse senex, cum mihi atque huic voluntati accusationis meæ lacrymans gratias

nulli et edd. vett. E Nannii Ms. *pervenire* edidit Grut. et sic vulg.—13 Lall. e Mss. Gruterianis et Regio optimo dedit *Atqui*. Dein Huyd. caret *ab*.—14 Nannii Ms. *dejectus est:* Ern. conj. *depactus esset*.

Cap. XXV. 15 Huyd. *Æthenensi*. Tum *cum is ager in Apr.* edd. vett.—16 Huyd. *illa auctoritate*, et mox *quam se deberet*.—17 Pro *ad Apronium*, ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. exhibent *Apronio*.—18 Lall. vult *rebus* deleri. Dein in Huyd. *audisset*.—19 Huyd. et edd. vett. carent *hoc*.—20 Lamb. et Schutz. *commodum*.—1 Ed. Junt. et Lamb. *statuerat*, contra Mss. et al. edd. vett. Tum *recubuisset* Lamb.—2 E Nannii Ms. *hæc quæ loquor* dederunt

NOTÆ

[c] *Depactus est*] Matrinium Apronius non demisit, quin prius cum eo quibus vellet conditionibus transegisset.

[d] *Apparitores*] Apparitores ministri fuerunt prætorum; inde dicti, quod iis apparerent, et præsto essent eorum imperio.

ageret, summa cum auctoritate esset locutus. Statuitur, ut dico, eques Romanus, prope annos XC. natus, in Apronii convivio, cum interea Apronius caput atque os suum unguento[3] perfricaret. [*p.* 161.] Quid est, Lolli? inquit. Tu, nisi malo coactus, recte facere nescis? Homo quid ageret; taceret, responderet; quid faceret denique, illa auctoritate et ætate præditus, nesciebat. Apronius interea cœnam ac pocula poscebat. Servi autem ejus, qui et moribus iisdem essent, quibus dominus, et eodem genere[e] ac loco nati, præter[k] oculos Lollii hæc omnia ferebant.[4] Ridere convivæ: cachinnari ipse Apronius: nisi forte existimatis, eum in vino ac luxu[5] non risisse, qui nunc in periculo atque exitio suo risum tenere non possit.[6] Ne multa, judices: his contumeliis scitote Q. Lollium coactum ad Apronii leges conditionesque venisse. 63. Lollius, ætate et morbo impeditus, ad testimonium dicendum venire non potuit. Quid opus est Lollio? nemo hoc nescit: nemo tuorum amicorum, nemo abs te productus, nemo interrogatus,[7] nunc se primum hoc dicet[8] audire. M. Lollius, ejus filius,[9] adolescens lectissimus, præsto est: hujus verba audietis:[10] nam Q. Lollius, ejus filius, qui Calidium accusavit, adolescens et bonus, et fortis, et in primis disertus, cum his injuriis contumeliisque commotus in Siciliam esset profectus, in itinere occisus est, cujus mortis causam fugitivi sustinent: re quidem vera nemo in Sicilia dubitat, quin eo sit occisus, quod habere clausa non potuerit sua consilia de Verre.[f] Iste porro non dubitabat,[11] quin is, qui

[k] *Ante.*

Steph. Lamb. Schutz. et Orell.—3 *Unguendo* Huyd. et *profricaret* ψ.—4 Huyd. *fiebant.*—5 *Lucro* ψ, Huyd. Franc. 1. Ven. 1483. Lamb. prob. Græv. *lustro* Junt.—6 Huyd. *posset.*—7 *Nemo prompte abductus, nemo abs te interr.* Nannii Ms. unde Gul. conj. *nemo pro te adductus, nemo abs te interr.* In Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *nemo abs te interr.* ceteris omissis. In ψ desunt verba *nemo abs te prod.*—8 Nannii Ms. et Steph. *diceret.*—9 Edd. vett. cum Orell. *filius ejus.*—10 *Auditis* ψ, Huyd. et edd. vett.—11 Huyd. *dubitat.*

NOTÆ

[e] *Eodem genere*] Apronius libertus Verris erat.

[f] *De Verre*] Lollii filius interfectus est in itinere, quia suam mentem de Verre accusando patefecerat.

antea alium studio adductus accusasset, sibi advenienti præsto esset futurus, cum esset parentis injuriis et domestico dolore commotus.

XXVI. 64. Jamne intelligitis, judices, quæ pestis, quæ immanitas in vestra antiquissima, fidelissima, proximaque provincia versata sit? Jam videtis,[12] quam ob causam Sicilia, tot hominum antea furta, rapinas, iniquitates, ignominiasque perpessa, non potuerit hoc novum, ac singulare, atque incredibile genus injuriarum contumeliarumque perferre?[13] Jam omnes intelligunt, cur universa provincia defensorem suæ salutis eum quæsivit,[14] cujus iste fidei, diligentiæ, perseverantiæ, nulla ratione eripi posset.[15] Tot judiciis interfuistis: tot homines nocentes et improbos accusatos, et vestra et superiorum[16] memoria, scitis esse: ecquem vidistis, ecquem audistis, in tantis furtis, in tam apertis, in tanta audacia, tanta impudentia[17] esse versatum? 65. Apronius stipatores[18] Venerios secum habebat; ducebat eos[19] circum civitates; publice sibi convivia parari, sterni triclinia, et in foro sterni[20] jubebat; eo vocari homines honestissimos, non solum Siculos, sed etiam equites Romanos: ut, quicum inire[1] convivium nemo unquam, nisi turpis impurusque voluisset, ad ejus convivium spectatissimi atque honestissimi viri tenerentur. Hæc tu,[2] omnium mortalium profligatissime[3] ac perditissime, cum scires, cum audires quotidie, cum videres; si sine tuo maximo quæstu fierent, cum tanto periculo tuo fieri paterere atque concederes? et tantum apud te quæstus Apronii, tantum ejus sermo inquinatissimus, et blanditiæ flagitiosæ valu-

---

CAP. XXVI. 12 *Jamne vid.* edd. vett.—13 *Ferre* ψ, Huyd. et edd. vett.—14 *Quæsiverit* Huyd. et Lamb. Rursus de Beckii et Herelii conj. edidit Schutz. cum Orell. Ceteri *quæsivit*.—15 *Possit* omnes edd. et Mss. præter Ern. qui e conj. dedit *posset*.—16 Lamb. *superiore*.—17 Schutz. e suspicione delevit præpositionem ante *tanta aud.* Orell. uncis includit. Contra, *in tanta impud.* dedit Lamb. e Ms. in marg. ed. 1584.—18 Al. *stipatorios*.—19 Huyd. *eas*.—20 *Etiam in foro* nonnullæ edd. vett. *Sterni* ante *jubebat* omittunt ψ, Huyd. et edd. vett. Porro *evocari*, omisso *eo*, ψ, Franc. 1. Pall. et edd. vett. cum Schutz. Ex Mss. *eo convocari* dederunt Hotom. et Manut.—1 Pro *inire* Gulielm. conj. *convivere* legend.—2 Huyd. *Hoc tu*.—3 Pro *profligatissime* in

erunt, ut nunquam animum tuum cura tuarum fortunarum[g] cogitatioque tangeret?[4] 66. Cernitis, judices, quod et quantum incendium decumanorum impetu non solum per agros, sed etiam per reliquas fortunas aratorum; neque solum per bona,[5] sed etiam per jura libertatis et civitatis, isto prætore pervaserit. Videtis pendere alios ex arbore; pulsari autem alios et verberari;[6] porro alios in publico custodiri; destitui alios in convivio; condemnari alios a medico et præcone prætoris;[7] bona tamen interea nihilominus eorum omnium ex agris auferri ac diripi. [*p.* 162.] Quid est hoc? populi Romani imperium? populi Romani leges? judicia? socii fideles? provincia suburbana?[m] nonne omnia potius ejusmodi sunt, quæ, si Athenio vicisset,[8][h] in Sicilia non fecisset? non, inquam, judices, esset ullam partem istius nequitiæ fugitivorum insolentia consecuta.

XXVII. Privatim hoc modo: quid? publice[9] civitates quemadmodum tractatæ sunt? audistis permulta indicia, et testimonia civitatum, et reliquarum audietis. 67. Ac primum de Agyrinensi populo, fideli et illustri, breviter cognoscite. Agyrinensis est in primis honesta civitas Siciliæ, hominum ante hunc prætorem locupletium, summorumque aratorum. Ejus agri decumas cum emisset idem Apronius, Agyrium[i] venit. Qui cum eo cum apparitori-

[m] *Vicina.*

Huyd. *flagitiosissime* legitur.—4 Nonius Marcellus h. l. ita citat, *ut nunq. tua me cura tuarumne fort. cogitatio tang.*—5 *Non solum per bona* Mss. et edd. ante Lamb. cum Orell.—6 *Pulsari, alios autem et verb.* Ven. 1483. Junt. *pulsari alios aut etiam verb.* Franc. 1. Vox *autem* Orellio suspecta est.—7 Pro *præcone prætoris* ψ habet *prætore.*—8 Post *vicisset,* e Nannii Ms. *rex fugitivorum* addiderunt Steph. et Lamb.

CAP. XXVII. 9 Ven. Junt. Crat. ita distinguunt, *Privatim hoc modo: quid publice?* prob. Garaton. Tum Lamb. *audistis permultarum indicia.*—

NOTÆ

[g] *Cura tuarum fortunarum*] Stupiditatem Verris ostendit, qui tot flagitia in servo pertulerit, cum conjicere facile posset, se aliquando cum suo periculo repetundarum accusandum fore.

[h] *Athenio vicisset*] Athenio dux fugitivorum, de quo superiori oratione.

[i] *Agyrium*] Agyrium, sive Agyrum, Siciliæ civitas antiquissima est.

bus, id est, cum minis ac vi[10] venisset, poscere pecuniam grandem cœpit, ut, accepto lucro, discederet: nolle se negotii quicquam habere dicebat, sed accepta pecunia, quam primum[11] aliam civitatem occurrere.[12] Sunt omnes Siculi non contemnendi, si per nostros magistratus liceat; sed homines[13] et satis fortes, et satis plane frugi ac sobrii; et in primis[14] hæc civitas, de qua loquor, judices. 68. Itaque homini in primis improbissimo respondent Agyrinenses, sese decumas ei, quemadmodum deberent, daturos: lucrum, cum ille magno præsertim emisset,[15] non addituros. Apronius certiorem facit istum, cuja[n] res erat, quid rei esset.[16] XXVIII. Statim, tanquam conjuratio aliqua Agyrii contra rempublicam facta, aut legatus prætoris pulsatus esset, ita Agyrio magistratus, et quinque-primi, accitu istius evocantur.[17] Veniunt Syracusas: præsto est Apronius: ait,[18] eos ipsos, qui venissent, contra edictum prætoris fecisse. Quærebant, quid? Respondebat, se ad recuperatores esse dicturum. Iste, æquissimus homo, formidinem illam suam miseris Agyrinensibus injiciebat; recuperatores se de cohorte sua daturum minabatur. Agyrinenses, viri fortissimi, judicium se passuros esse dicebant. 69. Ingrebat[19] iste Artemidorum Cornelium medicum, Valerium præconem, Tlepolemum pictorem, et ejusmodi recuperatores; quorum civis Romanus nemo erat; sed Græci sacrilegi, jampridem improbi, repente Cornelii.[k] Videbant

[n] *Cujus.*

10 *Qui cum app. eo cum minis ac vi* ψ, Huyd. Pall. Ven. 1483. Junt. *cum eo app., minis ac vi* Crat. *qui cum app. vi ac minis eo venisset* Lamb.—11 Margo ed. Lamb. *velle quam primum.*—12 Hotom. conj. *accurrere;* Harles. *occupare;* et Herel. *obruere.* Dein *Cum sint omnes Sic.* Lamb. *Sunt homines Sic.* ψ, Huyd. et edd. vett.—13 Lamb. omittit *homines.* Pro *et satis fortes* in ψ legitur *et sani fortes et sancti.* Vocem *satis* ante *plane* deleverunt Lamb. 1566. Schutz. et Orell. *Plane* suspectum est Ernestio. Dein Lamb. exhibet *tum in primis.*—14 Lamb. et Schutz. deleverunt *in primis:* Orell. uncis includit.—15 Aliquis ap. Beck. conj. *cum illi .... emissent.*—16 'Verba *quid rei esset* Ern. a glossatore esse recte suspicatur.' *Beck.*

CAP. XXVIII. 17 Huyd. *evocarentur.*—18 In eodem Ms. pro *ait* legitur *ut.*—19 Huyd. *Ingerebant.* Tum ψ, Crat. *Artem. med., Cornelium pictorem, et*

NOTÆ

[k] *Repente Cornelii*] Multis proscriptorum servis Sylla victor libertatem

Agyrinenses, quicquid ad eos recuperatores Apronius attulisset, illum perfacile probaturum. Condemnari cum [20] istius invidia infamiaque malebant, quam ad ejus conditiones pactionesque accedere.[1] Quærebant, quæ in verba recuperatores daret. Respondebat, ‘ Si pareret,[2] adversus edictum fecisse;’ quæ in judicio dicturum esse dicebat.[3] Iniquissimis verbis, improbissimis recuperatoribus, conflictari malebant, quam quicquam cum isto sua voluntate decidere. Submittebat[o] iste Timarchidem, qui moneret eos, si saperent, ut transigerent. Pernegabant. Quid ergo?[4] In singulos H-S quinquagenis[m] millibus damnari mavultis? Malle dicebant. Tum iste clare, omnibus audientibus, ‘ Qui damnatus erit,’ inquit, ‘ virgis ad necem cædetur.’ Hic illi flentes rogare atque orare cœperunt, ut sibi suas segetes, fructusque omnes, arationesque vacuas Apronio tradere liceret, ut ipsi sine ignominia molestiaque discederent. 70. Hac lege, judices, decumas vendidit Verres. Dicat licet Hortensius, si volet,[5] magno Verrem vendidisse. XXIX. Hæc conditio fuit isto prætore aratorum, ut secum præclare agi arbitrarentur, si vacuos agros Apronio tradere liceret: multas enim cruces propositas effugere cupiebant. Quantum Apronius edidisset deberi,

[o] *Mittebat furtim.*

Tlepol. et hujusmodi: et sic Ven. 1483. Junt. nisi quod exhibeant *Depolemum.* Lamb. *Artem. med. Cornelium, præconem Val., pictorem Tlepol. et ejusm.* In edd. vett. *Artem med. Cornelium, Tlepol. pictorem,* omissis ceteris. Lallemando suspectum fuit vocabulum *Artemidorum,* quod ex interpretatione additum fuerit τῷ *Cornelium.*—20 Huyd. *eum.*—1 Lamb. *descendere.*—2 *Si paret* Franc. 1. prob. Garaton. *si pateret* Mss. nonnulli et edd. vett.—3 *Quare se in jud. dict. aiebat* Nannii Ms. unde Græv. conj. *qua de re se in jud. dict. aiebat.* Steph. *quare quæ se in jud. dict. aiebat:* Lamb. 1566. Græv. Beck. et Orell. *quæ se in jud. dict. aiebat:* Oliv. Lall. Harles. et Schutz. *quæ se in jud. dict. esse dicebat.* Mss. plerique et edd. vett. cum Grut. *quæ in jud. dict. esse dicebat.* Verba *quæ ... dicebat* spuria esse censet Ern.—4 Schutz. *Quid? ergo in sing.*—5 Crat. Vict. Manut. Lamb. *si audet.*

NOTÆ

dederat, quos cives Romanos fecit, et quos suo nomine Cornelios voluit appellari. Hunc autem medicum Cornelium idcirco appellavit, ut eum in invidiam vocaret.

[1] *Quid ergo*] Verba Timarchidis ad aratores.

[m] *H-S quinquagenis*] Quinquagena sestertiorum millia, quinque librarum millia efficiunt.

tantum ex edicto dandum erat. Etiamne si plus[n] edidisset, quam quantum natum esset? Etiam. Quomodo?[6] Magistratus ex ipsius edicto exigere debebant. At arator repetere[7] poterat. [*p.* 163.] Verum Artemidoro recuperatore. Quid, si minus arator dedisset, quam poposcisset Apronius? Judicium in aratorem in quadruplum. Ex quo judicum numero? Ex cohorte prætoris præclara hominum[8] honestissimorum.[o] Quid amplius? minus te jugerum[9] professum esse dico: recuperatores rejice, quod adversum edictum feceris. Ex quo numero? ex eadem cohorte. Quid erit extremum? Si damnatus eris, (nam dubitatio damnationis, illis recuperatoribus, quæ poterat[10] esse?) virgis te ad necem cædi necesse erit. His legibus, his conditionibus, erit quisquam tam stultus, qui decumas venisse arbitretur?[11] qui aratori novem partes reliquas factas esse existimet? qui non intelligat, istum sibi quæstui prædæque habuisse bona, possessiones, fortunas aratorum? Virgarum metu Agyrinenses, quod imperatum esset, facturos se esse dixerunt. XXX. 71. Accipite nunc, quid imperarit: et dissimulate vos,[12] si potestis, vos intelligere, ipsum prætorem, quod tota Sicilia perspexerit, redemtorem decumarum,[13] atque adeo arationum[14] dominum ac regem fuisse. Imperat Agyrinensibus, ut decumas ipsi publice accipiant:[p] Apronio lucrum dent.[q] Si magno eme-

---

Cap. XXIX. 6 ψ *Etiam quomodo:* Huyd. *et qũo.* Mox *ex istius edicto* Lamb. —7 Huyd. *Ab aratore repet.* ψ *Ab aratore petere.*—8 *Hominum* non est in Huyd.—9 Ven. 1483. *de jugerum:* Junt. *de jugero.* Dein verba *recuperatores rejice* Schutz. e conj. transposuit post *feceris.* In ψ *qui adv. ed. fec.* Vid. Nott. Varr.—10 Huyd. *poterit.*—11 Idem Ms. *devenisse arbitraretur.*

Cap. XXX. 12 *Vos* post *dissimulate* de Ern. suspicione Beck. uncis inclusit: Schutz. delevit. Pro eo Herel. conj. *quæso* legend. Vir doctus in ed. Lamb. ap. Orell. delevit *vos* ante *intelligere.* Tum ψ *prætorem: et quod.*—13 Franc. 1. *decumanorum.*—14 *Aratorum* Huyd. Ven. Junt. Crat. Grut. Oliv. et Lall. *arationum* e Ms. Nannii ediderunt Steph. Lamb. Græv. Harles.

NOTÆ

[n] *Etiamne si plus*] Sermocinatio ad rei indignitatem ostendendam.

[o] *Hominum honestissimorum*] Ironia: nam conflatam hominibus sceleratissimis Verris cohortem semper esse dixit.

[p] *Decumas . . . accipiant*] Edixit Verres ut Agyrinenses acciperent decumas quas emerat Apronius.

rat,[15] quoniam tu es, qui diligentissime pretium exquisisti;[16 r] qui, ut ais, magno vendidisti: quare putabas emtori[s] lucrum addi oportere? Esto: putabas. Quamobrem imperabas, ut adderent? Quid est aliud, capere et conciliare pecunias, in quo te lex tenet, si hoc non est, vi atque imperio cogere invitos lucrum dare alteri, hoc est, pecuniam dare? 72. Age, quid tum?[t] si Apronio, deliciis prætoris, lucelli[p] aliquid jussi sunt dare, putate[17] Apronio datum, si Apronianum lucellum ac non prætoria præda vobis videbitur. Imperas, ut decumas accipiant; Apronio dent lucrum,[18] tritici medimnum XXXIII.[u] Quid est hoc? una civitas ex uno agro plebei[19] Romanæ prope menstrua[q] cibaria prætoris imperio donare Apronio cogitur. Tu magno decumas vendidisti, cum tantum lucri decumano sit datum? Profecto, si pretium exquisisses[20] diligenter, tum, cum vendebas, X. medimna[1] potius addidissent, quam H-S IↃC.[x] postea. Magna præda videtur: audite reliqua, et diligenter attendite, quo minus miremini, Siculos, re necessaria coactos, auxilium a patronis, a consulibus, a senatu,

[p] *Lucri parvi.* [q] *Mensis unius.*

Beck. Schutz. et Orell.—15 ψ, Huyd. et edd. vett. *emerant*: nonnullæ edd. *emeras.*—16 ψ *pretia exq.* Huyd. *pretia requisisti.*—17 Mannt. ed. *putare.*—18 Lamb. e conj. Hotomanni *lucri.* Dein *tritici medinam: viginti quatuor* ψ: *medinam XXXIV.* Huyd. *medimna XXXVIII.* Franc. 1. *XXXIII. medimna* Nannii Ms. *medimna XXXIV.* Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *medimna XXXIII.* Steph. *medimnum XXXIII.* e conjectura Hotomanni edidit Lamb. cum edd. recentt. Post *XXXIII.* Grut. Oliv. et Lall. habent *millia*, quod in Mss. et edd. pr. deest.—19 Mss. plerique et edd. vett. cum Grut. Oliv. Lall. *plebi*: al. *plebis.*—20 Huyd. *exiguisses.*—1 *Medimnum* e conj. Hotomanni dederunt Græv. Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. H. l. Lamb. ita constituit: *X. medimnum millia potius add., quam medimnum XXXIII. millia*

NOTÆ

[q] *Lucrum dent*] Jussit iterum Verres, ut numeratam ab Apronio pro decumis illis emendis pecuniam reddant, et novam præterea adjiciant.

[r] *Exquisisti*] In auctione videlicet.

[s] *Emtori*] Verrem argnit, quod præter illud pretium quod datum est ab Apronio, novum aliud imperarit.

[t] *Age, quid tum, &c.*] Occupatio festiva.

[u] *Medimnum XXXIII.*] Nota ex Hotomanno, quod quotiescumque vox hæc occurrit in hac oratione, *Med.* vel *Medimnum*, semper hæc alia vox subaudiatur, *Millia.* Item H-S sestertium millia.

[x] *H-S IↃC.*] Intellige, millia; nostræ monetæ sexaginta librarum millia.

a legibus, a judiciis[2] petivisse. 73. Ut probaret Apronius hoc triticum,[3 x] imperat Agyrinensibus Verres, ut in medimna singula dentur[y] Apronio H-S III.[3 z] XXXI. Quid est hoc? tanto numero frumenti, lucri nomine,[6] imperato et expresso, nummi præterea exigentur, ut probetur frumentum? an poterat non modo Apronius, sed quivis, exercitui si metiundum esset, improbare Siculum frumentum, quod isti[7] ex area, si vellet, admetiri[r] licebat? Frumenti tantus numerus imperio tuo datur, et cogitur: non est satis. Nummi præterea imperantur. Dantur. Parum est. Pro decumis hordei alia pecunia cogitur. Jubes H-S. XXX.[3 a] lucri dari. Ita ab una civitate, vi, minis, imperio, injuriaque prætoris eripiuntur tritici medimnum XXXIII.[9 b] et præterea H-S LX.[c] An hæc obscura sunt? aut, si[10] omnes homines velint, obscura esse possunt, quæ tu palam egisti, in conventu imperasti, omnibus inspectantibus[11] coëgisti? qua de re Agyrinenses magistratus, et quinque-primi, quos tu tui[12] quæstus causa evocasti, acta et imperia tua domum

[r] *Mètiri.*

---

postea.—2 Al. *ab cons., ab sen., ab leg., ab jud.* In Huyd. *a judicibus.*—3 Post *triticum,* Nannii Ms. et unus Paris. cum Steph. Lamb. Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. addunt *quod ei dabatur,* improb. Ern. qui illa verba judicat esse spuria et glossam.—4 Huyd. *debentur.*—5 '*H-S III.*] Male Hotom. legi voluit *H-S tria,* ut 'millia' subaudiretur. At Cicero intelligit sestertios.' *Beck.*

CAP. XXXI. 6 Pro *lucri nomine* ♆, Huyd. et edd. vett. habent *in lucri nomen;* et omittunt copulam ante *impresso.* Locu *imperato* Huyd. exhibet *in pacto.*—7 *Illi* ♆, Huyd. et edd. vett.—8 Lamb. addit *millia.*—9 Mss. et edd. ante Lamb. *medimna.* Post *XXXIII.* Lamb. addit *millia.* Tum Nannii Ms. *et præterea H-S L.* Lamb. (qui addit *millia*) et Schutz. e conjectura Hotomanni *et præt. H-S XXIX.* prob. Orell. Denique *At hæc* ♆, Huyd. Ven. 1483. Junt.—10 In Franc. 1. alia manu emend. *haud si.*—11 ♆ et Huyd. *expectantibus.*—12 Grut. Oliv. Lall. *quos tu tuique:* edd. vett. *quos tui:* reliqui

NOTÆ

[x] *Ut probaret Apronius hoc triticum*] Plus aliquid pecuniæ poscebat Apronius, quia probum non satis triticum dari dicebat.

[y] *H-S III.*] Id est, tria millia sestertiorum, quæ valent libras trecentas.

[z] *H-S XXX.* [*H-S XXX. millia*] Id est, tria librarum millia.

[a] *Medimnum XXXIII.*] Ut modius Romana mensura fuit, sic medimna Græca, qua Siculi utebantur. Nos Gallice minam dicimus.

[b] *H-S LX.* [*H-S CXXIX. millia*] Librarum decem millia sunt cum assibus quinquaginta octo.

ad senatum suum renuntiaverunt; quorum renuntiatio, legibus illorum, literis publicis mandata est; quorum legati, homines nobilissimi, Romæ sunt, qui hoc idem pro testimonio dixerunt. 74. Cognoscite Agyrinensium publicas literas, [*p.* 164.] deinde testimonium publicum civitatis. Recita literas publicas. (*Literæ publicæ.*) Recita testimonium publicum.[13] (*Testimonium publicum.*) Animadvertistis[14] in hoc testimonio, judices, Apollodorum, cui Pyragro[15] cognomen est, principem suæ civitatis, lacrymantem testari ac dicere, nunquam post populi Romani nomen ab Siculis auditum et cognitum, Agyrinenses contra quenquam infimum civem Romanum dixisse aut fecisse quidpiam;[16] qui nunc contra prætorem populi Romani magnis injuriis, et magno dolore publice testimonium dicere cogerentur. Uni, mehercule, huic civitati, Verres, obsistere tua defensione non potes: tanta auctoritas est in eorum hominum fidelitate, tantus dolor in injuria,[17] tanta religio in testimonio. Verum non una te tantum, sed universæ, similibus afflictæ incommodis, legationibus ac testimoniis publicis persequuntur.[18]

XXXII. 75. Etenim deinceps videamus, Herbitensis civitas, honesta, et antea copiosa, quemadmodum spoliata ab isto ac vexata sit. At quorum hominum? summorum aratorum, remotissimorum a foro,[19] judiciis, controversiis; quibus parcere et consulere, homo impurissime,[20] et quod genus hominum studiosissime conservare debuisti. Primo anno venierunt ejus agri decumæ tritici medimnum XVIII. Atidius, istius item minister in decumis, cum emisset, et præfecti nomine cum venisset Herbitam cum Veneriis, lo-

---

quos tu tui. Dein *evocas* ψ, Huyd. et edd. vett. *evocaras* Lamb.—13 Pro *civitatis. Recita* ψ exhibet *civitatis Romanæ:* et verba *Literæ publicæ. Recita testim. publicum* in eodem et Huyd. desunt.—14 ψ, Huyd. et Nannii Ms. *Animadvertis.*—15 *Pyragri* edd. vett. *Perragi* al. *Peragri* Huyd. Tum *nomen* Steph. et Lamb. e Ms. Nannii.—16 Orell. conj. *quicquam.*—17 ψ, Huyd. et edd. vett. *dolor injuriæ:* et mox iidem omittunt *tantum.*—18 *Persequerentur* Huyd. *persequentur* Mss. plerique et edd. vett. cum Oliv. et Lall.

CAP. XXXII. 19 Voces *a foro* non leguntur in ψ, Huyd. Ven. 1483. et Junt. Tum Lamb. Oliv. et Lall. *jud. et controv.*—20 Pro *impurissime* Herelius legi mavult *importunissime,* ut I. 44. sive *impudentissime,* ut II. 16. sive *improbissime,*

cusque ei publice, quo deverteretur, datus esset; coguntur Herbitenses ei lucri dare tritici medimnum XXXVII. cum decumæ venissent tritici medimnum XVIII.[1] Atque hoc tantum[2] triticum lucri coguntur dare publice, cum jam privatim[3] aratores ex agris, spoliati atque exagitati decumanorum injuriis, profugissent. 76. Anno secundo cum emisset Apronius decumas tritici medimnum XXV. millibus, et ipse Herbitam cum illa prædonum copia manuque venisset; populus publice coactus est ei conferre lucri tritici medimnum XXVI. et accessionem H-S CIↃ CIↃ.[4][d] De ac-

---

ut I. 18.—1 ' *Trit. medimnum CIↃ CIↃ CIↃ. . . . tritici modium XXXVII. cum dec. ven. trit. modium XVIII.*] Locus ipse ita legitur in edd. Ven. (1483.) et Junt. *tritici medimna XVIII. . . . modios XXXVII. M. cum dec. ven. trit. modios XVIII.* quæ quidem omnino stare nequeunt, cum aperte sibi contradicant illa *medimna XVIII.* et *modios XVIII.* . . . Verus utique videtur numerus posterior ac mensura *modium XVIII. M.* Posteriore autem loco in modios convertit medimnum summam, quæ nostris in libris corrupta est. Eam igitur, Lambino partim duce, ad normam *modium XVIII. M.* sic corrigendam existimo, *tritici medimnum CIↃ CIↃ CIↃ . . . cum dec. ven. trit. modium XVIII. mill.* Lucri summam consulto intactam reliqui; nam, ut prædiximus, insaniebat ea in re Verres, neque unquam sibi constabat. Attamen fateor, haud improbabilem mihi videri emendationem Lambini, *cog. Herb. ei lucri dare tritici modium IↃↃMM*(7000.) et § 76. ubi cod. Nannii *lucri tritici modium XXI.* pro æqua fere portione legam, *lucri tritici modium XI.* Sic lucri nomine Atidius sive Verres perceperit, $\frac{7}{8}$ capitis: Apronius circiter $\frac{11}{26}$ capitis, sive $\frac{91}{234}$ et $\frac{99}{234}$. Videamus jam ceterorum correctiones. *Trit. medimnum XVIII. millibus . . . modium VII. millia, cum dec. ven. trit. modium XVIII. millibus* Lamb. 1566. aperta repugnantia inter *medimnum XVIII. mill.* et *modium XVIII. mill.* quam sustulit in marg. 1584. sic, *trit. medimnum XVIII. mill. . . . modium XXXVIII. millia, cum dec. ven. trit. modium CVIII.* Sed sic immanis est decumarum summa, ratione habita annorum sequentium. *Primo anno ven. ejus agri dec. trit. modium XLIV. mill.*, ceteris intactis, Ursinus ex Frontone. Sic quoque decumæ primi anni nimis exsuperant summas sequentium.' *Orell.* In ψ *Herb. ei lucri dare trit. modiorum et millia, cum dec. ven. tritici modios decem et octo.* E Nannii Ms. dederunt Græv. Oliv. et Lall. *Herb. ei lucri dare tritici medimnum XXXVII. millia, cum dec. ven. trit. medimnum XVIII. millibus.* Harles. Beck. et Schutz. sequuntur Ern. *Accidius istius idem minister* exhibent Ven. 1483. Junt. *Accensus istius item min.* ed. vet. Hinc Lamb. *Atidius accensus istius, item min.* Edd. vett. *Accensus istius, &c.* Dein Lamb. *cum decumas emisset.*—2 *Tantum* in ψ, Huyd. et edd. vett. deest. Schutz. e conj. delevit *triticum.*—3 Steph. et Lamb. e Nannii Ms. ediderunt *privati.*—4 ' *Dec. trit. modium XXV. DCCC. . . . pop. publ. coactus est ei conf. lucri trit. modium XXVI. et accessionis H-S CIↃCIↃ.*] Ed. Ven. 1483. et Junt. sic habent, *dec. trit. modium XXV. millia . . . conf. lucri tritici modios*

NOTÆ

[d] *H-S CIↃ CIↃ.* [*MM.*] Duo millia, nota, hæc vulgo apponitur, *CIↃ* quæ ducentæ libræ sunt. Pro hac *CIↃ.*

cessione dubito, an Apronio ipsi data sit,[e] merces operæ, pretiumque[5] impudentiæ. De tritici quidem numero tanto, quis potest dubitare, quin ad istum prædonem frumentarium, sicut Agyrinense frumentum, pervenerit? Anno vero tertio in hoc agro consuetudine usus est regia. XXXIII. Solere, aiunt, bárbaros reges Persarum ac Syrorum plures uxores habere; his autem uxoribus civitates attribuere, hoc modo: Hæc civitas mulieri redimiculum[6 f] præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Ita populos habent universos non solum conscios libidinis suæ, verum etiam administros. 77. Eandem istius, qui se regem Siculorum esse ducebat,[7] licentiam libidinemque fuisse cognoscite. Æschrionis Syracusani uxor est Pippa;[8] cujus nomen istius nequitia tota Sicilia pervulgatum est; de qua muliere versus plurimi supra tribunal et supra prætoris caput scribebantur. Hic Æschrio, Pippæ vir adumbratus,[g] in Herbitensibus decumis novus instituitur publicanus. Herbitenses cum viderent, si ad

---

XXVI. et accessiones H-S co. co. (id est ∞ ∞ s. M. M.) sed numerus decumarum *modium XXV. mill.* egregie convenit tum cum codd. tum cum Frontonis loco, nisi quod probabiliter ex eo adjiciendum DCCC. Lucri corrigendi viam fortasse monstrat cod. Nannii, exhibens *modium XXI. accessionis* ∞ ∞. Sed lucrum missum facio. Lego, *dec. trit. modium XXV. DCCC. . . . conf. lucri tritici modium . . .? et accessionis H-S MM.* Videamus ceterorum rationes præcipuas, nam Manutianas nihil jam moror. *Dec. trit. medimnum XX. millibus . . . conf. lucri tritici modium XVI. millia, et accessionem H-S CIↃ CIↃ.* Lamb. 1566. et in marg. 1584. Hic et mensuræ et numeri plane sunt arbitrii. *Apronius dec. trit. modium XXV. DCCC.* et post *modium XXV.* Ursinus. *Apr. dec. trit. medimnum XXV.* (*millibus* addunt quidam) . . . *conf. lucri tritici medimnum XXVI. et accessionem H-S CIↃ CIↃ.* ex Hotomanni conjectura, Grut. Græv. Ern. Beck. Schutz. quæ satis refutantur supra dictis.' *Orell.* In ψ, Huyd. Franc. 1. et edd. vett. *Apr. dec. trit. modium XXV.* Mox ψ, Huyd. et edd. vett. *cum illa prædonis copia:* Lamb. maluit *cum illa sua prædonum copia.* Nannii Ms. omittit voces *lucri tritici.* Schutz. e conj. Ern. delevit *lucri.* Paulo post, pro vulg. *accessionem,* Nannii Ms. Lamb. et Orell. exhibent *accessionis:* ψ, Ven. 1483. Junt. *accessiones.* Pro *H-S CIↃ CIↃ* in ψ legitur *H-S ducenta: ducenta de accessione, &c.*—5 ψ et Huyd. *merces fere pretiumque.*

CAP. XXXIII. 6 Lamb. 1566. e conj. Hotomanni *in redim.*—7 *Dicebat* ψ,

NOTÆ

[e] *Ipsi data sit*] Erat occasio levior, nam addebatur tantum, ut frumentum probaretur.

[f] *Redimiculum*] Redimiculum erat ornamentum capitis, quo mulieres utebantur.

[g] *Vir adumbratus*] Vir adumbratus ad invidiam et Verris contemtum dicitur, quia Æschrio mariti nomen tantum et personam sustinebat.

Æschrionem pretium redisset,[9] se ad arbitrium libidinosissimæ mulieris spoliatum iri; liciti sunt usque eo, quoad se efficere posse arbitrabantur.[s] Supra adjecit Æschrio: neque enim metuebat, ne, prætore Verre, decumana mulier damno affici posset. Addicitur medimnum XXXV. millibus dimidio fere pluris, quam superiore anno. Aratores funditus evertebantur; et eo magis, quod jam superioribus annis exhausti erant ac pæne perditi. Intellexit iste, ita magno venisse, ut amplius ab Herbitensibus exprimi non posset. [h]Demit de capite[t] medimnum CIↃ CIↃ CIↃ IↃC. jubet in tabulas pro medimnum XXXV. referri XXXI. et CCCC.[10] 78. Hordei decumas ejusdem agri Docimus[11] emerat. XXXIV. Hic est Docimus, qui ad istum[12] deduxerat Tertiam, Isidori mimi filiam, vi abductam[13] ab Rhodio tibi-

[s] *Videbatur ferri posse aliquo modo.* [t] *Summa.*

Huyd. et edd. vett.—8 Hnyd. *Pipera:* Steph. *Pipa.*—9 Pro *pretium* Ern. conj. *negotium* legend. Tum e Nannii Ms. *recidisset* ediderunt Steph. Lamb. Græv. Beck. et Orell.—10 ‘ Edd. Ven. (1483.) et Junt. *Addic. medimnis co.co.* (id est, MM.) *dim fere pluris ... de cap. medimna. d. c.* (DC.) *jubet in tab. pro medimnis co. co. co. referri d. co. co. d. et IIII.* (In Crat. Hervag. Cam. *jubet in tab. pro medimnis MMM VIII. referri D. M. MD. et IIII.*) Corruptissima hæc e Nannii cod. et Frontone mire h. l. conspirantibus cum Garatonio et Beckio ita emendo, *Addic. medimnum VIII. C.* (octo millibus centum) *dim. fere pluris ... de cap. medimna DC jubet in tab. pro medimnum VIII. C.* (octo millibus centum) *referri IↃↃMMD.* (septem millia et quingenta.) Nihil clarius. Medimnum octo millia centum efficiunt modium 48,600. dimidio igitur (id est, duplo) fere pluris quam modium 25,800. anni superioris. Reliqui sic, *Addicuntur medimnum CCIↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ IↃↃ* (35,000.) *dim. fere pluris ... de cap. medimnum CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ* (4000.) *jubet in tab. pro medimnum CCIↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ IↃↃ* (35,000.) *referri CCIↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ CIↃ CCCC* (31,400.) Lamb. 1566. Tam manifestum errorem corrigens, Gruterus in alium incidit, edens, *Addicitur medimnum XXXV. millibus dim. fere pluris ... de cap. medimnum CIↃ CIↃ CIↃ IↃC* (3600.) *jubet in tab. pro medimnum XXXI. referri XXXI. et CCCC.* Vitiosum istud *XXXI.* correxerunt Græv. Ern. Beck. Schutz. in *XXXV.*’ Orell. In ψ *Addicitur medimnis ↀↀ ↀↀ dimidio fere pluris ... de cap. medimna sexcenta jubet in tub. pro medimnis ↀↀ ↀↀ ↀↀ referri quingenta ↀↀ ↀↀ quingenta et quatuor.* Pro *Addicitur* Junt. et Oliv. exhibent *Adducitur.*

CAP. XXXIV. 11 ψ *decumis.*—12 ψ, Hnyd. et nonnullæ edd. vett. *ad quem iste.*—13 Donatus ad Terent. Enn. I. 2. 65. et Lexicon Terent. ap. Barth.

NOTÆ

[h] *Exprimi non posset*] Tam magno pretio decumæ vendebantur, ut nihil lucri sive accessionis nomine colligi posset. CIↃ CIↃ CIↃ tria millia; IↃↃ quinque millia; CCIↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ, triginta millia.

cine. [*p.* 165.] Hujus Tertiæ plus etiam, quam Pippæ, plus quam ceterarum, ac prope dicam, tantum apud istum in Siciliensi prætura auctoritas valuit, quantum in urbana Chelidonis. Veniunt Herbitam duo prætoris æmuli non molesti, muliercularum teterrimarum [14] improbissimi cognitores:[i] incipiunt postulare, poscere, minari. Non poterant tamen, cum cuperent, Apronium imitari. Siculi Siculos non tam pertimescebant. Cum omni ratione tamen illi calumniarentur; promittunt Herbitenses vadimonium [k] Syracusas. Eo posteaquam ventum est, coguntur Æschrioni, id est,[15] Pippæ, dare tantum, quantum erat de capite demtum, tritici medimnum CIↃ CIↃ CIↃ DC.[16] Mulierculæ publicanæ noluit [17] ex decumis nimium lucri dare, ne forte ab nocturno suo quæstu animum ad vectigalia redimenda transferret. 79. Transactum putabant Herbitenses; cum iste,[18] Quid de hordeo, inquit, et Docimo, amiculo meo? quid cogitatis? At[19] hoc agebat in cubiculo, judices, atque in lectulo suo. Negabant illi sibi quicquam esse mandatum. Non audio: numerate H-S XV.[20][l] Quid facerent miseri? aut quid recusarent? præsertim cum in lectulo decumanæ mulieris vestigia viderent recentia, quibus illum inflammari ad perseverandum intelligebant? Ita civitas una sociorum atque amicorum,[1] duabus teterrimis mulierculis, Verre prætore, vectigalis fuit. Atque ego nunc, eum frumenti numerum, et eas publice pecunias decumanis ab

Advers. XXXVIII. 15. *per vim atque dolum abducta.*—14 Mss. nonnulli et edd. vett. *deterrimarum.*—15 Huyd. *hoc est.*—16 *Modios ↀ ↀ ↀ sexcentos ψ: modios co. co. co. d. C.* Huyd. *medimnum CIↃ CIↃ CIↃ IX.* Grut. Græv. et Oliv. *modium CIↃ CIↃ CIↃ DC* Orell. qui ait, ‘Contra codd. *modium MMM DC* (medimnis DC.) a Lambino 1566. rursus editum pro recto est *medimnum CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ:* a Grut. Græv. Ern. Beck. Schutz. *medimnum CIↃ CIↃ CIↃ IↃ C.*’ Orell.—17 *ψ nolunt.*—18 Huyd. *enim iste;* et mox *Decimo avunculo meo.*—19 Ursini Ms. *Atqui,* prob. Beck.—20 Huyd. *numerare:* et Nan-

NOTÆ

[i] *Cognitores*] Qui de re præsenti cognoscunt, cognitores; qui vero de absenti, procuratores dicuntur.

[k] *Vadimonium*] Vadimonium sponsio est se tali die sistendi in judicio.

[l] *H-S XV.*] Mille libras et quingentas.

Herbitensibus datas esse dico : quo illi frumento, et quibus pecuniis tamen a decumanorum[2] injuriis cives suos non redemerunt. Perditis enim[3] et direptis aratorum bonis, hæc decumanis merces dabatur, ut aliquando ex eorum agris atque ex urbibus abirent. 80. Itaque cum Philinus Herbitensis, homo disertus, et prudens,[4] et domi nobilis, de calamitate aratorum, et de fuga, et de reliquorum paucitate publice diceret ; animadvertistis,[5] judices, gemitum populi Romani, cujus frequentia huic causæ nunquam defuit. Qua de paucitate aratorum alio loco dicam.

XXXV. Nunc illud,[6] quod pæne præterii, non omnino relinquendum videtur : nam, per Deos immortales! quod de capite ipso[7] demsit, quo tandem modo vobis non modo ferendum, verum etiam audiendum[8] videtur? 81. Unus adhuc fuit post Romam conditam (Dii immortales faxint, ne sit alter!) cui respublica totam se traderet,[9] temporibus coacta, et malis domesticis, L. Sylla. Hic tantum potuit, ut nemo, illo invito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere posset : tantum animi habuit ad audaciam, ut dicere in concione non dubitaret, bona civium Romanorum cum venderet, se prædam suam vendere. Ejus omnes res gestas non solum obtinemus ; verum etiam propter majorum incommodorum[10] et calamitatum metum, publica auctoritate[m] defendimus. Unum hoc illius[n] senatus consulto[11]

---

nii Ms. *H-S XII.*—1 Huyd. *amicarum.* Tum *deterrimis* ψ, Huyd. et edd. vett.—2 Huyd. *decumarum.*—3 Post *enim* Lamb. inseruit *jam.*—4 Lamb. *pudens.*—5 Hnyd. *advertitis.*

Cap. XXXV. 6 Pro *illud* Huyd. exhibet *aliud.* Vox *pæne* ψ et Huyd. omittunt. Tum ψ *præteriit.*—7 *Ipsi* ψ et al. Mss. ac edd. ante Lamb. qui cum edd. seqq. dedit *ipso* e conj. Hotomanni. *Ipso* omittit Huyd. et pro *demsit* legit *depressit.* Testatur Lambinus in marg. veteris codicis scriptum esse *iste demsit.* Dein, Herel. legi jubet *quo tand. animo,* ut act. I. c. 14. lib. IV. c. 31. v. 46. pro Planc. 32. aliisque locis. Verba *vobis non modo,* quæ in ψ, Franc. 1. Huyd. Pall. et edd. vett. desunt, e Nannii Ms. inseruerunt Steph. Lamb. et seqq.—8 Naug. Crat. Cam. *animadvertendum.*—9 *Totam se tradidit* ψ, Huyd. et edd. vett. *se totam tradidit* Lamb. *se totam traderet* Nannii Ms. Steph. Beck. et Orell. *totam se traderet* ceteri.—10 *Propter malorum, incomm.* Mss. et edd. antè Lamb. qui e conj. dedit *propter majorum incomm.* ut vulg.—11 ψ et Huyd. *Unum hoc aliquod senatus consultum.* Ven.

NOTÆ

[m] *Publica auctoritate*] Post mortem Carbonis tota se respub. Syllæ sub-

reprehensum, decretumque est, ut, quibus ille de capite° demsisset,[u] [12] hi pecunias in ærarium referrent. Statuit senatus hoc, ne illi [13] quidem esse licitum, cui concesserat omnia, a populo factarum [14] quæsitarumque rerum summas imminuere. 82. Illum viris fortissimis judicarunt patres conscripti remittere [15] de summa non potuisse: te mulieri teterrimæ recte remisisse senatores judicabunt? Ille, de quo lege [16] populus Romanus jusserat, ut ipsius voluntas populo Romano esset pro lege,[17] tamen in hoc uno genere, veterum religione legum, reprehenditur: tu, qui omnibus legibus implicatus tenebare, libidinem tibi tuam pro lege esse voluisti? [*p.* 166.] In illo reprehenditur, quod ex ea pecunia remiserit, quam ipse quæsierat: tibi concedetur, qui de capite vectigalium populi Romani remisisti? XXXVI. 83. Atque in hoc genere audaciæ multo etiam impudentius in decumis Segestensium [18] versatus est; quas cum addixisset eidem illi Docimo, *hoc est, tritici modium quinque millibus,[19] et accessionem ascripsisset H-S MD.[p]

[u] *Imminuisset summam pretii.*

1483. *Unum hoc aliud S. C.* unde Lamb. *Unum hoc aliquot senatus consultis.* —12 ψ et Huyd. *depressisset.* Pro *hi pecunias* ψ babet *in pec.* et edd. pr. *ne pec.* prob. Schutz. *Ii pec.* Lamb. et Orell.—13 Grut. Græv. Oliv. Lall. et Schutz. sic distinxere, *Statuit senatus, hoc ne illi.* Melius *hoc* abfore censet Ern. qui mox mavult *concesserit.* In ψ *concesserant.*—14 Pro *a populo factarum*, Lamb. 1566. exhibet *ab ipso partarum*: unus Paris. Schutz. Orell. *populo factarum*, et sic legend. conjecit Grævius. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr. —15 ψ, Huyd. et edd. vett. *dimittere*: et mox *deterrimæ.*—16 Franc. 1. et Lamb. 1566. omittunt *lege;* pro quo Lamb. 1584. e Ms. dedit *legem.*—17 *Vol. populo Romano et posse esset pro lege* Franc. 1. *vol. et posse esset pro lege* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. *vol. et posset, et esset pro lege* Crat. Hervag. *vol. ei posset esse pro lege* Lamb. et Beck. e Jannoctian. *vol. populo Romano esset pro lege* vulg. *Romano* e conj. delevit Schutz.

CAP. XXXVI. 18 Nonnulli volunt *Acestenses* ubique his Segestensibus substitui.—19 ' Verba *hoc est, trit. modium quinque millibus* uncinis inclusi,

NOTÆ

jecit, huicque dedit magistratuum creandorum potestatem. Immo etiam a Flacco interrege sancitum est, ut omnia rata essent quæ ab eodem Sylla, vel consule vel proconsule, lata sunt.

[n] *Hoc illius*] Factum subauditur.

° *De capite*] Caput summa erat præcipua, quæ a publicanis pro decumis numerabatur, cui lucrum et accessio respondet.

[p] *H-S MD.*] Sestertios mille quingentos, qui efficiunt apud nos libras centum quinquaginta.

coëgit Segestenses a Docimo tantidem publice accipere: id quod ex Segestensium publico testimonio cognoscite. Recita testimonium publicum. (*Testimonium publicum.*[20]) Audistis, quanti decumas acceperit a Docimo civitas, tritici modium quinque millibus,[1] et accessionem. Cognoscite nunc, quanti se vendidisse retulerit. (*Lex decumis vendundis C. Verre Pr.*) Hoc nomine videtis tritici modium[2] CIↃ CIↃ CIↃ de capite esse demta, quæ cum de populi Romani victu, de vectigalium nervis, de sanguine detraxisset ærarii, Tertiæ mimæ condonavit. Utrum impudentius a sociis abstulit? an turpius meretrici dedit? an improbius populo Romano ademit? an audacius tabulas publicas commutavit?[q] Ex horum severitate[3] te ulla vis, aut ulla

quia spuria esse colligo, cum e partt. *hoc est*, glossematum indicibus, tum e varietate reliquæ scripturæ. Nam codd. nonnulli (ut ψ) *tritici modios quinque millia;* al. et edd. vett. *tritici modium quinque millia. Modium quinque millibus* ex Hotomanni correctione, Manut. et alii dederunt. *Quinque millibus* etiam Nannius legi voluit, sed idem tamen statuit locum esse mutilum, et ita fere supplendum, *quas cum addix., eidem illi Doc. H-S millibus addixisset, hoc est, in tritici modium quinque millia.* Lamb. legi jussit, *cum addix. eidem illi Doc. medimnum IↃC.;* et verba *hoc est trit. med. quinque millibus* ascripta esse ab eo credit, qui notam *IↃC* explicare voluerit; se tamen non repugnaturum esse ostendit, si quis scribat *medimnum IↃↃ, seu quinque millibus, id est, modium XXX. millibus.* Idem monet, se in cod. antiquiss. (Fabric.) invenisse *Tertiæ* nomen adjectum. Hinc Græv. cumque eo Oliv. Lall. scripserunt, *add. eid. illi Doc., hoc est, Tertiæ, trit. modium quinque millibus.* Manutius et Ern. malunt voces *hoc est* deleri. Utrum cum Lamb. *medimnum* legend. an *modium* servandum sit, dubitat Garaton.' *Beck.* Vulg. ut Ern. Voces *hoc est* delevit Schutz. Vid. Nott. Varr. Mox Huyd. *ascrips. H-S co d. co egit:* Franc. 1. *ascrips. sexterc^s. co̅ d. coëgit.* Lamb. *ascrips. H-S IↃↃↃ coëgit.*—20 Verba *testimonium publicum* in Huyd. omittuntur.—1 ψ *civitatis, tritici modios quingenta millia:* Huyd. *civitatis, tritici modios quinque millia.* Pro *quinque millibus* edd. vett. exhibent *quinque millia.* Lamb. *civitas, medimnum quinque mill. et H-S IↃↃↃ. accessione.* Schutz. quoque e conjectura Hotomanni edidit *accessione.*—2 *Vidistis tritici modios* ψ et Huyd. *vidistis* etiam in edd. vett. Pro *modium* Lamb. habet *medimnum.* In Nannii Ms. *modium VIII. de cap.*—3 Ern. censet legend. *Et ex horum sev.* aut *Ex horum ergo sev.* Post *vis* Huyd. et nonnullæ edd. inserunt *eripiet,* aut *arripiet,* retento *eripiet* post *largitio.*—4 *Eripuerit,*

NOTÆ

[q] *Tabulas publicas commutavit*] Cum decumas quinque millibus medimnum vendidisset, atque ita in tabulas retulisset; postea, cum tria millia de capite demeret, quæ Tertiæ mimæ donavit, tabulas corrupit, et scripsit vendidisse duobus millibus; ita minus donavit populo Romano quam mimæ.

largitio eripiet? Sed si eripuerit; non intelligis,[4] hæc, quæ jamdudum loquor, ad aliam quæstionem atque ad peculatus judicium pertinere? 84. Itaque hoc mihi reservabo genus integrum totum:[5] ad illam, quam institui, causam frumenti ac decumarum revertar.

Qui[6] cum agros maximos ac feracissimos, per seipsum, hoc est, per Apronium, Verrem alterum, depopularetur; ad minores civitates habebat alios, quos, tanquam canes, immitteret, nequam homines et improbos; quibus aut frumentum, aut pecuniam publice cogebat dare.[7] XXXVII. A. Valentius[8] est in Sicilia, interpres; quo iste interprete non ad linguam Græcam, sed ad furta et flagitia uti solebat. Fit interpres hic, homo levis atque egens,[9] repente decumanus. Emit agri Liparensis,[r] miseri atque jejuni, decumas tritici medimnis IↃC. Liparenses vocantur. Ipsi accipere decumas, et numerare Valentio[10] coguntur lucri H-S XXX. millia. Per Deos immortales! utrum tibi sumes ad defensionem? tantone minoris te decumas vendidisse,[11] ut ad medimna IↃC. XXX. millia[12] lucri statim sua voluntate civitas adderet, hoc est, tritici medimnum II. millia?[13] an, cum magno decumas vendidisses, te expressisse ab invitis Liparensibus hanc pecuniam? 85. Sed quid ego ex te quæro, quid defensurus sis, potius, quam cognoscam ex ipsa civitate, quid gestum sit? Recita testimonium

non intelligit Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. *eripueris, non intelligis*, Nannii Ms. Steph. Grut. *sed eripuerit, non intelligis* malnit Lamb.—5 *Totum* suspectum est Schellero.—6 Ern. censet *Qui* delend.—7 *Dare* e conj. dedit Ern. quem Beck. et Schutz. sequuntur. Omnes aliæ edd. et Mss. *dari*.

CAP. XXXVII. 8 Nonnullæ edd. vett. *A. Valentinus*.—9 Post *egens* plene interpungit ψ.—10 In Franc. 1. *Valentio* omittitur. Dein Lamb. *lucri H-S V. millia*.—11 *Tibi dec. vendidisse* Ven. 1483. Junt. Cam. *tibi dec. venisse* Manut. e conj. Hotomanni. Vulg. *dec. vendidisses*.—12 Vict. Steph. Manut. Græv. Oliv. Lall. et Orell. *ad med. DC. H-S XXX. millia:* Lamb. *ad med. DC. H-S V. millia*.—13 *Modium II. millia* Nannii Ms. et Lamb. 1566. Tum Franc. 1. *an tum magno vendidisse te dec. et expressisse.* In Crat. et Lamb.

NOTÆ

[r] *Liparensis*] Lipara una ex Æoliis insulis fuit; sic dicta a Liparo rege Ausonis filio, cui successit Æolus, cum antea Meligunis vocaretur. Plinius III. 9.

publicum Liparensium, deinde quemadmodum Valentio nummi sint dati. (*Testimonium publicum, quomodo solutum sit, ex* [14] *literis publicis.*) Etiamne hæc tam parva civitas, tam procul a manibus tuis atque a conspectu remota, sejuncta a Sicilia,[s] in insula [15] inculta tenuique posita, cumulata aliis tuis majoribus injuriis, in hoc quoque frumentario genere, prædæ tibi et quæstui fuit? quam tu totam insulam cuidam tuorum sodalium,[t] sicut aliquod munusculum, condonaras; [16] ab hac etiam hæc frumentaria lucra, tanquam a mediterraneis, exigebantur? Itaque qui tot annis agellos suos ante te prætorem redimere a piratis [17] solebant, iidem seipsos a te pretio imposito redemerunt. XXXVIII. 86. Quid ergo? [18] a Tissensibus,[u] perparva et tenui civitate, sed [19] aratoribus laboriosissimis, frugalissimisque hominibus, nonne plus, lucri nomine, eripitur, quam quantum frumenti omnino exararant? ad quos [20] tu decumanum Diognotum [1] Venerium misisti, novum genus publicani. Cur hoc auctore non Romæ quoque [2] servi publici [x] ad vectigalia accedant? [*p.* 167.] Anno secundo [3] Tissenses H-S XXI.[y] lucri dare coguntur inviti. Tertio anno

vendidisset.—14 Ed. Hotom. caret *ex.*—15 Fabricii Ms. *insicula:* Græv. e Nannii Ms. *insulula;* et sic legend. conjecerat Lamb.—16 ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett. *condonares.*—17 Mss. plerique et edd. vett. *privatis.* Mox Huyd. *redemerunt.*

CAP. XXXVIII. 18 Nannii Ms. Steph. Lamb. *Quid vero.* Tum *Tissentibus* Huyd. *Tissenensibus,* et in seqq. *Tissenses,* Franc. 1. *Tissinensibus* Lamb. *Thissensibus* edd. vett. *Tissiensibus* Lamb. et Grut. *Tissensibus* omnes edd. recentt.—19 Pro *sed,* ψ et edd. vett. habent *et.*—20 Huyd. *sed quos.* —1 *Diognotum* e conj. Hotomanni et Pal. 2. In aliis Mss. et edd. vett. *Diognetum.*—2 *Quoque* abest a ψ, Huyd. Franc. 1. et nonnullis edd. vett. *Servi ad publica vect.* e Nannii Ms. edidit Græv. et sic Lamb. 1566. *servi publici ad publica vect.* Steph. et Lamb. Vid. Nott. Varr.—3 Pro *secundo* ψ exhibet *quinto.* Tum Lamb. *H-S XX. millia lucri.* Verba *dare coguntur inviti. Tertio anno* in Huyd. omittuntur. Porro ψ, Ven. 1483. Junt. *H-S*

NOTÆ

[s] *Sejuncta a Sicilia*] Sicilia abest ab Italia duodecim passuum millibus, teste Plinio.

[t] *Sodalium*] Sodales Verris prædarum ejus participes erant. Ita autem prætoris ministri dicebantur.

[u] *A Tissensibus*] Tissa Siciliæ urbs est nullius nominis; de qua Silius lib. XIV. 'Venit Amastra viris, et parvo nomine Tissa.'

[x] *Servi publici*] Tales sunt apparitores, lictores, accensi, &c. quales sunt in Sicilia Venerei.

[y] *H-S XXI.*] Nempe, duo millia

CIↃ CIↃ CIↃ medimnum tritici, lucri Diognoto Venerio dare coacti sunt. Hic Diognotus, qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit,[4] vicarium nullum habet,[z] nihil omnino peculii.[5] Vos etiam nunc dubitate, si potestis, utrum tantum numerum tritici Venerius apparitor istius sibi acceperit, an huic exegerit. 87. Atque hæc ex publico Tissensium testimonio cognoscite. (*Testimonium publicum Tissensium.*) Obscure, judices, prætor ipse decumanus est, cum ejus apparitores[6] frumentum a civitatibus exigant, pecunias imperent, aliquanto plus ipsi lucri[7] auferant, quam quantum populo Romano decumarum nomine daturi sunt? Hæc æquitas in tuo imperio fuit, hæc prætoris dignitas, ut servos Venerios Siculorum dominos esse velles. Hic delectus, hoc discrimen, te prætore, fuit, ut aratores in servorum numero essent, servi in publicanorum.[a] XXXIX. 88. Quid? Amestratini[b] miseri, impositis ita magnis decumis, ut ipsis reliqui nihil fieret,[z] nonne tamen numerare pecunias coacti sunt? Addicuntur decumæ M. Cæsio, cum adessent legati Amestratini: statim cogitur Heraclius legatus numerare H-S XXII.[8] Quid hoc est? quæ est ista præda? quæ vis? quæ direptio sociorum? Si erat Heraclio ab senatu mandatum, ut emeret, emisset: si non erat, qui poterat sua sponte pecuniam numerare? Cæsio renuntiat se dedisse. Cognoscite renuntiationem ex literis. 89. Recita ex literis publicis. (*Literæ publicæ.*) Quo senatus consulto erat hoc legato permissum? nullo.

[z] *Ut nihil ipsis superesset.*

MM. modium: Nannii Ms. *XII. modium;* unde Lamb. conjecerat *XII. modium trit. millia lucri,* sive *duo medimnum trit. millia lucri:* Græv. e conj. Manutii, cum Oliv. et Lall. *CIↃ CIↃ medimnum.* Vulg. ut Ern.—4 Ern. mavult *fecit,* prob. Harles.—5 ψ *peculiis.*—6 Idem Ms. *aratores.*—7 Mss. plerique et edd. ante Steph. omittunt *lucri.*

NOTÆ

librarum cum duobus assibus.

[z] *Vicarium nullum habet*] Servi majoris notæ servos alios, quasi vicarios, habere sibi permittebantur, cum re propria, quam suo labore comparant.

[a] *Servi in publicanorum*] Ex equitibus publicani sumebantur.

[b] *Amestratini*] Amestratus oppidum Siciliæ circa Halesum amnem.

Cur fecit? coactus est. Quis hoc dicit? tota civitas. Recita testimonium publicum. (*Testimonium publicum.*) Ab hac eadem civitate anno secundo, simili ratione extortam esse pecuniam, et Sex. Vennonio datam, ex eodem testimonio cognovistis. At Amestratinos,[9] homines tenues, cum eorum decumas medimnis DCCC.[10] vendidisses Banobali[c] Venerio, (cognoscite nomina publicanorum,) cogis eos plus lucri addere, quam quanti venierant,[11] cum magno venissent. Dant Banobali medimnis DCCC. H-S MD.[d] Profecto[12] nunquam iste tam amens fuisset, ut ex agro populi Romani plus frumenti servo Venerio, quam populo Romano[13] tribui pateretur, nisi omnis ea præda, servi nomine, ad istum ipsum perveniret. 90. Petrini,[e] cum eorum decumæ magno addictæ essent, tamen invitissimi P. Nævio Turpioni,[f] improbissimo homini, qui injuriarum, Sacerdote prætore, damnatus est, H-S XXXVII. et IↃ. dare[14][g] coacti

Cap. XXXIX. 8 Lamb. *H-S XXII. millia.*—9 Garaton. legi mavult *Mutistratinos* sive *Mytistratinos*—10 *Noningenta* ψ: *DCCCC* Huyd.—11 Huyd. *quanto venerant.*—12 *Med. DCCCL. Prof.* Nannii Ms. Steph. Lamb. *medimnis DCCCL. H-S MD. Prof.* Græv. Oliv. Lall. *medimnis noningenta H-S* ↀↀ *sexcenta Prof.* ψ: *medimnis pro DCCC. H-S MD. Prof.* Manut. Pro *H-S MD.* Nannius legi voluit *XD.* h. e. quindecim millia.—13 Pro *populo Romano* Mss. nonnulli et edd. ante Steph. exhibent *prætori.*—14 *H S LII. dare* Nannii Ms. Steph. Græv. Beck. Schutz. et Orell. *H-S VII. dare* ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. *H-S XVII. dare* Huyd. *H-S XVII. millia dare* Lamb. *H-S XXXVII. et IↃ dare* ex Hotomanni conjectura dederunt Grut. Ern. Oliv. et Lall. Mox *cum medimnum H-S XV. m. venissent autem. co. co. co. hoc est H-S XLV. ut lucri decumano H-S co. co. co. darentur* Ven. 1483. Junt. ' *Cum medimnum esset H-S XV. decumæ autem medimnum III. venissent, hoc est H-S XXXXV.*] Locum ita plane e cod. Nann. cum Car. Steph. scripsi, quam scripturam nec Ern. nec Græv., illum cod. se secutos esse professi, expresserunt: nam Græv. habet, *cum medimnum esset H-S XV. decumæ autem tribus millibus venissent, hoc est, H-S XXXXV.* sed Ern. edidit, *cum modium esset,* &c. Lamb. ita edidit, (auctoritate libri Fabric., ut ex marg. ed. ejus apparet,) *cum esset medimnus sestertiis XV. venissent autem decumæ medimnum*

NOTÆ

[c] *Banobali*] Pungit Verrem, qui Græcos et viles homines creavit publicanos, et decumas emere permisit, quod solis civibus Rom. licebat.

[d] *H-S MD.*] Mille libræ sunt cum duobus nummis.

[e] *Petrini*] Ab oppido Siciliæ Petra dicti, ubi stagnum serpentibus noxium, et hominibus salutare, Solino teste, cap. 11.

[f] *Turpioni*] Turpio fuit Verris emissarius.

[g] *H-S XXXVII. et IↃ. dare*] Id est sestertium XXXVII. millia cum quingentis.

sunt. Itane dissolute[y] decumas vendidisti, ut, cum modium esset H-S XV. decumæ autem medimnum III. venissent, hoc est H-S XLV.[h] lucri decumano CIↃ CIↃ CIↃ H-S darentur? At permagno decumas ejus agri vendidi.[15] Videlicet gloriatur,[16] non Turpioni lucrum datum, sed Petrinis[17] pecuniam ereptam. XL. 91. Quid? Halicyenses, quorum incolæ decumas dant, ipsi agros immunes habent; nonne huic eidem Turpioni, cum decumæ* c. med. venissent, H-S XVCIↃ.[18] dare coacti sunt? Si id, quod maxime vis, posses probare, hæc ad decumanos lucra venisse, nihil te attigisse; tamen hæ pecuniæ, per vim atque injuriam tuam captæ et conciliatæ, tibi fraudi et damnationi esse deberent: cum vero hoc nemini persuadere possis, te tam amentem fuisse, ut Apronium ac Turpionem, servos homines, tuo liberorumque tuorum periculo divites fieri velles; dubitaturum quenquam existimas, quin illis emissariis[i] hæc tibi omnis pecunia quæsita sit? 92. Segestam item ad immunem civitatem Venerius Symmachus[19] decumanus immittitur. [*p.* 168.] Is ab isto literas affert, ut sibi contra omnia senatus consulta,[20] contra omnia jura, contraque legem Rupiliam,[k] extra forum vadimonium[1] promittant aratores.[2] Audite literas, quas ad Segestanos miserit. (*Literæ*[3] *C. Verris.*) Hic Venerius quemadmodum aratores

[y] *Negligenter.*

III. millibus, hoc est XXXXV. &c. Manut. et Grut. e conj. Hotomanni ediderant [cum Oliv. et Lall.] *cum modium XV. millibus venissent, medimnum CIↃ CIↃ CIↃ hoc est H-S XXXXV. lucri dec.* (omisso novo numero) *darentur.* In ψ pro *modium* est *medimnum*, sequens *medimnum* deest, habeturque autem ∞ ∞ ∞.' *Beck.*—15 *Vendidisti* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Grut.—16 In ψ, Huyd. et edd. pr. pro *gloriatur* legitur *igitur.*—17 ψ *Petrinio.* Tum Huyd. *pecunia exẽpta:* edd. vett. *pecuniæ ereptæ.*

CAP. XL. 18 H. l. corruptum esse dicunt plerique critici. In ψ et Huyd. deest *CIↃ* post *XV.* Lamb. edidit, *CC. medimnis ven., H-S duo millia dare.*—19 Huyd. *Simachus.*—20 Verba *contra omnia senatusconsulta* non agnoscunt ψ, Huyd. et edd. vett. Maluit Gulielm. *contra communia jura.*—1

NOTÆ

[h] *H-S XLV.*] Quatuor millia librarum cum quingentis efficiunt.

[i] *Emissariis*] Eos intelligit, qui furta conciliabant per civitates.

[k] *Legem Rupiliam*] Dedit P. Rupilius consul legem de jure Siculorum A. U. C. 621.

eluserit, ex una pactione hominis honesti gratiosique cognoscite: in eodem enim genere sunt cetera. 93. Diocles est Panormitanus, Phimes cognomine, homo illustris, ac nobilis arator.[4] Is agrum in Segestano (nam commercium in eo agro Panormitanis est[5]) conductum habebat H-S sex[6] millibus.[l] Pro decuma, cum pulsatus a Venerio esset, decidit H-S XVI. millibus et IↃCLIV.[m 7] id ex tabulis ipsius cognoscite. (*Nomen Dioclis Panormitani.*[8]) Huic eidem Symmacho Anneius Brocchus,[9] senator, homo eo splendore, ea virtute, qua omnes existimatis, nummos præter frumentum coactus[10] est dare. Venerione servo,[n] te prætore, talis vir, senator populi Romani, quæstui fuit? XLI. Hunc ordinem si dignitate antecellere non existimabas, ne hoc quidem sciebas, judicare?[11] 94. Antea cum equester ordo judicaret,[o] improbi et rapaces magistratus[12] in provinciis inserviebant publicanis: ornabant eos, quicumque in operis[13] erant: quemcumque equitem Romanum in provincia viderant, beneficiis ac liberalitate prosequebantur: neque tantum illa

---

ψ *vadium*—2 Nannii Ms. et Steph. *in aratores.*—3 Huyd. *literis.*—4 Vocem *arator* Nannii Ms. omittit: unde eam deleverunt Steph. Græv. Oliv. et Lall. —5 *In eo agro nemini est* Nannii Ms. Steph. Lamb. Oliv. Beck. et Orell. sed Oliv. *est* omittit. *In eo agro neminem*, omisso *est*, ψ, Huyd. Franc. 1. Ven. 1483. Junt. *in eo agro Panormitanis est* duo Pariss. Hervag. Manut. Grut. Lall. Harles. et Schutz.—6 *Sex* in Huyd. deest.—7 *Dedit H-S sexdecim millia pro decuma et DCLIIII.* Ven. 1483. Junt. *dedit H-S sexdecim millia et DCLIIII.* ψ et Crat. *dedit millia H-S XVI. et DCLIV.* Huyd. *dedit H-S millia et medimna IↃCLIV.* Lamb. *decidit H-S XS DCLIIII.* Nannii Ms. et Steph. Vulg. ut Ern.—8 Huyd. *Panmormitani.*—9 Idem Ms. *Simaco Anneus Brochrus.* Pro *Anneus* ψ exhibet *amicus.* Junt. Lamb. *Brochrus.*—10 Huyd. *conatus.*

Cap. XLI. 11 Nannii Ms. et Steph. *nec hoc quidem sciebas jud.* Nannius maluit, *ne hunc quidem sciebas jud.*—12 *Magistratus* in ψ et Huyd. deest.—13 *Qui in operis* Nannii Ms. Steph. Lamb. Græv. Beck. et Orell. Pro *in operis*

NOTÆ

[l] *H-S sex millibus*] Sexcentis libris.

[m] *H-S XVI. millibus et IↃCLIV.*] Mille cum sexcentis quinquaginta quinque libris et octo assibus.

[n] *Venerio servo*] Symmachum decumanum indicat.

[o] *Equester ordo judicaret*] Lege Sempronia, quæ a Cn. Sempronio Gracho tribuno plebis, Q. Cæcilio et T. Quintio coss. anno 630. lata est, sancitum est, ut judicia, quæ semper penes senatores fuerant, ad solos equites transferrentur: sed postea ad eosdem senatores Sylla revocavit.

res nocentibus proderat, quantum obfuit multis, cum aliquid contra utilitatem ejus ordinis[14] voluntatemque fecissent. Retinebatur hoc tum nescio quomodo quasi communi consilio[15] ab illis diligenter, ut, qui unum equitem Romanum contumelia dignum putasset, ab universo ordine malo dignus judicaretur: 95. tu sic ordinem senatorium despexisti, sic ad injurias libidinesque tuas omnia coæquasti, sic habuisti statutum cum animo ac deliberatum, omnes, qui habitarent[16] in Sicilia, aut, qui Siciliam te prætore attigissent, judices, rejicere,[17] [p] ut illud non cogitares, tamen ad ejusdem ordinis homines te judices esse venturum? in quibus, si ex ipsorum domestico incommodo nullus dolor insideret, tamen esset illa cogitatio, in alterius injuria sese despectos,[18] dignitatemque ordinis contemtam et abjectam: quod mehercule, judices, mihi non mediocriter ferendum videtur. Habet enim quendam aculeum contumelia, quem pati pudentes[19] ac viri boni difficillime possunt. 96. Spoliasti Siculos: solent enim inulti[20] esse in injuriis suis provinciales. Vexasti negotiatores: inviti enim Romam raroque decedunt:[1] Equitem Romanum[q] ad Apronii injurias dedisti: quid enim jam nocere possunt, quibus non licet judicare? Quid, cum senatorem[2] summis injuriis afficis? quid aliud dicis, nisi hoc? cedo mihi etiam istum senatorem;[3] ut hoc amplissimum nomen senatorium[4] non modo ad invidiam imperitorum,[5] sed etiam ad contu-

Huyd. habet *inopes*.—14 Huyd. *illius ord.*—15 Franc. 1. *nescio quo quasi cons.* unde Græv. maluit *nescio quo quasi comm. cons.*—16 Nannii Ms. *haberent*, probb. Lamb. Lall. et Garaton.—17 ' *Judices rejicere*] *Judices, rejicere* male distinguit v. c. Ern. qui propterea excidisse quædam putabat.' *Orell.* qui distinxit *judices rejicere.*—18 Lamb. *sese esse desp.*—19 Edd. vett. *prudentes.* —20 ψ, Ven. 1483. Junt. *multi.* Mox pro *provinciales* ψ, Huyd. Franc. 1. et edd. vett. exhibent *graves.* Nannii Ms. nec *graves* nec *provinciales*, prob. Schutz. Dein Huyd. *Vexati.*—1 Pal. 2. *descendunt.* Alii maluerunt, auctore Grutero, *discedunt*, Græv. *concedunt.* Tum Lamb. et Grut. *Equites Romanos* e conj. Hotomanni.—2 E conj. *senatorem* dedit Ern. quem Schutz. sequitur. Omnes aliæ edd. et Mss. *senatores.*—3 Steph. et Græv. e Ms. Nannii dederunt *senatorium.*—4 ψ et nonnullæ edd. vett. *senatorum.*—5 ψ et Huyd. *impe-*

NOTÆ

[p] *Judices, rejicere*] Rejecit judices, ut eos solos haberet, qui essent de sua cohorte.

[q] *Equitem Romanum*] Repone *equi-*

meliam improborum natum esse videatur. 97. Neque hoc in uno fecit Anneio,[6] sed in omnibus senatoribus; ut ordinis nomen non tantum ad honorem, quantum ad ignominiam valeret. In C. Cassio, viro clarissimo et fortissimo, cum is eo ipso tempore, primo istius anno consul esset,[r] tanta improbitate usus est, ut, cum ejus uxor, fœmina primaria, paternas haberet arationes in Leontino, frumentum omne in decumas auferre[7] jusserit. Hunc tu in hac causa testem, Verres, habebis; quoniam, judicem ne haberes,[8] providisti. 98. Vos autem, judices, putare debetis, esse quiddam[9] nobis inter nos commune atque conjunctum. Multa sunt imposita huic ordini munera, multi labores, multa pericula, non solum legum ac judiciorum, sed etiam rumorum ac temporum. [*p.* 169.] Sic est hic ordo quasi propositus atque editus in altum, ut ab omnibus ventis invidiæ circumflari posse videatur. In hac tam misera et iniqua[10] conditione vitæ, ne hoc quidem retinebimus, judices, ut magistratibus nostris[11] in obtinendo jure nostro ne contemtissimi ac despectissimi esse videamur? XLII. 99. Thermitani miserunt, qui decumas emerent agri sui. Magni sua putabant[12] interesse, publice potius quamvis magno emi, quam in aliquem istius emissarium incidere. Appositus erat Venuleius quidam, qui emeret. Is liceri non destitit. Illi, quoad[13] videbatur ferri aliquo modo posse, contenderunt: postremo liceri destiterunt. Addicitur[14] Venuleio tritici modium VIII[15] millibus. Legatus Possi-

ratorum.—6 *Fecit amico* ψ: *facit Anneo* Huyd.—7 Schutz. e conj. cum Orell. *auferri:* omnes aliæ edd. et Mss. *auferre.* Ms. in marg. ed. Lamb. *frum. omne decumanos auferre*, probb. Garaton. et Beck.—8 ψ *quin jud.* et Huyd. *te haberes.*—9 Huyd. *quibusdam.*—10 *Indigna* ψ, Huyd. et edd. vett.—11 Huyd. *vestris.*

CAP. XLII. 12 Huyd. *putabat.*—13 ψ et Huyd. *quod.*—14 Lamb. *Addicuntur Venuleio:* Huyd. *Addicitur Vinuleio.* Dein edd. vett. *trit. mod. VIIC;* sed Hotom. legi jussit, *mod. VII M*, cujus conjecturam recepit Grut. In ψ et Huyd. est *septem.* Ms. Nannii $\overline{VIII}$ (i. e. VIII. millibus); atque ita Steph. et Græv. ediderunt. Mox Junt. *Posidorus.*—15 *Mod. VI.* edd. vett. cum

NOTÆ

tes Romanos, Matrinium scilicet et Q. Lollium.

[r] *Consul esset*] Cum M. Licinio Lucullo consul Cassius fuit.

dorus renuntiat. Cum omnibus hoc intolerandum videretur, tamen Venuleio dantur, ne accedat,[s] tritici mod. VIII præterea H-S CIↃ CIↃ.[t] Ex quo facile apparet, quæ merces decumani, quæ prætoris præda[u] esse videatur. Cedo Thermitanorum mihi literas et testimonium. (*Tabulæ*[16] *Thermitanorum, et testimonium.*) 100. Imacharenses[17][x] jam omni frumento ablato, jam omnibus injuriis tuis exinanitos, tributum facere,[18] miseros ac perditos, coëgisti, ut Apronio darent H-S XX millia.[y] Recita decretum de tributis, et publicum testimonium. (*Senatus consultum de tributo conferendo. Testimonium Imacharensium.*) Ennenses,[19] cum decumæ venissent agri Ennensis medimnum CIↃ CIↃ CIↃ CC,[20] Apronio coacti sunt dare tritici modium XVIII, et H-S III millia.[1] Quæso, attendite, quantus numerus frumenti cogatur ex omni agro decumano: nam[2] per omnes civitates, quæ decumas debent, percurrit[3] oratio mea: et in hoc genere nunc, judices, versor, in quo non singillatim aratores eversis[4] bonis omnibus sunt, sed publice[5] decumanis lucra data sunt, ut aliquando ex eorum agris atque urbibus expleti atque saturi[6] cum hoc cumulo quæstus

Oliv. et Lall. *modii CIↃ* margo ed. Lamb. *mod.* $\overline{VI}$ (h. e. modium sex millia) Græv. *mod. VII* Junt. *modii VII* Grut. *XVI mill.* conj. Garaton. Mox edd. pleræque vett. *H-S CIↃ CIↃ millia:* sic et ψ, ↀ ↀ *millia:* P. Manut. ed. *H-S II millia.* Margo Lamb. *et præterea H-S duo millia.* Hotom. aut *tria millia* legi, aut vocem *millia* induci voluit.—16 Huyd. *Tabulis.*—17 *Macharenses* Franc. 1. *Imacherenses* Huyd. *Acharenses* Nannii Ms. Steph. et Lamb. Vid. ad cap. 18.—18 *Conferre* Lamb. *ferre* edd. vett.—19 Junt. Beck. Schutz. *Hennenses.*—20 Nannii Ms. et Steph. *med.* $\overline{VIII}$ *CC* ed. Manut. *medimnis MMMCC.*—1 *Mod. LXXMMM et H-S III millia* edd. vett. *mod. septuaginta* ↀ ↀ ↀ *et III millia* ψ: *mod. XVIII millia et III millia* edd. nonnullæ: *mod. LXXIII et III millia* al. —2 Græv. mavult *Jam.*—3 Edd. vett. *præcurrit.*—4 *Eversi* Mss. et edd. præter Grut. et Ern.—5 *Sed quæ publ.* ψ, Huyd. Vict. Manut. Mox, Hotom. conj. *lucri* legend.—6 *Saturi* vulg. *saturati* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Lamb. et Orell.

NOTÆ

[s] *Ne accedat*] Ad eos decumarum causa.

[t] *H-S CIↃ CIↃ*] Scilicet libris ducentis.

[u] *Quæ prætoris præda*] Prædator fuit Verres modium videlicet sex millium, sestertium vero XV.

[x] *Imacharenses*] Ab Imachara oppido Siciliæ Imacharenses dicti sunt.

[y] *H-S XX millia*] Duo librarum millia.

decederent. XLIII. 101. Calactinis quamobrem imperasti anno tertio, ut decumas agri sui, quas Calactæ[7 z] dare consueverant, Amestrati M. Cæsio decumano darent, quod neque ante te prætorem illi fecerant,[8] neque tu ipse hoc ita statueras antea per biennium? Theomnastus Syracusanus in agrum Mutycensem[9 a] cur abs te immissus est? qui aratores ita vexavit, ut illi in alteras decumas, id quod in aliis quoque civitatibus ostendam, triticum emere necessario, propter inopiam, cogerentur. 102. Jam vero ex Hyblensium[b] pactionibus intelligetis, quæ pactæ[10] sint cum decumano Cn. Sergio, sexies tantum, quam quantum satum sit, ablatum esse ab aratoribus. Recita sationes et pactiones ex literis publicis. Recita. (*Pactiones Hyblensium*[11] *cum Venerio servo ex literis publicis.*) Cognoscite item professiones sationum, et pactiones Menenorum[12 c] cum Venerio servo. Recita ex literis publicis. (*Professiones sationum, et pactiones Menenorum cum Venerio servo ex literis publicis.*) Patiemini, judices, a sociis, ab aratoribus populi Romani, ab iis, qui vobis laborant, vobis serviunt,[13] qui ita plebem Romanam ab sese ali volunt, ut sibi ac liberis suis tantum supersit, quo ipsi ali possunt;[14] ab his, per summam injuriam, per acerbissimas contumelias,[15] plus aliquanto abla-

---

CAP. XLIII. 7 *Calactinis*... *Calactæ* e Cluverii emendatione, Jac. Gronov. Græv. Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *Calatinis*... *Calatæ* ceteri.—8 *Fecerunt* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat.—9 ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett. *Muticensem:* Nannii Ms. Lamb. Grut. *Mutyensem:* vulg. *Mutycensem.*—10 Lamb. *factæ*, prob. Garaton.—11 Pro *pactiones Hyblensium* edd. vett. pancæ exhibent *Cognoscite pactiones Menenorum.* Pro verbis *cum Venerio servo* e Ms. Hotomanni *cum Cn. Sergio* dederunt Beck. Schutz. et Orell. —12 Nannii Ms. Steph. et Grut. *Meneniorum.*—13 Lall. conj. *serunt*, prob. Orell. —14 Omnes Mss. et edd. præter Grut. et Ern. *possint.*—15 Huyd. et

NOTÆ

[z] *Calactæ* [*Calatæ*] Ab urbe Calata Calatæ dicti sunt, quæ gemina fuit in Sicilia; altera media inter Pactas ad occidentem, et Troynum ad ortum: altera mediterranea, Ennæ urbi finitima.

[a] *Mutycensem* [*Mutyensem*] Sic eos vocat Plinius, et Strabo.

[b] *Hyblensium*] Hyblenses, ab Hybla monte Siciliæ, thymi copia, salicum, et apibus abundante, dicti sunt, ubi situm est ejusdem nominis oppidum ab Hyblo rege dictum. Strabo a Doriensibus conditam scribit.

[c] *Menenorum*] De his tantum hic a Cicerone.

tum esse, quam natum [16] sit? 103. Sentio, judices, moderandum mihi esse jam orationi meæ, fugiendamque vestram satietatem. Non versabor in uno genere diutius, et ita cetera de oratione mea tollam, ut tamen [17] in causa relinquam. Audietis Agrigentinorum, fortissimorum virorum, diligentissimorumque querimonias: [18] [*p.* 170.] cognoscetis, judices, Entellinorum,[d] summi laboris summæque industriæ, dolorem et injurias: Heracliensium,[e f] Gelensium, Soluntinorum [19] incommoda proferentur: [20] Catinensium, locupletissimorum hominum amicissimorumque,[1] agros vexatos ab Apronio [2] cognoscetis: Tyndaritanam,[g] nobilissimam civitatem, Cephaleditanam,[h] Halentinam,[3 i] Apolloniensem,[k] Eggynam,[4 l] Capitinam,[m] perditas esse hac ini-

edd. ante Steph. *per summas cont.*—16 Orell. mavult *satum*. Cf. init. hujus § et § 113.—17 *Tamen* in ψ, Huyd. et edd. vett. deest.—18 *Diligentissimorum et locupletissimorum hominum quer.* Nannii Ms. Steph. Lamb. 1566. Græv. Pro *hominum* Lamb. 1584. dedit *aratorum*, et post *Entellinorum* addidit *hominum*.—19 ψ *Heracliensium, et Celiensium: Ennensium: Solentinorum:* Huyd. *Heraclinensium, et Ciliensium Hennensium Salentinorum.* In edd. vett. *Heracliensium, Inciliensium, Ætnensium, Solentinorum.* Pro *Inciliensium* Cluver. maluit *Ancyliensium*, et Jac. Gronov. *Alicyensium.* Pro *Solentinorum, Soluntinorum* cum Burm. ad Num. Sic. p. 482. edidit Ern. quem Harles. Beck. Schutz. et Orell. sequuntur.—20 Huyd. *proferuntur*.—1 Post *amicissimorumque*, Lamb. addit *populi Romani*, prob. Orell.—2 Post *Apronio* in Huyd. inseritur *vexetis*.—3 Huyd. *Allontinam:* ψ *Alliatinam:* Cluver. *Haluntiam:* al. *Alentinam*.—4 ψ

NOTÆ

[d] *Entellinorum*] Entella urbs Siciliæ est, quam Campani genere habitabant Carthaginensium socii. Vide Cluver. Ant. Sic. II. 12.

[e] *Heracliensium*] Heraclienses ab urbe Heraclea, quæ et Minoa a Livio nominatur, Siciliæ in ora australi sita est.

[f] [*Inciliensium*] Incilienses, Solentini, aliique plures populi, qui citantur hic a Cicerone, pagani sunt incogniti, quorum ex agris multa frumenta Verres abstulerat.

[g] *Tyndaritanam*] Tyndaris, sive Tyndarium, colonia et urbs Siciliæ fuit in ora littorali, a Tyndaro Lacedæmonio condita, et nominata. De hac Ptolemæus.

[h] *Cephaleditanam*] Cephaledi urbs est Siciliæ; de qua sic Fazellus in sua descriptione: 'Cephaledis, urbs vetusta, nomen a voce κεφαλή, quod *caput* est Latinis, nacta est, vel ob id quod ad verticem præruptæ rupis, promontorii speciem habentis, condita fuit, ubi adhuc arx est natura munitissima, et urbs ipsa jacens ambitu ferme mille passuum.'

[i] *Halentinam*] Siciliæ pagus ignobilis.

[k] *Apolloniensem*] Apollonia urbs Siciliæ, supra Calactam et Aluntium in Mediterraneo. Vide Cluver. Sicil. Ant. p. 384.

[l] *Eggynam*] Pagus sine nomine.

[m] *Capitinam*] Capitium in Sicilia,

quitate decumarum[5] intelligetis: Murgentinis,[n] Assorinis, Elorinis,[6 o] Ennensibus,[p] Letinis,[q] nihil omnino relictum: Citarinos,[7 r] Acherinos,[s] parvarum civitatum homines, omnino abjectos esse ac perditos: omnes denique agros decumanos per triennium populo Romano ex parte decuma, C. Verri ex omni reliquo vectigales fuisse: et plerisque aratoribus nihil omnino superfuisse: si cui quid aut remissum,[8] aut relictum sit, id fuisse tantum, quantum ex eo, quo istius avaritia contenta fuit, redundarit.

XLIV. 104. Duarum mihi civitatum reliquos feci agros, judices, fere optimos ac nobilissimos, Ætnensem et Leontinum.[9] Horum agrorum ego missos faciam[z] quæstus triennii: unum annum eligam, quo facilius id, quod institui, explicare possim. Sumam annum tertium, quod et recentissimus est, et ab isto ita administratus,[10] ut, cum se certe[11] decessurum videret, non laboraret, si aratorem nullum in Sicilia omnino esset relicturus. Agri Ætnensis et Leontini decumas agemus. Attendite, judices, diligenter. Agri sunt feraces; annus tertius; decumanus Apronius. 105. De Ætnensibus perpauca dicam: dixerunt[12] enim ipsi priore actione publice. Memoria tenetis, Artemidorum Ætnen-

[z] *Omittam.*

Eginam: Huyd. *Agirinam:* al. *Engynam.* Cluver. vult *Enguinam.*—5 Mss. quidam et edd. vett. *decumanorum.*—6 ψ et Huyd. *Florinis:* Beck. mavult *Helorinis.* Pro *Letinis* e Cluverio Lall. Harles. Beck. et Orell. *Jetinis.* In nummis *Iatini.* Burm. ad Dorv. Sic. t. II. p. 441. *Leontinos* substituit.—7 *Cyratarinos* Junt. *Cetarinos* e Cluverio Beck. Schutz. et Orell. Wasse ad Thucyd. *Hyccarinos* substituit. Pro *Acherinos* Cluver. et Harduin. *ac Scherinos:* Franc. 1. *Atharmos:* Ern. conj. *Achetinos.*—8 Huyd. et Pal. *si cui quid tum aut rem.* edd. vett. *quibus quod tum aut rem.*

CAP. XLIV. 9 ψ *Ethnensium et Leontinorum:* Huyd. *Athnensium et Leontinorum:* edd. vett. *Ætnensium et Leontinorum.*—10 Huyd. *administratur.*—11

NOTÆ

circa Simæthi fontes.

[n] *Murgentinis*] Morgantia, seu Morgantium, Siciliæ oppidum est.

[o] *Elorinis*] Elorini Siciliæ populi sunt, non alimnde noti.

[p] *Ennensibus*] Enna civitas est in medio Siciliæ umbilico, olim Cereris templo famosissima, et fontium amœnitate celebris.

[q] *Letinis*] Siciliæ populi sunt, quos Ferrarius *Jetinos* vocat.

[r] *Citarinos*] Plinius III. 8. *Citarios* vocat.

[s] *Acherinos*] Hos solus Cicero nominat.

sem, legationis ejus principem, publice dicere, Apronium venisse Ætnam cum Veneriis; vocasse ad se magistratum; imperasse, ut in foro sibi medio lecti sternerentur; quotidie solitum esse non modo in publico, sed etiam de publico convivari; cum in eis conviviis symphonia caneret,[13] [t] maximisque poculis ministraretur, retinere solitum esse[14] aratores, atque ab iis non modo per injuriam, sed etiam per contumeliam, tantum exprimi frumenti, quantum Apronius imperasset. 106. Audistis hæc, judices, quæ nunc ego omnia[15] prætereo ac relinquo. Nihil de luxuria Apronii loquor, nihil de insolentia,[16] nihil de singulari nequitia ac turpitudine; tantum de quæstu ac lucro dicam unius agri et unius anni, quo facilius vos conjecturam de triennio, et de tota Sicilia facere possitis. Sed mihi Ætnensium brevis est oratio: ipsi enim venerunt; ipsi publicas literas deportarunt. Docuerunt vos, quid lucelli fecerit homo non malus, familiaris prætoris, Apronius: id, quæso, ex ipsorum testimonio cognoscite. Recita testimonium Ætnensium. (*Testimonium Ætnensium.*[17]) XLV. Quid ais? dic, dic,[18] quæso clarius, ut populus Romanus de suis vectigalibus, de suis aratoribus, de suis sociis atque amicis audiat. L medimnum,[u] L H-S [x] millia.[19] Per Deos immortales!

Schutz. e conj. Ernestii *certo*.—12 Huyd. *diximus*.—13 Huyd. *caneretur*.—14 *Retinere solitus esse* Huyd. et nonnullæ edd. vett. *retineri solitos esse* Lamb. et Schutz. Verba *solitus esse* deleri voluit Gruter.—15 ψ et Huyd. non agnoscunt *omnia*.—16 Post *insolentia* in Ms. Ursini additur *nihil de permissa ab isto licentia*.—17 Huyd. non habet *Testimonium Ætnensium*.

CAP. XLV. 18 Huyd. *dic, di*.—19 ψ, Huyd. et edd. vett. *quinquaginta medimna*, omissis *H-S L millia*. Ed. Manut. *audiet L millia. Per Deos, &c.* Grævius scribi voluit $\overline{L}$ *medimnum*, et dedit *L H-S* auctoritate Ms. Nannii.

NOTÆ

[t] *Symphonia caneret*] 'Symphonia est modulationis temperamentum,' ut ait Isidorus II. 19. 'ex gravi et acuto sono concordantibus sonis, sive in voce, sive in flatu, sive in pulsu.' Ex eodem auctore cap. 21. est etiam 'lignum cavum ex utraque parte, pelle extenta, quam virgulis hinc et inde musici feriunt, fitque in ea ex concordia gravis et acuti suavissimus cantus.'

[u] *L medimnum*] Quinquaginta medimnum millia cum trecentis modium millibus aptissime conveniunt.

[x] *L H-S*] Quinquaginta millia sestertium, quæ librarum quinque millia efficiunt.

unus ager uno anno CCC millia modium tritici; et præterea H-S L millia,[20] lucri dat Apronio! tantone minoris decumæ venierunt,[a 1] quam fuerunt; an, cum satis[2] magno venissent, hic tantus tamen frumenti[3] pecuniæque numerus ab aratoribus per vim ablatus est? utrum enim horum dixeris, in eo culpa et crimen hærebit.[b 4] 107. Nam illud quidem non dices, quod utinam dicas,[5] ad Apronium non pervenisse tantum. Ita tē non modo publicis tenebo,[c] sed etiam privatis aratorum pactionibus ac literis; ut intelligas, non te diligentiorem in faciendis furtis fuisse, quam me in deprehendendis.[6] [*p.* 171.] Hoc tu feres? hoc quisquam defendet? hoc hi, si aliter de te statuere voluerint, sustinebunt? Uno adventu, ex uno agro, Q. Apronium, præter eam, quam dixi, pecuniam numeratam, CCC millia modium tritici lucri nomine sustulisse? 108. Quid? hoc[7] Ætnenses soli dicunt? immo etiam Centuripini, qui agri Ætnensis multo maximam partem possident: quorum legatis, hominibus nobilissimis, Androni et Arthemoni,[8] senatus ea mandata dedit, quæ publice ad civitatem ipsorum pertinebant; de iis injuriis, quas cives Centuripini non in suis, sed in aliorum finibus acceperunt, senatus et populus Centuripinus legatos noluit mittere: ipsi aratores Centuripini, qui numerus est in Sicilia maximus hominum honestissimorum et locupletissimorum, tres legatos, cives suos, delegerunt, ut eorum testimonio non unius agri, sed prope totius Siciliæ calamitates cognosceretis. Arant enim tota Sicilia fere Centuripini: et hoc in te graviores certioresque testes sunt, quod ceteræ civitates suis solum[9] incommodis commoventur; Centuripini, quod in omnium[10] fere finibus habent possessiones, etiam ceterarum civitatum damna ac detrimenta senserunt.

[a] *Venditæ sunt.* [b] *Erit.* [c] *Convincam.*

—20 In Huyd. et Nannii Ms. ac edd. ante Lamb. *H-S* omittitur. Grævius et *H-S* et *millia* deleri vult, putatque Ciceronem tantum scripsisse $\overline{L}$.—1 Huyd. *venerunt.*—2 ψ et Huyd. *sociis.*—3 Voces *tamen frumenti* in Huyd. desunt.—4 Huyd. *habebit.*—5 Idem Ms. *quod ut dicas.*—6 ψ *reprehendendis.*—7 Huyd. caret *hoc.*—8 Beck. Schutz. et Orell. *Artemoni.*—8 *Hominum* in quibusdam edd. vett. deest.—9 Huyd. *solis.*—10 Mss. nonnulli et edd. ante Steph. exhibent *omnibus.*

XLVI. 109. Verum, ut dixi,[11] ratio certa est Ætnensium, et publicis et privatis literis consignata. Meæ diligentiæ[12] pensum[y] magis in Leontino agro est exigendum, propter hanc causam, quod ipsi Leontini publice non sane me multum adjuverunt: neque enim eos, isto prætore, hæ decumanorum injuriæ læserunt: potius etiam, judices,[13] adjuverunt. Mirum fortasse hoc vobis, aut incredibile videatur, in tantis aratorum incommodis, Leontinos, qui principes rei frumentariæ fuerunt, expertes incommodorum atque injuriarum fuisse. Hoc causæ est, judices, quod in agro Leontino, præter unam Mnasistrati familiam, glebam Leontinorum possidet nemo. Itaque Mnasistrati, hominis honestissimi atque optimi viri, testimonium,[14] judices, audietis. Ceteros Leontinos, quibus non modo Apronius in agris, sed ne tempestas quidem ulla nocere potuit, expectare nolite. Etenim non modo incommodi nihil ceperunt; sed etiam in Apronianis illis rapinis, in quæstu sunt compendioque versati.[z] 110. Quapropter, quoniam[15] me Leontina civitas atque legatio,[a] propter eam, quam dixi, causam, defecit; mihimet ineunda ratio et via reperiunda est, qua ad Apronii quæstum, sive adeo, qua ad istius ingentem immanemque prædam possim pervenire. Agri Leontini decumæ anno tertio venierunt[16] tritici medimnum XXXVI;

CAP. XLVI. 11 *Uti dixi* e Nannii Ms. dederunt Steph. Græv. Oliv. Lall. Beck. et Orell.—12 ψ, Huyd. et edd. vett. *consignata mea diligentia:* unde Garaton. conj. *consig. a mea diligentia.* Tum in ψ *magis* deest.—13 Crat. Lamb. et Græv. omittunt *judices;* quod Harles. Beck. et Orell. uncis includunt. Pro *adjuverunt* Schutz. suspicatur Ciceronem scripsisse *sublevarunt* vel simile aliquid. Orell. conj. vocem *judices* post *Mirum* inserend.—14 Oliv. *testimonio.* Pro *audietis,* ed. Lamb. *audistis.* Tum Huyd. *Cet. vero Leont.*—15 Huyd. non agnoscit *quoniam.*—16 ψ et Huyd. *venerunt.* Dein

NOTÆ

[y] *Pensum*] Pensum notat officii cujusque perfunctionem: at proprie in lanificio mulierum locum habet. Isidorus XIX. 29. de eo sic ait: 'Pensum mulierum a pendendo dictum, unde pensa et impensa.'

[z] *Versati*] Hoc verbum *versati* non refertur ad rapinas Apronii, sed ad quæstum et compendium; quasi diceret, versati sunt, cum Apronius raperet ab incolis, et a Mnasistrato, in quæstu compendioque proprio, id est lucro.

[a] *Legatio*] Legati Leontinorum cum aliis aliarum civitatum Romam non venerunt ad accusandum Verrem.

hoc est, tritici[b] modium CCXVI: magno, judices, magno; neque enim hoc possum negare. Itaque necesse est, aut damnum, aut certe non magnum lucrum fecisse decumanum:[17] hoc enim solet usu venire iis, qui magno redemerunt. 111. Quid, si ostendo, in hac una emtione, lucri fieri tritici modium C? quid, si CC? quid, si CCC?[18] quid, si CCCC millia? Dubitabitis etiam, cui ista tanta præda si quæsita sit? iniquum me[19] esse quispiam dicet, qui ex lucri magnitudine conjecturam faciam[20] furti atque prædæ. Quid si doceo,[1] judices, eos, qui CCCC millia modium lucri faciunt, damnum facturos fuisse, si tua iniquitas, si tui ex cohorte[2] recuperatores non intercederent? num quis poterit in tanto lucro tantaque iniquitate dubitare, quin propter improbitatem[3] tam magnos quæstus feceris? propter magnitudinem quæstus improbus esse volueris? XLVII. 112. Quomodo igitur hoc assequar, judices, ut sciam, quantum lucri[4] factum sit? non ex Apronii tabulis, quas ego cum conquirerem,[5] non inveni: et cum in jus ipsum eduxi, expressi, ut conficere tabulas se negaret. Si mentiebatur, [*p.* 172.] quamobrem removebat, si hæ tabulæ nihil tibi erant obfuturæ? si omnino nullas[6] confecerat literas, ne id quidem satis significabat, illum non suum negotium[7] gessisse? Ea est enim ratio decumanorum,[8] ut sine plurimis literis confici non possit: singula

edd. vett. *medimnis XXXVI.* ψ *medimna XXXVI.*—17 ψ et Huyd. *decumarum.*—18 *Quid si CCC* in Mss. quibusdam et edd. vett. desunt. Mox *dubitabis* ψ: *dubitatis* Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. Pro *cui* in Huyd. legitur *cum.*—19 Idem Ms. caret *me.*—20 *Capiam* Nannii Ms. Steph. Lamb. et Græv.—1 Huyd. et edd. vett. *docebo.*—2 *Si tua iniquitas sit, ut ex coh.* Mss. plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. *si, ut tua iniq. fuit, si tui ex coh.* Steph. et Lamb. Vulg. ut Ern. Tum Nannii Ms. et Steph. *intercedant,* prob. Garaton.—3 ψ, Huyd. et edd. ante Steph. *iniquitatem.* Dein al. *magni quæstus.*

CAP. XLVII. 4 *Lucri quantum* Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. et Orell.—5 Huyd. *quererer.*—6 Huyd. Pall. et edd. vett. *nullus.*—7 Lamb. *sig. illum tuum, non suum neg.*—8 *Decumarum* ψ, Huyd. ac etiam edd. vett. cum Beck. Schutz. et Orell. Mox pro *confici* Ern. censet *confieri* legend. Mox Mss. nonnulli et

NOTÆ

[b] *Hoc est, tritici*] Sexies enim triginta sex efficiunt 216. sunt autem in medimno sex modii.

enim nomina aratorum, et cum singulis pactiones decumanorum, literis persequi et conficere necesse est. Jugera professi sunt aratores omnes imperio atque instituto tuo: non opinor quenquam minus esse professum, quam, quantum arasset, cum tot cruces, tot supplicia, tot ex cohorte recuperatores proponerentur. In jugere[9] agri Leontini medimnum fere tritici seritur, perpetua atque æquabili satione.[c] Ager efficit[10] [d] cum octavo, bene ut agatur; verum, ut omnes Dii adjuvent, cum decumo: quod si quando accidit, tum fit, ut tantum decumæ sit, quantum severis: hoc est, ut, quot jugera sunt sata,[11] totidem medimna decumæ debeantur. 113. Hoc cum ita esset; primum illud dico, pluribus millibus medimnum[12] venisse decumas agri Leontini, quam quot millia jugerum[13] sata erant in agro Leontino. Quodsi fieri non poterat, ut plus quam decem medimna ex jugero[14] ararent; medimnum autem ex jugere decumano dari poterat,[15] cum ager, id quod perraro evenit, cum decumo extulisset: quæ erat ratio decumani,[16] si quidem decumæ, ac non bona venibant[17] aratorum, ut pluribus aliquanto medimnis decumas emeret, quam jugera erant sata? In Leontino jugerum subscriptio ac professio non est plus XXX millium.[18] XLVIII. Decumæ XXXVI medimnum[19] venierunt. Erravit, an potius insanivit [e] Apronius? immo tum[20] insanisset,[f] si aratoribus, quod debe-

edd. vett. *judicia*.—9 Lamb. et Gruter. *in jugero*, prob. Garaton. *in jugerum* Priscian. p. 742. ed. Putsch. *in jugere* alii. Tum *Leontini agri* Priscian. ibid. et edd. vett. cum Beck. Schutz. et Orell.—10 Manut. conj. *reficit*, prob. Beck.—11 Ern. conj. *sint sata*.—12 Nannii Ms. *modium*.—13 Grut. *jugera*.—14 *Ex jugere* Græv. Oliv. Lall. Harles. Beck. et Orell. *Exararent* Steph. et Lamb. e conj. Hotomanni et Nannii.—15 *Poterit* ψ, Ven. 1483. Junt.—16 ψ et margo Crat. *decumano*.—17 ψ et Franc. 1. *veniebant*.—18 *Millium* in ψ, Huyd. et edd. vett. deest.

Cap. XLVIII. 19 Lamb. Grut. Oliv. et Lall. *medimnis*.—20 Huyd. *tamen*,

NOTÆ

[c] *Perpetua atque æquabili satione*] Perpetua et æquabilis satio dicitur, cum nulla terræ pars est quæ non seratur.

[d] *Ager efficit, &c.*] Tunc ager felix est, cum octo pro uno medimno colliguntur.

[e] *Insanivit*] Insanivit cum decumas pluribus medimnis emit, quam quantus esset jugerum numerus.

[f] *Tum insanisset*] Insanisset vero, quia pluris emisset, quam quanti es-

rent, licitum esset, et non, quod Apronius imperasset, necesse fuisset dare. 114. Si ostendo, minus tribus medimnis in jugerum neminem dedisse decumæ;[1] concedes, opinor, ut cum decumo[2 g] fructus arationis perceptus sit, neminem minus tribus decumis dedisse. Atque[3] hoc in beneficii loco petitum est ab Apronio, ut in jugera[h] singula[4] ternis medimnis decidere liceret. Nam cum a multis quaterna, etiam quina exigerentur; multis autem non modo granum nullum,[5] sed ne paleæ quidem ex omni fructu atque ex annuo labore relinquerentur; tum aratores Centuripini, qui numerus in agro Leontino maximus est, unum in locum convenerunt: hominem suæ civitatis in primis honestum ac nobilem, Andronem Centuripinum, legarunt ad Apronium, eundem, quem hoc tempore[6] ad hoc judicium legatum et testem Centuripina civitas misit; ut is apud eum causam aratorum ageret, ab eoque peteret, ut ab aratoribus Centuripinis ne amplius in jugera singula, quam terna medimna exigeret. 115. Hoc vix ab Apronio[7] in summo beneficio, pro iis, qui etiam tum incolumes erant, impetratum est. Id cum impetrabatur, hoc videlicet impetrabatur, ut pro singulis decumis, ternas decumas dare liceret. Quodsi tua res non ageretur, a te potius postularent, ne amplius, quam singulas, quam ab Apronio, ut ne plus, quam ternas decumas darent. Nunc, ut hoc tempore ea, quæ regie, seu potius tyrannice, statuit in aratores Apronius, prætermittam; neque eos appellem, a[8] quibus omne frumentum eripuit, et quibus nihil non modo de[9]

---

et *quibus deberent.* Mox Ern. voluit *et* deleri.—1 Pro *decumæ* Ern. conj. *decumarum nomine.*—2 *Decumano* ψ, Huyd. et edd. vett. Vid. Not. Delph. —3 *Atqui* e Ms. Hotomanni dederunt Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. *Atque* ceteri.—4 Pal. 2. *uti jug. sing.* edd. vett. *ut jug. sing.* Vid. Not. Delph.—5 Edd. vett. *non solum granum ullum.*—6 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. *eundemque hoc temp.*—7 *Ab* in Huyd. deest.—8 Lamb. omisit præpositionem *a.*—

NOTÆ

sent decumæ.

g *Ut cum decumo* [*decumano*] Lege *cum decumo,* adeo ut sensus sit, etiamsi cum decumo, id est decies tantundem, quantum esset satum, perceptum esset.

h *Ut in jugera* [*ut jugera*] Hotomannus legit *in jugera singula;* et certe rectius.

fructu, sed ne de bonis quidem suis reliqui fecit;[d] ex his ternis[10] medimnis (quod beneficii gratiæque causa concessit) quid lucri fiat, cognoscite. XLIX. 116. Professio est agri Leontini ad jugerum[11] XXX millia. Hæc sunt ad tritici medimnum[12] XC,[i] id est, tritici modium DXL millia. Deductis tritici modium CCXVI millibus,[13] quanti decumæ venierunt, reliqua sunt tritici CCCXXIV millia. [*p.* 173.] Adde[k] totius summæ IↃXL millium[14] modium tres quinquagesimas, id est, tritici modium[l] XXXII millia CCCC[15] (ab omnibus enim ternæ[m] præterea quinquagesimæ exigebantur) sunt hæc jam ad CCCLVI millia, CCCC mod.[n] tritici.[16] At ego CCCC millia[o] lucri facta esse dixeram: non enim duco in hac ratione eos, quibus ternis medimnis[p] non est licitum decidere. Verum, ut hac ipsa ratione summam mei promissi compleam, ad singula medimna[17 q] multi H-S duo,[r] multi H-S quinque accessionis cogebantur dare: qui

[d] *Reliquit.*

9 Huyd. caret *de*.—10 In eodem Ms. *ex hisce ternis.*

CAP. XLIX. 11 *Ad jugera* Franc. 1. Ven. 1483. Junt. Crat. Græv.—12 Edd. vett. *medimnas* seu *medimna*.—13 ψ *modios septingentos triginta*, et Huyd. *modium DXXX*, omisso *millia*.—14 Nonnullæ edd. vett. *DXL millia: ψ septingenta quadraginta*.—15 Huyd. *XXXIIII CCCC*.—16 *Ad H-S CCCLX modios tritici* Nannii Ms. et Steph. *ad H-S CCCXL modios tritici* Venet. 1483. Juntin. *ad H-S trecenta sexaginta modia tritici* ψ et Nannii Ms. *ad tritici modium CCCLVI millia CCCC* Lambin.—17 Grut. et Oliv. e conj. Hotomanni *medimnum*. Tum Lamb. *multi H-S binos, multi H-S singulos et semissem accessionis*. Pro *quinque* Manut. legi vo-

NOTÆ

[i] *Medimnum XC*] Scilicet cum ternæ decumæ exiguntur per Apronium. Cum enim triginta sint jugerum millia, decumæ non amplius medimnum XXX. esse debuerunt: at ternæ exactæ sunt, id est XC. medimnum, quanti decumæ venierunt ab Apronio.

[k] *Adde*] Nempe ad superiorem summam CCCXXIV. medimnorum, quæ efficiunt modios 540,000.

[l] *Tritici modium*] Triginta duo millia cum quadringentis: nam tot efficiunt ternæ quinquagesimæ illius summæ superioris.

[m] *Ab omnibus enim ternæ*] Nempe ternæ quinquagesimæ, quæ efficiunt triginta duo millia cum quadringentis.

[n] *Ad CCCLVI millia, CCCC mod.*] Sic proxima summa adjecta ad superiorem efficiet quinquaginta sex millia, et præterea quadringentos modios.

[o] *CCCC millia*] Modiorum videlicet.

[p] *Quibus ternis medimnis*] Quia plurimi terna et quina solverunt.

[q] *Ad singula medimna*] Millia scilicet medimnum.

[r] *H-S duo*] Sestertium duo millia.

minimum, singulos nummos.[18 s] Hoc minimum ut sequamur, quoniam XC medimnum[19] millia duximus, accedebant[20] eo, novo pessimoque exemplo, H-S XC millia.[t] 117. Hic mihi etiam dicere audebit, magno se decumas vendidisse, cum ex eodem agro, dimidio plus ipse[1] abstulerit, quam populo Romano miserit? CCXVI modium millibus[2] decumas agri Leontini vendidisti:[3] si ex lege, magno; si, ut lex esset libido tua,[e] parvo;[u] si,[4] ut, quæ dimidiæ essent, decumæ vocarentur, parvo vendidisti: multo enim pluris fructus annui Siciliæ venire potuerunt, si id te senatus aut populus Romanus facere voluisset: etenim sæpe decumæ tanti venierunt, cum lege Hieronica[x] venirent, quanti nunc lege Verrea[y] venierunt.[5] Cedo mihi C. Norbani decumas venditas. (*C. Norbani decumæ venditæ*[6] *agri Leontini.*) Atqui[7] tum neque judicium de modo jugerum[z]

[e] *Ut lex serviret libidini tuæ.*

luit *tres.*—18 Hic quoque Grut. e conj. Hotomanni *singula nummum:* Franc. 1. *in singulos nummos.* Vid. Not. Delph.—19 Edd. vett. *XC medimna.*—20 Ern. e conj. edidit *accedebant;* et eum sequuntur Harles. Beck. Schutz. improb. Orell. In omnibus aliis edd. *accedant.* Verba *minimum ut seq. . . . pessimoque* desunt in Mss. et edd. ante Ald. Dein *ad H-S XC millia* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat.—1 Edd. ante Steph. non agnoscunt *ipse.* —2 Verba *modium millibus* in Mss. desunt: et inserebantur e conj. Hotomanni.—3 Orell. conj. *vendidi.*—4 Schutz. omittit *ut* ante *lex,* et e conj. Manutii delevit voces *parvo si.*—5 In ψ omittuntur *quanti . . . venierunt.*—6 Huyd. *decumas venditas.*—7 Huyd. et edd. ante Steph. *Atque.*

NOTÆ

[s] *Singulos nummos*] Reponit Hotomannus *singula nummum*, subaudiendo 'millia.'

[t] *H-S XC millia*] Nempe quatuor librarum millia. Hæc autem summa quadringentorum millium numerum complet, ad quam quadraginta trium millia, et sexcenti præterea desiderabantur: ducta enim æstimatione singulorum modiorum ad binos H-S, et aliquanto amplius, fiet idem numerus modium quadraginta trium millium, et sexcentorum. Totam autem hanc numerandi rationem ab Hotomanno accepimus, qui rem tam intricatam omnium doctissime supputavit.

[u] *Parvo*] Minima pars ex tam grandi summa ad populum Romanum pervenit.

[x] *Lege Hieronica*] Lege Hieronica cautum erat, ut medimnus ex jugero caperetur nomine decumæ, cum dena medimna ex eodem jugero arator perciperet; si minus, decuma minueretur.

[y] *Lege Verrea*] Verres decrevit, ut, licet dena medimna non colligerentur, medimnorum numerus jugerum numerum semper æquaret.

[z] *De modo jugerum*] 'Ni aratores,' ut superius dixit, 'numerum juge-

dabatur; neque enim erat Artemidorus Cornelius [a] recuperator; neque ab aratore magistratus Siculus tantum exigebat, quantum decumanus ediderat; nec beneficium petebatur a decumano, ut in jugera singula ternis medimnis decidere liceret; nec nummorum accessionem cogebatur arator dare, nec ternas quinquagesimas frumenti addere: et tamen populo Romano magnus frumenti numerus mittebatur. L. 118. Quid vero istæ sibi quinquagesimæ, quid porro nummorum accessiones volunt? quo id jure, atque adeo, quo id [potius [8]] more fecisti? Nummos dabat arator. Quomodo? aut unde? qui, si largissimus [f] esse vellet, [b] cumulatiore mensura uteretur, ut antea solebant facere in decumis, cum æqua lege et conditione venibant. Is nummum dabat. Unde? de frumento? quasi habuisset, te prætore, quod venderet. De vivo [9] igitur erat aliquid resecandum, [c] ut esset, unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium [d] nummorum adderetur. Jam id porro utrum libentes, [10] an inviti dabant? libentes? amabant, credo, Apronium. Inviti? qua re, nisi vi et malo, cogebantur? Jam iste, homo amentissimus, in vendundis decumis nummorum faciebat [11] accessiones ad singulas decumas: [e] neque multum; bina aut terna millia addebat. Fiunt per triennium H-S fortasse IↃ millia. [f] Hoc neque exemplo

f Qui si liberalissimus.

Cap. L. 8 Ern. Harles. et Beck. *potius* uncis includunt. Schutz. delevit. Tum *ore* Naug. Crat. Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall.—9 Huyd. *De uno.*—10 ψ *utrum libentes multi.*—11 *Decumis H-S fac.* Nannii Ms. Steph. Græv. *decumis H-S nummum fac.* Lamb. 1566. Vulg. ut Ern.—12

NOTÆ

rum essent professi.'

[a] *Artemidorus Cornelius*] Ad invidiam dicit: Cornelium enim vocat a Cornelio Sylla, quod nomen plerisque suæ factionis hominibus concessum est.

[b] *Esse vellet*] In populum.

[c] *De vivo . . . resecandum*] Translatio a medicis imperitis, qui, ut quæ nociva sunt reliquo corpori, membra resecant ad vivum, ita Verres de eo, quod pro arationis impensa percepérant aratores, ipsis abstulit.

[d] *Corollarium*] Corollarium id dicitur, quod præter debitum additum est, tanquam auctarium.

[e] *Ad singulas decumas*] Cum, teste Plinio, septuaginta essent populi in tota Sicilia, tot erant decumæ.

[f] *H-S IↃ millia*] Id est, quingenta

cujusquam, neque ullo jure fecit; neque eam pecuniam retulit;[g] neque hoc parvum crimen[h] quemadmodum defensurus sit, homo quisquam unquam excogitabit.[12]

119. Quod cum ita sit, audes dicere, te magno decumas[13] vendidisse, cum sit perspicuum, te bona fortunasque aratorum, non populi Romani, sed tui quæstus causa, vendidisse? Ut, si quis[14] villicus[i] ex eo fundo,[15] qui H-S dena meritasset,[k] excisis arboribus ac venditis, demtis tegulis, instrumento, pecore abalienato, domino XX[16] millia nummum[l] pro X miserit, sibi alia præterea centum confecerit: primo dominus, ignarus incommodi sui, gaudeat,[17] villicoque delectetur, quod tanto sibi plus mercedis ex fundo refectum sit: deinde, cum audierit, eas res, quibus fundi fructus et cultura continetur,[18] amotas et venditas; summo supplicio villicum afficiat, et secum male actum putet: [*p.* 174.] item[19] populus Romanus cum audit, pluris decumas vendidisse C. Verrem, quam innocentissimum hominem, cui iste successit, C. Sacerdotem, putat se bonum in arationibus fructibusque suis habuisse custodem ac villicum: cum senserit, istum omne instrumentum aratorum,

---

E conj. Grævii, Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. dederunt *excogitabit*: ceteri *excogitavit*.—13 Huyd. *decumano*.—14 Nannii Ms. et Steph. *si qui*, prob. Garaton.—15 A Nannii Ms. absunt verba *ex eo fundo*. In nonnullis edd. deest *eo*. Tum *cui H-S dena meritasset* Nannii Ms. Steph. *cui H-S dena merces esset* Naug. Græv. Oliv. Lall. prob. Garaton. *cujus H-S denum merces esset* conj. Hotom. Pro *meritasset*, quod ψ, Huyd. Nannii Ms. et Pall. habent, *meritaret* exhibet Franc. 1. et *mercasset* edd. pr.—16 Pro *XX* in Huyd. et Ven. 1483. legitur *XC:* in ψ *nonaginta*.—17 Huyd. *gaudet*.—18 Ven. Junt. Crat. et Orell. *continentur*.—19 Ursini Ms. Franc. 1. et Græv. *ita*.

NOTÆ

millia, quæ quinquaginta librarum millia efficiunt.

[g] *Retulit*] In ærarium publicum non retulit totam illam pecuniam, sed sibi propriam fecit.

[h] *Parvum crimen*] Minimum est hoc lucrum, si cum quinquagesimis, et nummorum accessione, pro singulis medimnis conferatur.

[i] *Si quis villicus*] Villicus, ait Varro de Re Rust. lib. I. 'agri colendi causa constitutus est, atque sic appellatus a villa; quod ab eo in eam convehuntur fructus, et evehuntur, cum veneunt.'

[k] *H-S dena meritasset*] Id est, cujus merces et proventus, seu vectigal, esset denum millium H-S, id est mille librarum.

[l] *XX millia nummum*] Duo librarum millia.

omnia subsidia vectigalium vendidisse, omnem spem posteritatis avaritia sua sustulisse, arationes et agros vectigales vastasse atque exinanisse, ipsum maximos quæstus prædasque fecisse; intelliget secum actum esse pessime, istum autem summo supplicio dignum existimabit. LI. 120. Unde ergo hoc intelligi potest? ex hoc maxime, quod ager [20] decumanus provinciæ Siciliæ propter istius avaritiam desertus est. Neque id solum accidit,[1] uti minus multis jugis[m] ararent, si qui in agris remanserunt; sed etiam, ut permulti locupletes homines, magni et navi aratores, agros latos[2] ac fertiles desererent, totasque arationes derelinquerent. Id adeo sciri facillime potest ex literis publicis civitatum, propterea quod lege Hieronica numerus aratorum quotannis apud magistratus publice subscribitur. Recita tandem, quot acceperit aratores agri Leontini Verres. LXXXVIII.[3] Quot anno tertio profiteantur.[4] XXXII. Unum et quinquaginta aratores ita video dejectos,[5] ut his ne vicarii quidem successerint. Quot aratores, adveniente te, fuerunt agri Mutycensis?[6] Videamus ex literis publicis. CLXXXVIII. Quid? anno[7] tertio? CI. LXXXVII aratores unus ager istius injuria desiderat; atque adeo nostra respublica, quoniam illa[8] populi Romani vectigalia sunt, hunc tot patrumfamilias numerum desiderat et reposcit.[9] Ager Herbitensis primo anno habuit aratores ducentos quinquaginta septem, tertio centum viginti. Hinc centum triginta septem patresfamilias extorres[n] profugerunt. Agyrinensis

---

CAP. LI. 20 Huyd. *agri.*—1 Mss. plerique et edd. ante Steph. *actum est.* Tum edd. ante Lamb. *uti hi minus:* Hotom. conj. *in minus.* Porro *arent* Ven. 1483. Junt. Crat. et Orell. *hiarent* Huyd.—2 *Lætos* Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall.—3 Nonnullæ edd. vett. cum Beck. Schutz. et Orell. *LXXXIII.*—4 Grævius malebat legi *profitebantur:* Harles. etiam *profitebantur* cum interrogationis signo poni vult. Dein Huyd. *XXII.*—5 Margo ed. Lamb. *ejectos;* et sic legend. conj. Ern.—6 *Mutinensis* ψ et Huyd. *Mitinensis* Ven. 1483. Junt. *Muticensis* Crat. *Mutensis* Lamb.—7 Lamb. *Quot anno.*

NOTÆ

[m] *Multis jugis*] Jugum id dicitur, quod uno die juncti boves arare possunt.

[n] *Extorres*] Extorres appellantur qui extra terram ejecti sunt.

ager, quorum hominum! quam honestorum![10] quam locupletum![11] ducentos quinquaginta aratores habuit primo anno præturæ tuæ. Quid tertio anno?[12] octoginta, quemadmodum legatos Agyrinenses recitare ex publicis literis audistis. LII. 121. Pro Dii immortales! si ex provincia tota centum septuaginta ejecisses, possesne, severis judicibus, salvus esse? Unus ager Agyrinensis CLXX[13] aratoribus inanior[g][14] cum sit, vos conjecturam totius provinciæ non facietis? Atque[15] hoc peræque in omni agro decumano reperietis: quibus aliquid tamen reliqui[16] fuerit ex magno patrimonio, eos in agris minore instrumento, minus multis jugis, remansisse,[17] quod metuebant, si recessissent, ne reliquas fortunas omnes amitterent: quibus autem iste nihil reliqui,[18] quod perderent, fecerat, eos plane non solum ex agris, verum ex civitatibus suis profugisse. Illi ipsi, qui remanserant, vix decuma pars aratorum,[19] relicturi agros omnes erant, nisi ad eos Metellus Roma literas misisset, se[20] decumas lege Hieronica venditurum; et nisi ab iis hoc petivisset, ut sererent quam plurimum; quod illi semper sua causa[h][1] fecerant, cum eos nemo rogaret, quamdiu intelligebant, sese sibi et populo Romano, non Verri et Apronio serere, impendere, laborare. 122. Jam vero, judices,[2] si Siculorum fortunas negligitis; si, quemadmodum socii populi Romani a magistratibus nostris tractentur, non laboratis; at vos communem populi Romani causam suscipite atque defendite. Ejectos aratores esse dico; agros vectigales vexatos[3] atque exinanitos a Verre; populatam

[g] *Vacuus.* [h] *Causa sui emolumenti.*

—8 Huyd. omittit *illa*.—9 Gulielm. maluit *te poscit*.—10 Huyd. *honestissimorum*.—11 Al. *locupletium*.—12 Lamb. *Quot tert. ann.*

CAP. LII. 13 ψ *centum viginti*.—14 Post *inanior* Hnyd. addit *factus*.—15 Hotom. malnit *Atqui*.—16 Huyd. *relinqui*.—17 Mss. plerique et edd. vett. *multis locis, minores remans.* Pro *minores* Hotom. maluit *timore*, sed illa vox a Fabricii et Naunii Mss. abest, itaque deleta a Grut. et seqq. edd.—18 *Reliquit* ψ: *relinquit* Hnyd.—19 Vocab. *aratorum* e gloss. additum Ernesto videtur.—20 Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *se* omittunt.—1 *Sui causa* e Nannii Ms. ediderunt Steph. Grut. Græv. Oliv. et Lall.—2 Vox *judices* abest ab edd. ante Lamb. qui auctoritate Nannii Ms. eam insernit, et quem seqq. edd. sequuntur.—3 Herelius mavult *exhaustos*, ut v. 42. aut *vastatos*,

vexatamque provinciam. Hæc omnia doceo literis civitatum, et privatis primariorum virorum testimoniis.[4] LIII. Quid vultis amplius? num expectatis, dum L. Metellus is, qui multos in istum testes imperio et potestate deterruit, idem absens de istius scelere, improbitate, audacia[5] testimonium dicat? non opinor. [*p.* 175.] At is optime, qui successit isti, potuit cognoscere. Ita est: verum amicitia impeditur. At debet nos certiores facere, quo pacto se habeat provincia. 123. Debet; verumtamen non cogitur. Num quis in Verrem L. Metelli testimonium requirit?[6] nemo. Num quis postulat? non opinor. Quid, si testimonio L. Metelli ac literis hæc omnia vera esse doceo?[7] quid dicetis? utrum Metellum falsum scribere? an amicum lædendi esse cupidum? an prætorem, quemadmodum provincia affecta[8] sit, nescire? Recita literas L. Metelli, quas ad Cn. Pompeium et M. Crassum consules, quas ad M. Mummium[9] prætorem, quas ad quæstores urbis misit.[10] (*Epistola L. Metelli. Decumas frumenti lege Hieronica vendidi.*[11]) Cum scribit, se lege Hieronica vendidisse, quid scribit? ita se vendidisse, ut omnes, præter Verrem. Cum scribit, se lege Hieronica vendidisse, quid scribit?[12] se per istum erepta Siculis majorum nostrorum beneficia, jus ipsorum, conditionem societatis, amicitiæ, fœderum reddidisse. Dicit, quanti[13] cujusque agri decumas vendiderit. 124. Deinde quid scribit? Recita de epistola reliqua. (*Summa data est opera*[14] *a me, ut quam plurimo decumas venderem.*)

ut III. 50.—4 *Literis* in ψ, Huyd. et edd. vett. deest. Al. *civitatum* omittunt. Ms. in marg. ed. Lamb. sic exhibet, *Hæc omnia docebo lit. civ.: ostendam testimoniis et publicis honestissimarum civitatum et priv. prim. virorum:* Ursini Ms. et Schutz. *Hæc omnia doceo literis publicis honestissimarum civitatum, et priv. prim. virorum test.*

CAP. LIII. 5 ψ et Huyd. *audita.*—6 Huyd. *requiret.*—7 *Doceo* e conj. dedit Erd. quem Harles. et Schutz. sequuntur. Omnes aliæ edd. *docebo.*—8 Nannii Ms. Steph. et Lamb. *afflicta.*—9 Pro *M. Mummium* ψ habet *Mimium*, Huyd. *Nummium.*—10 *Ad urbanos quæstores misit* Nannii Ms. Steph. et Græv. *ad quæst. urbanos misit* Lamb.—11 Huyd. *vendidisse.*—12 Verba *Cum scribit se lege Hier. vend., quid scribit*, quæ Ernesto spuria visa sunt, in Huyd. omittuntur. Schutz. ea delevit: Beck. uncis inclusit.—13 *Dicit dein quanti* Hotomanni Ms. unde *Dicit deinde quanti* ediderunt Lamb. et Schutz. qui mox auctoritate ejusdem Ms. deleverunt *Deinde* ante *Quid scribit.*—14 *Summa vi data est opera* Nannii Ms. Steph. Grut. Græv. Oliv. et Lall. Mss. plerique ac

Cur igitur, Metelle, non ita magno vendidisti? quia desertas arationes, inanes agros, provinciam miseram perditamque offendi. Quid? id ipsum, quod satum est, qua ratione quisquam, qui sereret, inventus est? Recita literas. (*Literæ.*) Ait [15] se misisse, et præsentem [16] confirmasse, suam interposuisse auctoritatem. Tantum quod aratoribus Metellus obsides non dedit,[17] se nulla in re Verri similem futurum. At quid est tandem,[18] in quo se laborasse dicat? Recita. (*Ut aratores, qui reliqui erant, quamplurimum serererent.*) Qui reliqui? quid hoc est? reliqui? [19] quo ex bello? qua ex vastitate? quænam in Sicilia tanta clades, aut quod bellum tam diuturnum, tam calamitosum, te prætore, versatum est, ut is, qui tibi successerit, reliquos aratores collegisse et recreasse videatur? LIV. 125. Cum bellis Carthaginiensibus Sicilia vexata est, et post nostra patrumque memoria [20 o] cum bis in ea provincia magnæ fugitivorum copiæ versatæ sunt; [1] tamen aratorum interitio [2] facta nulla est. Tum, semente prohibita, aut messe amissa, fructus annuus interibat, tamen incolumis [3] numerus manebat dominorum atque aratorum. Tum, qui M. Lævino,[4] aut P. Rupilio, aut M'. Aquillio, prætoribus,[5] in eam provinci-

edd. vett. *vi* omittunt; itaque eam deleverunt Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. ψ distinctionem post *reliqua* tollit, et post *summa* ponit.—15 *Rec. literas. Literæ. Literas ait* e conj. dedit Schutz. cum Orell.—16 In Mss. plerisque et edd. vett. deest *præsentem*, quod Grut. et seqq. edd. adjecerunt auctoritate Ms. Hotomanni.—17 Nannii Ms. edd. Vict. Cam. Grut. *Tantum non arat. Met. obs. dedit.* Tum Nannii Ms. *se non ulla in re*: nonnullæ edd. vett. *se ulla in re.*—18 ψ et Huyd. *At quidem tandem.*—19 Al. *quid est hoc, reliq.* Huyd. *quid est hoc re loqui.*

CAP. LIV. 20 ψ, Huyd. et edd. vett. *post nostram p. memoriam.* Tum *in eadem provincia* Lamb. ac Nonius in v. 'Interitus.'—1 *Vers. sint* Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Grut.—2 Edd. vett. *internicio*, vel *internecio.* —3 ψ et Huyd. *in coloniis.*—4 *Levio* Ven. 1483. *Levino* ψ, Naug. Crat. Hervag. Manut. et Steph. *Levinio* Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *Levinæ* Huyd. *Lævino* edd. pr. cum Harles. Beck. Schutz. et Orell.—5 Pighius ad

NOTÆ

o *Nostra patrumque memoria*] Athenionem significat, de quo jam in aliis Verrinis dictum est; et bellum illud servile, cujus conficiendi cura C. Fulvio consuli data est a senatu. Hujus belli initium dedit Eunus servus, natione Syrus, qui, collecta servorum manu, exercitum confecit, cui junctus est quidam Cleon servus alter, qui ad septuaginta servorum millia contraxerat, et bellum contra populum Romanum gesserunt ambo.

am successerant, aratores reliquos non colligebant.[6 p] Tantone plus Verres cum Apronio provinciæ Siciliæ calamitatis importavit, quam aut Hasdrubal [q] cum Pœnorum exercitu, aut Athenio cum fugitivorum maximis copiis, ut temporibus illis, simul atque hostis superatus esset,[7] ager araretur omnis, neque aratori prætor per literas supplicaret, neque eum præsens oraret, ut quam plurimum sereret; nunc autem, ne post abitum [i] quidem hujus importunissimæ pestis, quisquam reperiretur, qui sua voluntate araret?[8] pauci essent reliqui, qui L. Metelli auctoritate in agros, atquè ad suum larem familiarem redirent? 126. His te literis, homo audacissime atque amentissime, jugulatum esse non sentis?[9] non vides, cum is, qui tibi successit, aratores reliquos appellet,[10] hoc eum diserte scribere, reliquos hos esse, non ex bello, neque ex aliqua hujusmodi calamitate, sed ex tuo scelere, importunitate, avaritia, crudelitate? [*p.* 176.] Recita cetera. (*Tamen pro eo, ut temporis difficultas, aratorumque pœnuria tulit.*) Aratorum, inquit, pœnuria. Si ego accusator toties de re eadem dicerem, vererer, ne animos vestros offenderem, judices: clamat Metellus, 'Nisi literas misissem.' Non est satis. 'Nisi præsens confirmassem.' Ne id quidem satis est. 'Reliquos,' inquit, 'aratores.' Reliquos? prope lugubri verbo calamitatem provinciæ Siciliæ significat. Addit, 'Aratorum pœnuria.' LV. 127. Expectate etiam, judices, expectate [11] si potestis, auctoritatem accusationis meæ. Dico aratores istius avaritia ejec-

[i] *Discessum.*

a. 544. *proconsulibus, prætoribus,* prob. Garaton.—6 Huyd. *colligebat.*—7 Post *esset* comma delet Huyd. ut adjungeretur voc. *ager*, sed verba *araretur ... supplicaret* omittit.—8 Beck. Schutz. et Orell. deleverunt interrogationis notam post *araret*, et comma, seu semicolon, reposuerunt.—9 *Jug. sentis* ψ, Ven. 1483. Crat. *jug. non sentis* Huyd. Junt. et Lamb. *jug. esse non sentis* e Ms. Ursini dederunt Grut. et seqq. edd. Verbum *esse* Orell. uncis includit.—10 Vict. Manut. Lamb. *appellat.*

CAP. LV. 11 *Judices* omittunt Nannii Ms. Steph. et Lamb. *expectate* non

NOTÆ

[p] *Non colligebant*] Neque enim tunc aratores aufugiebant, ut Verre prætore aufugerunt.

[q] *Aut Hasdrubal*] Hasdrubal Hannibalis frater a Livio Salinatore victus.

tos:[r] scribit Metellus, reliquos ab se esse confirmatos. Dico agros relictos, arationesque desertas esse: scribit Metellus aratorum esse pænuriam. Hoc cum scribit, illud ostendit, dejectos,[s] ejectos,[12] fortunis omnibus expulsos esse populi Romani socios [13] atque amicos: quibus si qua calamitas propter istum, salvis vectigalibus nostris, accidisset, animadvertere in eum vos oportebat; præsertim cum [14] ea lege[t] judicaretis, quæ sociorum causa esset constituta: cum vero perditis profligatisque sociis, vectigalia populi Romani sint deminuta; res frumentaria, commeatus, copiæ, salus urbis atque exercituum nostrorum in posteritatem [15] istius avaritia interierit; [16] saltem commoda populi Romani respicite, si sociis fidelissimis prospicere non laboratis. 128. Atque, ut intelligatis, ab isto, præ lucro, prædaque præsenti, nec vectigalium, nec posteritatis habitam esse rationem; cognoscite, quid ad extremum scribat Metellus. 'In reliquum tempus vectigalibus prospexi.' [17] In reliquum tempus ait se vectigalibus prospexisse. Non scriberet, se vectigalibus prospexisse, nisi hoc vellet ostendere, te vectigalia perdidisse. Quid enim erat, quod vectigalibus prospiceret Metellus in decumis, et in tota re frumentaria, si iste non vectigalia populi Romani suo quæstu pervertisset? Atque ipse Metellus, qui vectigalibus prospicit, qui reliquos aratores colligit, quid assequitur, nisi hoc, ut arent, si quid possunt,[18] quibus aratrum saltem aliquod satelles istius Apronius reliquum fecit; qui tamen [19]

agnoscunt edd. vett.—12 Pro *dejectos* in marg. Crat. *deletos;* et pro *ejectos* ψ *ejectores.*—13 Huyd. *sociosque.*—14 Post *præsertim cum* Huyd. addit *eum*, et mox *causa* omittit.—15 ψ et Huyd. *potestatem.*—16 Edd. vett. *interiit.* Dein *salutem et commoda* ψ: *salutem commodo* Huyd. *salutem commoda* Ven. 1483. Junt. Pro *pop. Rom.* edd. vett. exhibent *vestra.*—17 Verba *In rel. temp. vect. prospexi* omittunt Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. et Lamb. 1566.—18 Omnes edd. præter Grut. Ern. et Schutz. exhibent *si qui possunt.*—19 Huyd.

NOTÆ

[r] *Avaritia ejectos*] Ejecti sunt, qui prohibentur accedere.

[s] *Dejectos*] Dejecti sunt, qui de loco proprio pelluntur.

[t] *Ea lege*] De repetundis legem intelligit, quæ a Calpurnio Pisone lata est, nempe ut, qui magistratus in provinciis pecunias accepissent, restituerent.

in agris spe atque expectatione Metelli remanserunt? Quid ceteri Siculi? quid ille maximus numerus aratorum, qui non modo ex agris ejecti [20] sunt, sed etiam ex civitatibus suis, ex provincia, denique bonis fortunisque [1] omnibus ereptis, profugerunt? qua ratione ii revocabuntur? quot prætorum innocentia sapientiaque opus est, ut illa aratorum multitudo aliquando in suis agris ac sedibus collocetur? LVI. 129. Ac, ne miremini, tantam multitudinem profugisse, quantam ex literis publicis, aratorumque professionibus cognovistis; scitote, tantam acerbitatem istius, tantum scelus in aratores fuisse, (incredibile dictu est, judices; sed et factum, et tota Sicilia pervulgatum) ut homines, propter injurias licentiamque decumanorum, mortem sibi ipsi consciverint. Centuripinum Dioclem,[2] hominem locupletem, suspendisse se constat, quo die sit ei nuntiatum, Apronium decumas redemisse. Dyrrachinum,[3] primum civitatis, eadem ratione mortem oppetisse, dixit apud vos homo nobilissimus, Archonidas[4] Elorinus, cum audisset tantum decumanum[5] professum esse ex edicto istius sibi deberi, quantum ille bonis suis omnibus efficere[6] non posset.

Hæc tu, tametsi omnium hominum dissolutissimus [k] crudelissimusque semper fuisti, tamen nunquam perpeterere,[l 7] quod illi gemitus luctusque provinciæ ad tui capitis periculum pertinebant:[8] [*p.* 177.] non, inquam, perpeterere, ut homines injuriæ tuæ remedium morte[9] ac suspendio quærerent, nisi ea res ad quæstum et ad prædam tuam pertineret. 130. Quid? illud perpeterere? attendite, judices; omnibus enim nervis mihi contendendum[10] est, atque in hoc

[k] *Negligentissimus.* [l] *Patereris.*

qui tum.—20 Edd. vett. *rejecti.*—1 Huyd. *bonis fructibus fortunisque.*

CAP. LVI. 2 ψ *Diodenem:* Huyd. *Diodenum.*—3 Huyd. *Dirachinum:* Lamb. et Ms. ad ejus marg. *Tiracinum.* Ern. in not. *Dyrrhachinum* scripsit, censuitque aut proprium nomen hominis excidisse, aut hoc vocab. esse corruptum.—4 *Archonides* ex IV. 26. legi jussit Drakenb. ad Liv. XXIV. 35. prob. Garaton. Pro *Elorinus* in ψ et Huyd. *Florinus.*—5 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. *decumarum.*—6 Lamb. conj. *reficere.*—7 Huyd. et nonnullæ edd. vett. *perpetere.* Dein ante *quod illi*, auctoritate Ms. Nannii *propterea* addiderunt Steph. Lamb. Græv. Oliv. Lall. et Beck. Harles. uncis inclusit. In ψ *quod quidem illi.*—8 Huyd. *pertinerent.*—9 Idem Ms. *mortis.*—10 E Ms. Nan-

laborandum, ut omnes intelligant, quam improbam, quam manifestam, quam confessam[11] rem pecunia redimere conentur. Grave crimen est hoc, et vehemens, et post hominum memoriam, judiciaque de pecuniis repetundis constituta, gravissimum, prætorem[12] populi Romani socios habuisse decumanos. LVII. Non hoc nunc primum audit privatus de inimico, reus ab accusatore. Jam antea in sella sedens prætor, cum provinciam Siciliam obtineret, cum ab omnibus[13] non solum, id quod commune est, propter imperium, sed etiam, id quod istius præcipuum est, propter crudelitatem metueretur, millies audivit, cum ejus animum ad persequendum[14] non negligentia tardaret, sed conscientia sceleris avaritiæque suæ refrænaret.[15] Loquebantur enim decumani palam, et præter ceteros is, qui apud istum plurimum poterat, maximosque agros populabatur, Apronius, perparvum[16] ex illis magnis lucris ad sese pervenire; prætorem esse socium. 131. Hoc cum palam decumani tota provincia loquerentur, tuumque nomen in re tam turpi nefariaque interponerent; nihilne tibi venit in mentem existimationi tuæ consulere? nihil denique capiti ac fortunis tuis providere?[17] cum tui nominis terror in auribus animisque aratorum versaretur; cum decumani aratoribus ad pactiones faciendas, non suam vim, sed tuum scelus ac nomen opponerent; ecquod[18] judicium Romæ tam dissolutum, tam perditum, tam nummarium[u] fore putasti, quo ex judicio[19] te ulla salus[x] servare posset? cum

nii *connitendum* ediderunt Steph. Grut. Græv. Oliv. Lall. In Huyd. *contemnendum*.—11 Franc. 1. *professam*, prob. Græv. Mox Lamb. *conetur*, improb. Beck.—12 *Prætorem* in ψ deest.

CAP. LVII. 13 Huyd. *cum in prov. Sic. obt., cum ominibus*. Tum nonnullæ edd. vett. *non solum id, quod comm. est propt. imp., sed etiam id, quod ipsius præc. est*. Pro ultimis verbis in al. legitur, *sed etium ips. præc. est*.—14 ψ et Huyd. *prosequendum*.—15 ψ, Huyd. et edd. vett. *frænaret*.—16 Nonnullæ edd. *perparum*, auctore Camerario.—17 *Providere* in ψ omittitur.—18 Huyd. Nannii Ms. Ven. 1483. Junt. *et quod*.—19 Huyd. *quod ex jud.* ψ *quod quidem ex*

NOTÆ

[u] *Tam nummarium*] Judicium nummarium est, quod pecunia emitur.

[x] *Ulla salus*] Salus Romæ colebatur: unde salutaris porta hic appellata, ab æde huic Deæ sacra, quæ proxima erat.

planum ficret, decumis contra instituta, leges,[20] consuetudinemque omnium venditis, in aratorum bonis fortunisque diripiendis decumanos dictitasse tuas esse partes, tuam rem, tuam prædam; idque te tacuisse, et, cum dissimulare non posses, potuisse tamen perpeti et perferre, quod magnitudo lucri obscuraret periculi magnitudinem, plusque aliquanto apud te pecuniæ cupiditas, quam judicii metus posset? 132. Esto. Cetera negare non potes. Ne illud quidem tibi reliquum fecisti, ut hoc posses dicere, nihil eorum[1] te audisse, nihil ad tuas aures de infamia tua pervenisse. Querebantur cum luctu[2] et gemitu aratores: tu id nesciebas? Fremebat[3] tota provincia: nemo id tibi renuntiabat? Romæ querimoniæ de tuis injuriis, conventusque habebantur. Ignorabas hæc?[4] ignorabas hæc omnia? Quid? cum palam Syracusis, te audiente, maximo conventu P. Rubrius Q. Apronium sponsione lacessivit, 'Ni Apronius dictitaret, te sibi in decumis esse socium:' hæc te vox non percussit?[5] non perturbavit? non, ut capiti et fortunis tuis prospiceres, excitavit? Tacuisti: sedasti etiam lites[6] illorum; et sponsio illa ne fieret, laborasti. LVIII. Pro, Dii immortales! hoc innocens[7] homo perpeti potuisset? aut quamvis nocens, qui modo judicia Romæ fore[8] putaret, non aliqua simulatione existimationi se hominum venditasset?[9] 133. Quid est hoc? sponsio fit de capite ac fortunis tuis. Tu sedes et quiescis? non persequeris? non perseveras? non perquiris, cui dixerit Apronius? quis audierit? unde hoc natum,[10] quemadmodum prolatum sit? Si quis tibi ad aurem accessisset, et

---

jud.—20 *Instituta legis* Mss. et edd. ante Lamb. qui e conj. Hotomanni dedit *instituta, leges;* et sic seqq. edd.—1 Huyd. *nihil horum.*—2 Idem Ms. *Quer. enim luctu.*—3 ψ et Huyd. *Tremebat.*—4 Verba *ignorabas hæc* in Huyd. et ed. Junt. desunt.—5 *Perculit* omnes edd. præter Ern. qui dedit e conj. *percussit.*—6 Beck. e Priscian. p. 777. ed. Putsch. edidit *litis.*

CAP. LVIII. 7 Huyd. *hoc autem innoc.* Vulg. *hoc aut innoc.* Ern. e conj. cum Harles. et Schutz. delevit *aut,* et post *potuisset* notam interrogationis posuit.—8 Lamb. *fieri.*—9 *Non aliq. re sim. P. R. exist. hom. vend.* ψ, Huyd. Pall. *non aliq. se sim. populi Romani existimationi vindicasset* al. *non aliq. re sim. P. R. æstimationi se hom. vendicasset* Ven. 1483. Junt. Crat. *non aliq. se sim. exist. hom. venditasset* Steph. et Orell. e Nannii Ms. Vulg. ut Ern.—10

dixisset, Apronium dictitare, te sibi esse socium; commoveri te oportuit, vocare Apronium, nec illum ante tibi satisfacere, quam tu omnium existimationi satisfecisses. Cum vero in foro celeberrimo, tanta frequentia, hoc, verbo et simulatione, Apronio, re vera, tibi objectum esset; [*p.* 178.] tu unquam tantam plagam tacitus accipere potuisses, nisi hoc ita statuisses, in re tam manifesta quicquid dixisses,[11] te deterius esse facturum? 134. Quæstores, legatos, præfectos suos, tribunos, multi missos fecerunt, et de provincia decedere jusserunt, quod eorum culpa se minus commode[12] audire arbitrarentur, aut quod peccare illos[13] aliqua in re judicarent: tu Apronium, hominem vix liberum, contaminatum,[m] perditum, flagitiosum, qui non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram conservare potuisset, eum, in tanto tuo dedecore, non profecto,[14] ne verbo quidem graviore appellasses: neque apud te tam sancta religio societatis fuisset, ut tui capitis periculum negligeres, nisi rem tam notam esse omnibus et tam manifestam videres. 135. Cum eodem Apronio postea P. Scandilius,[15] eques Romanus, quem vos omnes nostis, eandem sponsionem de societate fecit, quam Rubrius facere voluerat. Institit, oppressit, non remisit: facta est sponsio H-S v millium.[16] Cœpit Scandilius recuperatores, aut judicem postulare. LIX. Satisne vobis prætori improbo circumdati

[m] *Corruptum.*

ψ *notum.* Mox idem Ms. et Huyd. *Si tibi,* omisso *quis.*—11 Pro *dixisses* nonnulli legi maluerunt *dixisset* aut *dixissent.* Repugnat Lambinus, qui potius *deteriorem* (scil. plagam) scribi jussit.—12 ψ et Huyd. *commodi.*—13 Huyd. *eos.*—14 Hotom. *profecto* ironice accipi, pro *neque* scribi *atque,* et in fine periodi interrogationis notam poni jussit. Lamb. delevit *profecto,* edidit *atque,* cum interr. nota; sed idem, quia utrumque contra omnes codd. est factum, proposuit hanc lectionem, *eum in tanto tuo ded. profecto, neque ne verbo quidem grav. app., neque ap. te . . . videres* sine nota interrog. In Pal. 1. est, *prof. ne verbo quidem, verbo quidem grav.* '*In tanto tuo ded. prof. &c.*] Hic locus vitiosus est, in eoque se torsere viri docti. *Profecto* manifeste friget: et si hic nil vitii esset, certe post *atque* pro *neque* esset legendum, et interrogative omnia pronuntianda sunt, ut Hotom. volnit. Sed excidisse arbitror *non* ante *profecto:* ita omnia deinde bene procedunt. Res evidens est: nec dubitavi addere.' *Ern.* quem Harles. Beck. et Schutz. sequuntur. In omnibus aliis edd. præter Mannt. omittitur *non* ante *profecto.*—15 Huyd. *Scandalius.*—16 *Millium* non agnoscunt ψ, Huyd. Franc. 1. Pall. edd. vett. ac Græv. Beck. et Orell.

cancelli videntur in sua provincia; immo vero in sella ac tribunali:[17] ut aut de suo capite judicium fieri patiatur præsens ac sedens, aut confiteatur, se omnibus judiciis convinci necesse esse? Sponsio est, 'Ni te Apronius in decumis socium[18] esse dicat:' provincia tua est: ades: abs te judicium postulatur. Quid facis? quid decernis? Recuperatores dicis te daturum. Bene agis:[19] tametsi qui erunt tantis cervicibus[n] recuperatores, qui audeant in provincia, cum prætor adsit, non solum contra voluntatem ejus, sed etiam contra fortunas judicare? 136. Verum esto. Manifesta res est,[20] cum nemo esset, quin hoc se audisse liquido diceret, locupletissimus quisque certissimus testis esset:[1] nemo erat Sicilia tota, qui nesciret decumas esse prætoris; nemo, qui non audisset ita Apronium dictitasse: præterea conventus honestus Syracusis, multi equites Romani, viri primarii, ex qua copia recuperatores rejici[2] oporteret, qui aliter judicare nullo modo possent. Instat Scandilius poscere recuperatores. Tum iste homo innocens, qui illam suspicionem levare, atque ab se removere cuperet, recuperatores dicit se de cohorte sua daturum. LX. 137. Pro Deum hominumque fidem! quem ego accuso? in quo meam industriam ac diligentiam spectari volo? quid est, quod ego dicendo aut cogitando efficere, aut assequi debeam? Teneo, teneo, inquam,[3] in mediis vectigalibus populi Romani, in ipsis fructibus[4] provinciæ Siciliæ, furem, manifesto avertentem[5] rem frumentariam omnem, pecuniam maximam: teneo, inquam, ita, ut negare non possit. Nam quid hic dicet? Sponsio facta est cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni socium te sibi in decumis[6]

[n] *Tanto animo.*

CAP. LIX. 17 ψ *sella hæc trib.*—18 Lamb. *sibi socium.* Mox, Huyd. non agnoscit *ades.*—19 Græv. et Lall. e Franc. 1. dederunt *Bene ais.* Cf. cap. 62. Tum ψ *tamen si qui:* Huyd. *tamen qui.*—20 Lamb. *Manif. res erat.* Dein *cum* ante *nemo* non habent Huyd. et edd. vett. Orell. uncis inclusit.—1 Huyd. *testis est.*—2 ψ et Huyd. *recipi.*

CAP. LX. 3 Verba *teneo inquam* desunt in edd. ante Steph. qui auctoritate Ms. Nannii ea inseruit.—4 ψ et Huyd. *in ipsius fruct.*—5 *Averrentem* Nannii Ms. Steph. Græv. Beck. et Schutz.—6 *Ni soc. tibi in dec.* nonnullæ edd. vett.

esse dictitaret. Expectant omnes, quantæ[7] tibi ea res curæ sit; quemadmodum hominum existimationi te atque innocentiam tuam probari velis. Hic tu medicum, et haruspicem, et præconem tuum, recuperatores dabis, aut etiam illum ipsum, quem tu in cohorte tua Cassianum judicem habebas, si qua res major esset, Papirium Potamonem,[y] hominem severum, ex vetere illa equestri disciplina? Scandilius postulare de conventu recuperatores. Tum iste negat se de existimatione sua cuiquam, nisi suis, commissurum. Negotiatores putant[8] esse turpe, id forum sibi iniquum ejurare,[o 9] ubi negotientur. Prætor provinciam suam totam sibi iniquam ejurat. 138. O impudentiam singularem! Hic postulat se Romæ absolvi, qui in sua provincia judicavit, se absolvi nullo modo posse? qui plus existimet apud lectissimos senatores pecuniam, quam apud tres negotiatores metum valere?[z] [*p.* 179.] Scandilius vero negat sese apud Artemidorum[a] recuperatorem verbum esse facturum: et tamen auget[10] atque onerat te bonis conditionibus, si tu uti velis: si ex provincia[11] Sicilia tota statuas idoneum judicem, aut recuperatorem nullum posse reperiri, postulat a te, ut Romam rejicias.[12] 139. Hic enimvero tu exclamas, hominem improbum, qui postulet, ibi de tua existimatione judicium fieri, ubi te invidiosum[13] esse intelligat. Negas te Romam rejecturum: negas de

[o] *Recusare.*

---

ni soc. se tibi in dec. Nannii Ms. Steph. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *ni soc. te sibi in dec.* ψ, Franc. 1. et edd. vett. pleræque cum Harles. Beck. Schutz. et Orell. Tum in Huyd. omittitur *esse* ante *dictitaret.*—7 Huyd. *quanti*, et mox *probare velis.*—8 Huyd. *putarem.*—9 ψ *evitare*, et mox *iniquam evitat.*—10 Pro *auget*, Jannoctian. edd. Ascens. Crat. Cam. Lamb. et Orell. habent *urget*, probb. Garaton. et Beck. Pro *onerat* in nonnullis edd. vett. *ornat.*—11 Lamb. *si in prov.*—12 Lamb. et Ms. ad ejus marg. *Rom. rem rej.*—13 Pro *invidiosum* in Huyd. legitur *in judicium.* Tum *intelligebat* Mss. et edd. ante Ern. qui e conj. edidit *intelligat;* et sic Harles. Beck. Schutz. et Orell.—

NOTÆ

[y] *Papirium Potamonem*] Verris scriba fuit Potamo; quem ironice severum appellat.

[z] *Metum valere*] Credidit tres de conventu judices judicaturos severe sine metu prætoris: quare noluit se iis committere.

[a] *Artemidorum*] Verris medicus Artemidorus fuit.

conventu recuperatores daturum: cohortem tuam proponis. Scandilius rem se totam relicturum dicit, et suo tempore [b] esse rediturum.[14] Quid tu ibi tum? quid facis? Scandilium cogis: quid?[15] sponsionem acceptam facere?[p] Impudenter tollis expectatum existimationis tuæ judicium: non facis.[c] 140. Quid ergo? Apronio permittis,[16] ut, quos velit, de cohorte sumat recuperatores? Indignum, uni [d] potius ex iniquis sumendi, quam utrisque [e] ex æquis [q] rejiciendi [f] fieri potestatem. Neutrum facis eorum. Quid ergo? Est aliquid, quod improbius fieri potest.[17] Cogit enim Scandilium quinque illa millia nummum dare atque annumerare[18] Apronio. Quid potuit elegantius facere prætor cupidus existimationis bonæ; qui ab sese omnem suspicionem propulsare,[19] qui se eripere ex infamia cuperet? LXI. Adductus erat in sermonem, invidiam, vituperationem. Dictitarat[20] homo improbus atque impurus, Apronius, socium esse prætorem: venerat res in judicium atque discrimen. Potestas erat isti, homini integro atque innocenti, data, ut,[1] in Apronium cum animadvertisset, sese gravissima levaret infamia.[2] Quid excogitat pœnæ? quid animadversionis in Apronium? cogit Scandilium Apronio ob singularem improbitatem, atque audaciam prædicationemque nefariæ societatis, H-S v millia [3] [g] mercedis ac præmii dare. 141. Quid

[p] *Persequi.* [q] *E conventu.*

14 Voces *et suo temp. esse red.* in Franc. 1. desunt. Dein Huyd. *Quid tu ibi? quid tum facis?* et ψ *Scaud. cogis?* cum interrog. nota.—15 Schutz. e conj. delevit *Quid*. Hotom. conjecit *acceptam missam facere;* et Lamb. *spons. factam missam facere.* In ψ legitur *facere impud.* sine interrog. nota. Porro Ern. maluit *tollas.*—16 Huyd. *promittis.*—17 Lamb. *Estne aliquid quod impr. fieri possit. Est.*—18 Pro *annumerare* in ψ *affirmare.*—19 *Propulsaret* Manut. Grut. Græv. Oliv. et Lall.

CAP. LXI. 20 Huyd. *dictitaret.*—1 Idem Ms. caret *ut.*—2 Lamb. *inf. levaret.*—3 In Nannii Ms. *H-S quingenta millia.* Dein edd. vett. *mercedis no-*

NOTÆ

[b] *Suo tempore*] Id est, commodo sibi, et opportuno tempore.

[c] *Non facis*] Non cogis Scandilium acceptam sponsionem facere.

[d] *Uni*] Id est, Apronio, uni e Verris cohorte.

[e] *Utrisque*] Scandilio et Apronio.

[f] *Rejiciendi*] Poterat enim uterque rejicere, si quem e conventu recuperatorem non probaret.

[g] *H-S V millia*] Quingentas libras.

interfuit, homo audacissime, utrum hoc decerneres; an id, quod Apronius dictitabat,[4] tute de te profiterere ac dictitares? Quem hominem, si quis pudor in te, atque adeo si quis metus fuisset, sine supplicio dimittere non debuisti; hunc abs te[5] sine præmio discedere noluisti. Omnia simul intelligere potuistis,[6] judices, ex uno crimine Scandiliano: primum, hoc non esse Romæ natum de societate decumarum, non ab accusatore fictum;[7] non, ut solemus interdum in defensionibus dicere, crimen domesticum ac[8] vernaculum; non ex tempore periculi tui[h] constitutum; sed vetus [excogitatum[9]] jam, et, te prætore, jactatum, et non ab inimicis Romæ compositum, sed Romam de provincia deportatum.[10] 142. Simul intelligi potest illud istius in Apronium studium, Apronii de isto non modo confessio, verum etiam commemoratio. Eodem accedit, quod hoc quoque[11] intelligere potestis, istum statuisse, in provincia sua existimationis suæ judicium, extra cohortem suam, committendum fuisse nemini.

LXII. Ecquis est judex,[12] cui non ab initio decumani criminis persuasum sit, istum in aratorum bona fortunasque impetum fecisse? quis hoc[13] non ex eo statim judicavit,[14] quod ostendi, istum decumas nova lege, atque adeo nulla lege, contra omnium consuetudinem atque instituta

---

mine ac præmii.—4 *Decerneres quod Apronius dictabat* Steph. et Lamb. Tum *an tu de te* Nannii Ms. Steph. et Lamb. *tu de te* Ven. 1483. Junt. Cam. Græv. Beck. Schutz. et Orell. *tute de te* Mss. nonnulli cum Grut. Oliv. Lall. et Harles. Pro *profiterere* in edd. vett. *proferres.*—5 ψ *hinc abs te.*—6 Lamb. et Ms. ad ejus marg. *intell. potestis.* Mox Huyd. et nonnullæ edd. vett. cum Orell. *ex hoc uno crim.*—7 Huyd. *factum.*—8 '*Domesticum* glossam sapere mihi videtur, et loco interpretationis τοῦ *vernaculum* ab interprete quodam esse ascriptum; quo facto τὸ *ac* insertum est.' *Harles.*—9 *Cogitatum* ψ, Huyd. et al. item Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. In ed. Lamb. 1566. *exagitatum,* ut Gulielm. suspic. Hotom. maluit *cognitum,* et Lamb. *agitatum.* Ern. Harles. Beck. et Orell. uncis includunt. Schutz. e conj. Ernesti delevit.—10 Huyd. *ex prov.* Ms. in marg. ed. Lamb. prob. Garaton. *deportatum,* et sic Harles. Beck. Schutz. et Orell. *exportatum* aliæ edd.—11 Huyd. *Eodem accidit,* et Lamb. *quod ex hoc quoque.*

CAP. LXII. 12 Huyd. *Et quis judices.* Mox idem Ms. ante *persuasum* ad-

NOTÆ

[h] *Periculi tui*] Per periculum intelligitur judicium in quod vocatus est Verres.

vendidisse? 143. Verum, ut istos ego judices tam severos, tam diligentes, tam religiosos non haberem; ecquis est, ex injuriarum magnitudine, improbitate decretorum, judiciorum iniquitate, qui hoc non jamdudum statuerit et judicarit? Etiam sane sit aliquis dissolutior in judicando, legum, officii, reipublicæ sociorum atque amicorum negligentior: [*p.* 180.] quid? is possitne de istius improbitate dubitare, cum tanta lucra[15] facta, tam iniquas pactiones, vi et metu expressas cognoverit? cum tanta præmia civitates,[16] vi atque imperio, virgarum ac mortis metu, non modo Apronio atque ejus similibus, verum etiam Veneriis servis dare coactas?[17] 144. Quodsi quis sociorum incommodis minus[18] movetur; si quem aratorum fugæ, calamitates, exilia, suspendia denique non permovent; non possum dubitare, quin is tamen, cum vastatam Siciliam, relictos agros, ex civitatum literis, et epistola[19] L. Metelli cognoverit, statuat, fieri non posse, ut de isto non severissime judicetur. Erit etiam aliquis,[20] qui hæc omnia dissimulare ac negligere possit. Attuli sponsiones[1] ipso præsente factas de decumarum societate, ab ipso prohibitas judicari. Quid est, quod possit quisquam manifestius[1] hoc desiderare? Non dubito, quin vobis satisfecerim, judices: verumtamen progrediar longius: non mehercule quo magis hoc vobis persuadeatur,[2] quam jam persuasum esse confido; sed ut ille aliquando impudentiæ suæ finem faciat, aliquando desinat, ea se putare posse[3] emere, quæ ipse semper habuit venalia, fidem, jusjurandum, veritatem, officium, religionem; desinant amici ejus ea dictitare, quæ detrimento, maculæ, invidiæ, infamiæ nobis[4] omnibus

dit *periculum*.—13 Huyd. *quis hæc*.—14 ψ et Huyd. *judicabit*.—15 Huyd. *dum tanta lucra*.—16 Ven. 1483. *civitatis*.—17 Huyd. *coactis*.—18 Idem Ms. *nimis*.—19 Lamb. *et ex ep*.—20 ψ et Huyd. *Erat etiam aliq*. Mox Huyd. *negl. posset*. Post *possit* Oliv. et Lall. posuerunt notam interrog.—1 Vulg. *quod posset quisquam man*. sed edd. pr. *quod possetis man*. unde Ern. conj. *quod possit is man*. Harles. Beck. Schutz. et Orell. secuti Ernestum, legunt *quod possit quisq. man*.—2 ψ *quod magis*, et Huyd. *persuadeam*.—3 Iidem Mss. non agnos-

NOTÆ

[1] *Sponsiones*] Rubrii et Scandilii sponsiones indicat.

esse possint. 145. At qui amici? O miserum, atque invidiosum,[5] offensumque paucorum culpa atque indignitate ordinem senatorium! Albam Æmilium sedentem in faucibus macelli[k] loqui palam, 'vicisse' Verrem, emtos habere judices, alium H-S cccc[l] millibus, alium H-S ıɔ,[m] quem minimo,[6] ccc.[n] Atque ei cum responsum esset, fieri non posse; multos testes esse dicturos;[7] me præterea causæ non defuturum; 'Licet, hercules,'[8] inquit, 'omnes omnia dicant in illum; nisi ita res manifesta erit allata, ut responderi nihil possit, vicimus.' 146. Bene ais,[9] Alba:[o] ad tuam veniam conditionem. Nihil putas valere in judiciis conjecturam, nihil suspicionem, nihil anteactæ vitæ existimationem, nihil bonorum virorum[10] testimonia, nihil civitatum auctoritates ac testimonia: res manifestas quæris.[11] Non quæro judices Cassianos: veterem[12] judiciorum severitatem non requiro: vestram in hoc fidem, dignitatem,[13] religionem in judicando non imploro: Albam habebo judicem, eum hominem, qui se ipse scurram[p] improbissimum existimari vult; qui a scurris potius semper gladiator,[q] quam scurra appellatus sit. Afferam rem ejusmodi in decumis, ut

---

cunt *posse*.—4 Pro *nobis* Gulielm. conj. *bonis* legend.—5 Huyd. *O mis., o invid.*—6 Idem Ms. *nummo*.—7 ψ *ducturos*.—8 Franc. 1. *non licet herc.* unde Græv. conj. *non; licet herc.* Paulo post, ψ, Huyd. Ursini Ms. et edd. vett. *dicant in illo*.—9 *Bene ais* Franc. 1. Ven. 1483. Junt. Græv. Oliv. Lall. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *Bene agis* al.—10 Post *virorum* ψ addit *de te*, et Huyd. *de re*.—11 *Auctoritates ac test.: literas manifestas quæris* Mss. plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. Græv. Oliv. Lall. *auctoritates, test., literas; res manif. quæris*, ex Hotomanni conjectura, Manut. Lamb. 1566. Harles. prob. Lall. unde Ern. dedit *auct. ac test.; res manif. quæris*. Lamb. 1584. Beck. Schutz. et Orell. *auct. ac literas: res manif. quær.*—12 Oliv. *veterum*.—13 Schutz. e conj. Herelii *diligentiam*. Cf. I. 51. III. 26. et pro Cluent.

NOTÆ

[k] *In faucibus macelli*] Vide Orat. pro Quintio § 25. not.

[l] *H-S CCCC*] Quadraginta librarum millia.

[m] *H-S IↃ*] Id est, quinquaginta librarum millia.

[n] *CCC*] Triginta librarum millia.

[o] *Alba*] Senator fuit.

[p] *Scurram*] Scurra is dicitur, qui jocularibus verbis mensas ditiorum aucupatur. Id nomen etiam mimis tribuitur, ut apud Juvenal. 'Mimum agit ille, Urbani qualem fugitivus scurra Catulli.'

[q] *Gladiator*] Vilior fuit scurra quam gladiator, nam gladiatores erant servi, scurræ liberi.

Alba fateatur, istum in re frumentaria, et in bonis aratorum, aperte palamque esse [14] prædatum. LXIII. 147. Decumas [15] agri Leontini magno dicit se vendidisse. Ostendi jam illud initio, non existimandum magno vendidisse eum, qui verbo decumas vendiderit, re, et conditione, et lege,[r] et edicto, et licentia decumanorum, decumas aratoribus nullas reliquas fecerit. Etiam illud ostendi, vendidisse alios magno decumas agri Leontini, ceterorumque agrorum; et lege Hieronica vendidisse; et pluris etiam, quam te, vendidisse; nec aratorem quenquam esse questum. Nec enim fuit quod quisquam queri posset,[16] cum lege æquissime scripta venirent: neque illud unquam aratoris interfuit, quanti decumæ venirent. Non enim ita est, ut, si magno venierint, plus arator debeat; si parvo, minus. Ut frumenta nata sunt, ita decumæ veneunt. Aratoris autem interest, ita se frumenta habere, ut decumæ quam plurimo venire possint. Dum arator ne plus decuma det, expedit ei decumam esse quam maximi.[17 s] 148. Verum hoc, ut opinor, esse vis caput defensionis tuæ, magno te decumas vendidisse,[18] agri vero Leontini, qui plurimum efficit, tritici modium CCXVI millibus.[19] [*p.* 181.] Si doceo, pluris aliquanto potuisse te vendere, neque his voluisse addicere, qui contra Apronium licerentur; et Apronio multo minoris, quam aliis potueris, tradidisse;[20] si hoc doceo; poteritne te, Alba, tuus antiquissimus non solum amicus, verum etiam amator, absolvere? LXIV. Dico,[1] equitem Romanum, hominem in primis honestum, Q. Minucium, cum

c. 1.—14 Huyd. caret *esse*.

CAP. LXIII. 15 Huyd. *Decuma*.—16 Huyd. *queri possit;* et mox idem Ms. ac ψ *scripta viderent*.—17 ψ, Huyd. et cdd. vett. *maximam*.—18 Post *vendidisse* Lambinus ex uno Ms. recepit additamentum, *atque aliorum quidem agrorum pro portione magno decumas vendidisse;* quæ verba Grut. uncis inclusit.—19 Edd. vett. *mod. CCVI mill.* ψ *modia CCXVI millia*.—20 Lamb. *potueris vendere, trad.* et mox *te iste Alba*.

NOTÆ

[r] *Lege*] Legem ait, quam Verres ad suam libidinem tulit.

[s] *Quam maximi*] Id est, vendi medimnis quamplurimis: nam quo pluris veneunt, eo plus aratori relinquitur.

sui similibus,[2] ad decumas agri Leontini tritici modium non CIↃ, non CIↃ CIↃ, non CIↃ CIↃ CIↃ, sed ad unas[3] unius agri decumas tritici modium XXX millia voluisse addere, et ei potestatem emendi non esse factam, ne res abiret[4] ab Apronio.[r] 149. Negare hoc, nisi forte negare omnia constituisti, nullo modo potes. Palam res gesta est, maximo conventu, Syracusis: testis est tota provincia, propterea quod undique ad emendas decumas solent eo convenire. Quod sive fateris, sive convinceris; quot et quam manifestis in rebus[5] teneare,[s] non vides? Primum tuam rem illam et prædam fuisse: nam, nisi ita esset, cur tu Apronium malebas (quem omnes tuum procurare in decumis negotium loquebantur)[6] quam Minucium, decumas agri Leontini sumere? Deinde immensum atque infinitum lucrum esse factum: nam si XXX millibus modium tritici[7] tu commotus non esses; certe hoc idem lucri Minucius Apronio libenter dedisset, si ille accipere voluisset. 150. Quantam igitur illi spem prædæ propositam arbitramur fuisse, qui tantum præsens lucrum, nulla opera insumta, contemserit atque despexerit? Deinde ipse Minucius nunquam tanti habere voluisset, si decumas tu lege Hieronica venderes: sed quod tuis novis edictis et iniquissimis institutis plus aliquanto se, quam decumas, ablaturum[8] videbat, idcirco longius progressus est. At Apronio semper plus etiam multo abs te permissum est, quam quod edixeras.[9] Quantum igitur quæstum putamus factum esse per eum, cui quidvis licitum sit; cum tantum lucri voluerit[10] addere is, cui, si decumas emisset, idem non liceret? 151. Postremo illa quidem certe tibi præcisa defensio est, in qua tu semper omnia tua furta atque flagitia latere posse arbitratus

[r] *Ne Apronius excludatur.* [s] *Convincant te.*

CAP. LXIV. 1 *Doceo* ψ, Hnyd. Franc. 1. et Ven. 1483.—2 Hnyd. *cum suis sim.*—3 Idem Ms. omittit *unas.*—4 In eodem Ms. *abirent.*—5 Hnyd. *sive communiceris: quod et quam maximis in rebus.* ψ et editiones veteres quoque *maximis in rebus.*—6 Lambinus *quem omn. tuum procuratorem esse in decumis, tuum negotium agere loq.*—7 Nonnullæ edd. vett. *DXXX mod. trit.* Ferratius vult *non*, post *commotus*, deleri.—8 ψ *allatu-*

es; magno te decumas vendidisse; plebi Romanæ consuluisse; annonæ prospexisse. Non potest hoc dicere is, qui negare non potest, se unius agri decumas XXX millibus [11] modium minoris, quam potuerit,[12] vendidisse; ut etiam, si tibi hoc concedam, Minucio ideo te non tradidisse, quod jam addixisses Apronio; (aiunt enim te ita dictitare,[13] quod ego expecto, cupioque te ita [14] illud defendere) verum ut ita sit, tamen non potes hoc, quasi præclarum aliquid, prædicare,[15] magno te decumas vendidisse, cum fuisse fateare, qui multo pluris voluerint emere.

LXV. 152. Tenetur igitur [16] jam, judices, et manifesto tenetur avaritia, cupiditas hominis, scelus, improbitas, audacia. Quid si hæc, quæ dico, ipsius amici defensoresque judicarunt? quid vultis amplius? Adventu L. Metelli, prætoris, cum omnes ejus comites iste sibi suo illo panchresto medicamento [t] amicos reddidisset; [17] aditum est ad Metellum: eductus est Apronius: [u] eduxit vir primarius C. Gallius,[18] senator: postulavit a L. Metello, ut ex edicto suo judicium daret in Apronium, 'Quod per vim aut metum[19] abstulisset:' [x] quam formulam Octavianam,[y] et Romæ Metellus habuerat,[z] et habebat in provincia.

[z] *Servaverat.*

---

rum.—9 Huyd. *dixeras.*—10 Idem Ms. *noluerit.*—11 In quibusdam Mss. et edd. ante Steph. deest *millibus.*—12 Huyd. *potuere.*—13 Idem Ms. *dictare.*—14 Edd. ante Steph. non agnoscunt *ita.*—15 In Huyd. *prædicere.*

CAP. LXV. 16 E Nannii Ms. *ergo* dederunt Steph. Lamb. Græv. Beck. Schutz. et Orell. In Huyd. nec *ergo* nec *igitur* legitur.—17 *Redemisset* ψ, Huyd. et edd. ante Steph. qui auctoritate Nannii Ms. edidit *reddidisset:* et sic edd. recentt. Dein Ursini Ms. *aditus est Metellus*, et Franc. 1. *adductus est Apr.*—18 Al. *Gallus.* Tum verbum *postulavit* omittunt Mss. nonnulli et edd. ante Steph. qui id inseruit auctoritate Ms. Nannii.—19 *Per* post *quod*

NOTÆ

[t] *Panchresto medicamento*] Medicamentum panchrestum dicitur, quod ad omnia utile est, qualis illa herba quæ a Græcis panacæa nominatur. Hic autem pecuniam significat, qua omnes sibi devinciebat.

[u] *Eductus est Apronius*] Id est, in jus vocatus est.

[x] *Quod per vim aut metum abstulisset*] Hæc fuit formula, quæ a prætore Metello data est, et secundum quam judices debebant judicare: quod nempe per vim et metum ab aratoribus Siculis multa Apronius abstulisset.

[y] *Formulam Octavianam*] Formulam significat, quæ ab Octavio prætore instituta est.

Non impetrat; cum hoc diceret Metellus, præjudicium[z] a se[zz] de capite C. Verris per hoc judicium nolle fieri. Tota Metelli cohors, hominum non ingratorum,[a] aderat Apronio. [*p.* 182.] C. Gallius, homo nostri ordinis,[1] a suo familiarissimo L. Metello judicium ex edicto non potest impetrare. 153. Non reprehendo Metellum: pepercit homini amico, et quemadmodum ipsum dicere audivi, necessario.[a] Non reprehendo, inquam, Metellum: sed hoc miror, quomodo, de quo homine præjudicium noluerit fieri per recuperatores, de hoc ipso non modo præjudicarit, verum gravissime ac vehementissime judicarit. Primum enim, si Apronium absolutum iri putaret, nihil erat, quod ullum præjudicium[2] vereretur. Deinde, si condemnato Apronio, conjunctam cum eo Verris causam omnes erant existimaturi; Metellus quidem certe jam hoc judicabat, eorum rem causamque esse conjunctam; qui statuerit, Apronio condemnato, de isto præjudicium[3] futurum. Et simul una res utrique rei est argumento,[4] et aratores vi et metu coactos Apronio multo plus, quam debuerint,[5] dedisse; et Apronium[6] istius rem suo nomine egisse,[7] cum L. Metellus statuerit, non posse Apronium condemnari, quin simul de istius scelere atque improbitate judicaretur.

LXVI. 154. Venio nunc ad epistolam Timarchidis,[8] liberti istius et accensi;[b] de qua cum dixero, totum hoc

[a] *Cognato.*

---

non agnoscunt ♆ et Huyd. In ed. Lamb. *Quod per vim ac metum.*—20 ♆, Huyd. et edd. vett. *præjud. se*, sine præpositione.—1 ♆, Ven. 1483. Junt. *restri ord.*—2 ♆ *absol. rei put.: nihil erat, quo ullum præj.*—3 ♆, Huyd. Ven. 1483. Junt. *judicium.*—4 Huyd. *rei esse arg.*—5 Idem Ms. *debuerit.*—6 ♆ *Apronio.*—7 Huyd. *gessisse.*

CAP. LXVI. 8 Lamb. et Ms. ad ejus marg. cum Beck. *Timarchidi.* Cf.

NOTÆ

[z] *Præjudicium*] Dicitur præjudicium quicquid, prius judicatum, sequentibus judiciis exemplum aliquod allaturum est. Ita Brisson.

[a] *Non ingratorum*] Ministri Metelli nolebant esse ingrati et immemores ob acceptam ab Apronio pecuniam, vel suis ei testimoniis nocere.

[b] *Accensi*] Nomen erat ordinis in militia; et inde dicti sunt accensi, quod ad multas res, easque necessarias accirentur. Cum munus autem

crimen decumanum perorabo.[9] Hæc epistola est, judices, quam nos Syracusis in ædibus Apronii, cum literas conquireremus,[10] invenimus. Missa est, ut ipsa significat, ex itinere, cum Verres jam de provincia decessisset, Timarchidis manu scripta. Recita epistolam Timarchidis. 'Timarchides Verris accensus Apronio salutem dicit.' Jam hoc quidem non reprehendo, quod ascripsit, 'accensus:' cur enim sibi hoc scribæ[11] soli sumant? 'L. Papirius scriba.' Volo ego hoc esse commune [accensorum,[12] c] lictorum, viatorum. 'Fac diligentiam adhibeas, quod ad existimationem prætoris attinet.' Commendat Apronio Verrem, et hortatur, ut inimicis ejus resistat. Bono præsidio munitur existimatio tua, si quidem in Apronii constituitur diligentia atque auctoritate. 'Habes virtutem atque eloquentiam.' 155. Quam copiose laudatur Apronius a Timarchide! quam magnifice! cui ego non putem illum placere oportere, qui tantopere Timarchidi probatus sit? 'Habes, sumtum unde facias.' Necesse est, quod redundarit[13] de vestro frumentario quæstu, ad illum potissimum, per quem agebatis,[14] defluxisse. 'Scribas, apparitores recentes[d] arripe. Cum L. Vulteio, qui plurimum potest, cæde, concide.' Videte, quam valde malitiæ[15] suæ confidat Timarchides, qui etiam Apronio improbitatis præcepta det. Jam hoc, 'Cæde,[16] concide;'[e] non

11. 54. IV. 10. V. 7.—9 Nannii Ms. et Pariss. cum Steph. Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *peroraro.*—10 Huyd. *conquiremus.*—11 Huyd. *scribere.*—12 Quidam judicant *accensorum* esse a glossatore.—13 Huyd. et editiones veteres *redundaret.*—14 Huyd. *aiebatis.*—15 Lambinus *militiæ.*—16 *Cæde* in Huyd. deest. Tum Nannii Ms. Steph. Gruterus, Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *nonne verba domo:* Ven. 1483. *non vobis a domo:* Junt. Crat. et Harles. *non verba domo.* Lamb. conj.

NOTÆ

illud honestum esset, vult Cicero significare hunc Timarchidem hoc honore indignum fuisse, utpote vilem hominem et contaminatum.

c *Commune accensorum, &c.*] Ut qui est accensus, ascribat, accensus; qui lictor, lictor; qui viator, viator; et, quod licet scribis, idem omnibus apparitoribus liceat.

d *Apparitores recentes*] Eos indicat apparitores, qui paucis ante diebus venerunt cum Metello: hoc autem nomine fere omnes prætoris ministri intelliguntur.

e *Cæde, concide*] Id est, omnia effice, nihil omitte, ut eum habeas in tua potestate.

verba domo patroni depromere videtur, ad omne genus nequitiæ accommodata? 'Volo, mi frater, fraterculo[17] tuo credas.' Consorti quidem in lucris atque furtis, gemino et simillimo[18] nequitia, improbitate, audacia. LXVII. 'In cohorte carus habebere.'[19] Quid est hoc, 'in cohorte?' quo pertinet? Apronium doces? quid? in vestram cohortem,[20] te monitore, an sua sponte pervenerat? 'Quod cuique opus sit, oppone.'[x 1] Qua impudentia putatis eum in dominatione fuisse, qui in fuga[f] tam improbus sit? ait, omnia pecunia effici posse: da, profunde, oppone,[2] si velis vincere. [*p.* 183.] Non hoc mihi tam molestum est, Apronio suadere Timarchidem, quam quod hoc idem patrono suo præcipit:[3] 'Te postulante[g] omnes vincere solent.' 156. Verre quidem prætore, non Sacerdote, non Peducæo,[h] non hoc ipso Metello.[4] 'Scis Metellum sapientem esse.' Hoc vero ferri jam[5] non potest, irrideri viri optimi, L. Metelli, ingenium, et contemni ac despici[6] a fugitivo Timarchide. 'Si Vulteium habebis, omnia ludibundus[y] conficies.'[7] Hic vehementer errat[8] Timarchides, qui aut Vulteium pecunia corrumpi putet posse, aut Metellum unius arbitratu gerere prætoram: sed erravit conjectura domestica;[i] quia multos,

[x] *Appone.* [y] *Ludendo.*

nonne vobis verba domo.—17 Mss. plerique et edd. vett. *Volo mihi frat.*—18 Huyd. *gemino consimillimo.*

CAP. LXVII. 19 Mss. nonnulli et edd. vett. *habeare:* Steph. *habere.*—20 Huyd. *in vestra cohorte.*—1 Mss. aliqui et edd. vett. cum Orell. *appone.*—2 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. et Orell. *dare, profundere, apponere:* Pall. Crat. Vict. Steph. et Beck. *dare, profundere, opponere:* Lamb. et Schutz. *dare, profundere oportere:* ex Hotomanni conjectura dederunt Grut. Græv. Oliv. Lall. Harles. *da, profunde, oppone.*—3 ψ et Huyd. *præcepit,* quod Manut. malebat.—4 Edd. nonnullæ, teste Hotomanno, *non hoc ipso. Non hoc ipso Metello.*—5 Pal. 1. *fieri utique jam:* Pal. 2. *sperari jam.*—6 Huyd. *cont. et desp.*—7 Mss. nonnulli et edd. vett. *perficies.* In Huyd. *ludibundiis perficies.*—8 Franc. 1.

NOTÆ

[f] *In fuga*] Cum abiret e provincia cum Verre patrono suo.

[g] *Te postulante*] Apud prætorem.

[h] *Non Sacerdote, non Peducæo*] Sacerdos et Peducæus, ante Verrem prætores, viri integri et puri fuerunt.

[i] *Conjectura domestica*] Conjecturam fecit e familia et cohorte Verris sceleratissima, quod tam facile alios, quam qui cum Verre erant, pecunia corrumpi posse credidit.

per se et per alios, multa ludibundos libidinose[9] apud Verrem effecisse vidit; ad omnes, eosdem patere aditus arbitrabatur.[10] Facilius vos efficiebatis ludibundi, quæ volebatis a Verre, quod multa ejus ludorum genera noratis. 'Inculcatum est[z] Metello et Vulteio, te aratores evertisse.' Quis istuc Apronio attribuebat, cum aratorem aliquem everterat? aut Timarchidi, cum ob judicandum, aut decernendum, aut imperandum aliquid, aut remittendum, pecuniam acceperat? aut Sextio lictori,[11] cum aliquem innocentem securi percusserat? Nemo. Omnes[12] ei Verri tunc attribuebant, quem nunc condemnari volunt. 157. 'Obtuderunt ejus aures, te socium prætoris fuisse.' Videsne, hoc quam clarum sit ac fuerit,[13] cum etiam Timarchides hoc metuat? concedesne, non hoc[14] crimen nos in te confingere, sed jampridem ad crimen aliquam defensionem libertum quærere? Libertus et accensus tuus, et tibi ac liberis tuis, omnibus in rebus, conjunctus ac proximus, ad Apronium scribit, vulgo esse ab omnibus ita demonstratum Metello, tibi Apronium in decumis socium fuisse. 'Fac sciat improbitatem aratorum: ipsi sudabunt, si Dii volunt.'[15] Quod istuc, per Deos immortales! aut qua de causa excitatum esse dicamus in aratores tam infestum odium atque tantum? quantam injuriam fecerunt Verri aratores, ut eos etiam libertus et accensus ejus tam irato animo his literis[16] insequatur? LXVIII. Neque ego hujus fugitivi, judices, epistolam vobis recitassem, nisi ut ex ea totius familiæ præcepta, et instituta, et disciplinam cognosceretis. Videtis, ut moneat Apronium?

[z] *Persuasum est fortiter.*

Lamb. Græv. Beck. Schutz. et Orell. *errat:* Huyd. *errant.*—9 Huyd. *ludibundis.* Vox *libidinose* deest in Mss. quibusdam et edd. ante Ald. Eam Schutz. delevit.—10 *Arbitratur* ψ, Franc. 1. Lamb. Græv. Beck. et Schutz. —11 Huyd. *Sectio litore.*—12 Manut. ed. *ad omne.*—13 Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. *sit et fuerit.*—14 *Concedes non* Ven. Junt. Crat. Grut. Oliv. et Lall. *concedes, non hunc hoc* Lamb. *concedesne* e Ms. Nannii ediderunt Steph. Græv. Harles. Beck. Schutz. et Orell.—15 *Volent* Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Oliv. et Lall.—16 *An. aut lit.* ψ et Huyd. *an. ut lit.* Ven. 1483. Junt. *an. ac lit.* Ms. ad marg. ed. Lamb.

quibus rebus[17] ac muneribus insinuet in familiaritatem Metelli? Vulteium corrumpat? scribas accensumque pretio deleniat? Ea præcipit, quæ vidit: ea monet[18] alienum hominem, quæ domi didicit ipse. Verum in hoc errat[19] uno, quod easdem existimat vias ad omnium familiaritates esse munitas. 158. Quanquam merito sum iratus Metello,[k] tamen hæc, quæ vera sunt, dicam. Apronius ipsum Metellum non pretio, ut Verrem, non convivio, non muliere, non sermone incauto atque improbo[20] posset corrumpere; quibus rebus non sensim atque moderate ad istius amicitiam arrepserat, sed brevi tempore totum hominem, totamque ejus prætoram possederat. Cohortem autem Metelli, quam vocat, quid erat, quod corrumperet, ex qua recuperatores[1] nulli dabantur? 159. Nam quod scribit, Metelli filium puerum esse, vehementer errat: non enim ad omnes prætorum filios iidem aditus sunt. O Timarchide, Metelli est filius in provincia, non puer, sed adolescens bonus ac pudens,[2] dignus illo loco ac nomine: vester ille[3] puer prætextatus,[l] in provincia quemadmodum fuisset, non dicerem, si pueri esse illam culpam, ac non patris existimarem. [*p.* 184.] Tune, cum te ac tuam vitam nosses,[4] in Siciliam tecum grandem prætextatum filium ducebas? ut, etiamsi natura puerum a paternis vitiis, atque a generis similitudine abduceret, consuetudo tamen eum et disciplina degenerare non sineret? 160. Fac enim fuisse in isto C. Lælii, M. Catonis[5] [m] materiem [a] atque indolem; quid ex eo

[a] *Naturam egregiam.*

Cap. lxviii. 17 In Huyd. deest *rebus*. Hotom. legi voluit *quibus se rebus*. Auctoritate Ms. Nannii *se insinuet* dederunt Steph. et Lamb.—18 Huyd. *et monet*.—19 Edd. vett. *erat*.—20 Nannii Ms. Steph. Lamb. Græv. Beck. Schutz. et Orell. *impuro atque impr.* Ern. conj. *incesto atque impr.*—1 *Ex qua in aratorem recup.* Nannii Ms. duo Pariss. cum Steph. Lamb. Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. improb. Ern.—2 ψ *prudens*.—3 Huyd. *Videtur ille*.—4 Huyd. *nosces*.—5 *In eo aut C. Lælii aut M. Catonis* Nannii Ms. unde Steph.

NOTÆ

[k] *Iratus Metello*] Quia testes retinuit.

[l] *Prætextatus*] De hac voce dictum est lib. I. § 113. not.

[m] *C. Lælii, M. Catonis*] Lælius et Cato sapientes habiti, et nominati sunt. De Catone illo censorio, vide Cic. de Off. l. III.

boni sperari atque effici potest, qui in patris luxurie sic vixerit, ut nullum unquam pudicum [6] neque sobrium convivium viderit? qui in epulis quotidianis, adulta ætate, per triennium inter impudicas [7] mulieres et intemperantes viros versatus sit? nihil unquam a patre audierit,[8] quo pudentior aut melior esset? nihil unquam patrem agere viderit,[9] quod cum imitatus esset, non, id quod turpissimum est, patri similis [10] putaretur? LXIX. 161. Quibus in rebus non solum filio, verum [11] etiam reipublicæ fecisti injuriam. Susceperas enim liberos non solum tibi, sed etiam patriæ; qui non modo tibi voluptati, sed etiam qui aliquando usui reipublicæ esse possent. Eos instituere atque erudire ad majorum instituta, atque civitatis disciplinam, non ad tuas turpitudines [12] debuisti. Esset ex inerti, atque impuro, et improbo parente navus, et pudens,[13] et probus filius. Haberet aliquid abs te respublica muneris. Nunc pro te Verrem substituisti [14] alterum civitati: nisi hoc forte deterior est, si fieri potest, quod tu ejusmodi evasisti, non in hominis luxuriosi, sed tantum in furis ac divisoris [n] disciplina educatus. 162. Quid isto festivius [b] fore arbitramur, qui est tuus natura filius, consuetudine discipulus, voluntate similis? Quem ego, judices, quamvis [15] bonum fortemque facile paterer evadere. Non enim me inimicitiæ commo-

[b] *Amabilius.*

---

et Lamb. exhibent *in eo C. Lælii, M. Catonis:* Græv. Beck. et Schutz. *in isto aut C. Lælii aut M. Catonis.* Vulg. ut Ern. Pro *materiem* Lamb. conj. *naturam.*—6 Ern. suspic. *neque pud.* legend.—7 Huyd. *pudicas.*—8 *A patre audivit, quo pud.* nonnullæ edd. vett. *audivit a patre, quo prudentior* Nannii Ms. —9 *Patrem facere vidit* Nannii Ms.—10 Edd. ante Steph. *similis patri.* ' Forte *patris similis.* Cf. infra v. 12. § 30.' *Orell.*

CAP. LXIX. 11 Pro *Quibus in rebus* Herel. mavult *Quibus moribus* legi. Lamb. conj. *non solum filio, Verres, verum.*—12 ' *Non ad tua flagitia, neque ad tuas turp.* Lamb. e Mss. ut ait. In nullo tamen hoc supplementum postea repertum est. Recepernnt Grut. Græv. (prob. Garaton.) Beck. Schutz. Omittunt *ad tua flagitia neque* edd. vett. Lamb. Ern.' *Orell.* qui cum Oliv. et Lall. ea verba servavit. Tum præpositio ante *inerti* in edd. vett. deest.— —13 Huyd. *prudens.*—14 In eodem Ms. *Hunc pro te Verrem substitisti.*—

NOTÆ

[n] *Divisoris*] Divisores dicebantur, qui per singulas tribus pecuniam dividebant, ut suffragia populi emerent.

vent, si quæ mihi cum isto futuræ sint : nam si in omnibus rebus innocens fuero, meique similis, quid mihi istius inimicitiæ nocebunt? sin aliqua in re Verri similis fuero ; non magis mihi deerit inimicus, quam Verri defuit. Etenim, judices, ejusmodi respublica debet esse, et erit, severitate[16] judiciorum constituta, ut inimicus neque deesse nocenti possit, neque obesse innocenti. Quapropter nulla res est, quamobrem ego istum nolim ex paternis probris ac vitiis emergere : id quod tametsi isti difficile est, tamen haud scio an fieri possit ; præsertim si (ut nunc fit) custodes amicorum eum sectabuntur ; quoniam pater tam[17] negligens ac dissolutus est. 163. Verum huc longius, quam voluntas fuit, ab epistola Timarchidis degressa est oratio mea. Qua recitata, conclusurum me esse crimen decumarum[18] dixeram ; ex quo intellexistis, innumerabilem frumenti numerum per triennium aversum a republica esse ereptumque[19] aratoribus.

LXX. Sequitur, ut de frumento emto vos, judices, doceam, maximo atque impudentissimo furto ; de quo dum certa, et pauca, et magna dicam breviter, attendite. Frumentum[20] emere [o] in Sicilia debuit Verres ex senatusconsulto, et ex lege Terentia et Cassia [p] frumentaria. Emundi duo genera [r] fuerunt : unum alterarum [2] decumarum ; [q] alte-

15 Al. *quantumvis*.—16 *Veritate* ψ, Huyd. Franc. 1. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag.—17 Huyd. non habet *tam*.—18 Lamb. 1566. et Schutz. *decumanum*, prob. Beck.—19 ψ, Huyd. et edd. vett. *abreptumque*.

CAP. LXX. 20 Ante *Frumentum* Huyd. addit *DE FRUMENTO*.—1 In eodem Ms. desunt verba *Emundi duo genera*.—2 *Ceterarum* ψ, Pall. Ven. 1483.

NOTÆ

[o] *Frumentum emere*] Tenebantur Siculi lege Rupilia pop. Rom. frumenti quantum vellet, certo pretio vendere. Collecta ex eo pecunia attribuebatur prætori, qui populo frumenti numerum, quem is posceret, curabat.

[p] *Ex lege Terentia et Cassia*] Tulerunt hanc legem, quæ frumentaria dicta est, M. Terentius Lucullus, C. Cassius coss. A. U. C. 690. uti frumenti alteræ decumæ a provinciis coëmerentur pretio in modios trium sestertiorum constituto : item ut civitatibus æqualiter imperaretur, pretio in modios singulos sestertiorum quatuor constituto.

[q] *Alterarum decumarum*] Præter primas decumas, alteras Siculi, accepta a prætore pecunia, dare populo Rom. debebant.

rum, quod præterea civitatibus æqualiter [3] esset distributum. Illius decumani tantum, quantum ex primis decumis fuisset; hujus imperati [4] tritici modium ıoccc millia: pretium autem constitutum decumano in modios singulos H-S terni; imperato H-S IIII. Ita in frumentum imperatum H-S bis et tricies [r] in annos singulos Verri decernebatur, quod aratoribus solveret: in alteras decumas ferme ad nonagies.[s] Sic per triennium ad hanc frumenti emtionem Siciliensem prope centies et tricies [t] erogatum est. 164. [*p.* 185.] Hanc pecuniam tantam, datam tibi ex ærario inopi atque exhausto ;[5] datam ad frumentum, hoc est, ad necessitatem salutis et vitæ; datam, ut Siculis aratoribus, quibus tanta onera respublica imponeret, solveretur; abs te sic laceratam [6] esse dico, ut possim illud probare, si velim, omnem te hanc [7] pecuniam domum tuam avertisse: etenim, sic hanc rem totam administrasti, ut hoc, quod dico, probari æquissimo judici possit. Sed ego habebo rationem auctoritatis meæ: meminero, quo animo, quo consilio ad causam publicam accesserim. Non agam tecum accu-

Junt. Grut. Oliv. Hinc *certarum* Crat. et Cam. In Nannii Ms. et Steph. *unum decum.* omisso verbo intermedio.—3 Huyd. *æquabiliter.* Pro *distributum* Schutz. e conj. Ern. prob. Wyttenbach. dedit *descriptum.*—4 Verba *hujus imperati* non agnoscunt ψ, Huyd. Pall. et edd. vett. Lamb. delevit *imperati* e conj. Hotomanni. ' Sequentia sic exhibentur a Grut. et posterioribus edd. (*H-S terni* e Ms. Hotom.) sed Ven. 1483. Junt. sic, *decumano in mod. sing. H-S ternos duodetricies imperato H-S IIII. ita ut frum. imp. Hi duo de tricies in ann. sing. Verri decern. quod ar. solveret in alteras dec. ferme ad nonag., sic per tr. &c.* Crat. *dec. in mod. sing. H-S ternis: imperato, H-S IIII. ita in frum. imperatum H-S duodetricies, &c.* ut supra. Hervag. Cam. et Car. Steph. *dec. in mod. sing. H-S ternos, imperato H-S IIII. ita in frum. imperatum H-S duodevicies* (sic Steph. sed Hervag. Cam. *duodetricies*) *in ann. sing. Verri decern., quod ar. solveret, in alt. dec. fere* (sic Steph. *ferme* Hervag. Cam.) *ad nonagies. Sic. . . . . vicies erogatum,* omisso *est.* Lamb. 1566. *dec. in mod. sing. H-S terni, imperato H-S IIII. ita in frum. imperatum bis et tricies H-S . . . in alt. dec. fere ad nonagies. Sic per tr. . . . . vicies erog.,* omisso *est. Fere* habet cod. Nann. (*ferme* sane Livianum est potius ;) idemque omittit *est.*' Orell.—5 In Manutii Comment. legitur *angusto.*—6 Steph. *lucrifactam.*—7 In Franc. 1. *te hanc* omittuntur. Tum *revertisse* habent ψ, Huyd. Franc. 1. Ven. 1483. Junt.

NOTÆ

[r] *Bis et tricies*] Decies centena millia sestertiorum sunt quo numero centena librarum millia efficiuntur.

[s] *Nonagies*] Nonaginta librarum millia.

[t] *Centies et tricies*] Trecenta librarum millia sunt.

satorie:[8] nihil fingam: nihil cuiquam[9] probari velim, me dicente, quod non ante mihimetipsi probatum sit. 165. In hac pecunia publica, judices, hæc insunt tria genera furtorum. Primum cum posita esset pecunia apud eas societates, unde erat attributa, binis centesimis[10 u] fœneratus est; deinde permultis civitatibus pro frumento nihil solvit omnino; postremo, si cui civitati solvit, tantum detraxit, quantum commodum fuit: nulli, quod debitum est, reddidit.

LXXI. Ac primum hoc ex te quæro; [tu,[11]] cui publicani ex Carpinatii[12] literis gratias egerunt; pecunia publica ex ærario erogata, ex vectigalibus populi Romani ad emendum frumentum attributa, fueritne tibi quæstui? pensitaritne tibi binas centesimas? Credo te negaturum: turpis enim est et periculosa confessio. 166. Mihi autem hoc perarduum est demonstrare. Quibus enim testibus? publicanis? tractati[13] honorifice sunt: tacebunt. Literis eorum? decreto decumanorum remotæ sunt. Quo me igitur vertam? Rem tam improbam, crimen tantæ audaciæ, tantæque impudentiæ,[14] propter inopiam testium ac literarum prætermittam? non faciam, judices. Utar teste. Quo? P. Vettio[15] Chilone, homine equestris ordinis honestissimo atque ornatissimo; qui isti ita amicus[16] et necessarius est,

—8 Huyd. *accusatori.*—9 ψ, Huyd. et edd. vett. non habent *cuiquam.*—10 '*Primum eam, cum posita esset apud eas soc., unde erat attr., binis centes.*] Sic Ven. Junt. Crat. Steph. Lamb. 1566. et 1584. eaque sincera lectio videtur. *Primum cum pos. esset pecunia apud eas soc. unde attr. est, binis eam cent.* Lamb. in marg. 1584. sic Grut. seqq. nisi quod *eam* omiserunt. *Pecunia* manifestum est gloss.' *Orell.*

CAP. LXXI. 11 Pronomen *tu* quidam putabant spurium esse; ergo Schutz. delevit. Ern. arbitrabatur legend. *quæro ex te, cui, &c.* Vid. Nott. Varr.—12 ψ et edd. vett. *ex Arpinatii:* Huyd. *exarpinati.*—13 *Publicani tractati* ψ, Huyd. et edd. ante Lamb. qui e Mss. edidit *publicanis? tractatis,* ut vulg. Mox *Literæ eorum decreto* Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. qui e Mss. quoque edidit *Literis eorum? Decreto,* ut vulg.—14 ψ *impudicitiæ.*—15 *P. Vectio,* h. l. et semper, edd. ante Lamb. *L. Vettio* Manut. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *L. Vectio* ceteri.—16 Ven. 1483. Junt. *isti et am.* Lamb. *isti ita*

NOTÆ

u *Binis centesimis*] Centesimæ dicuntur, cum singulis mensibus pars sortis centesima usuræ nomine persolvitur: ut si in centum sestertiorum millia singulis mensibus mille sestertii solvuntur; binæ cum duo millia. Ita Hotom. lib. de Usuris.

ut, etiamsi vir bonus non esset, tamen, quod contra istum diceret, grave videretur: ita vir bonus est, ut, etiamsi inimicissimus isti esset, tamen ejus testimonio credi oporteret. 167. Admiratur et expectat, quidnam Vettius dicturus sit. Nihil dicet[17] ex tempore;[c] nihil ex sua voluntate; nihil, ut ei utrumvis[18] licuisse videatur. Misit in Siciliam literas ad Carpinatium, cum esset magister scripturæ,[x] et ejus societatis publicanorum,[19] quas ego Syracusis, apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romæ, in literarum missarum apud magistrum Tullium,[20] familiarem tuum, inveni: quibus ex literis impudentiam fœnerationis,[1] quæso, cognoscite. (*Literæ missæ L. Vettii, L. Servilii, C. Antistii,*[2] *magistrorum.*) Præsto se tibi ait futurum Vettius, et observaturum, quemadmodum rationes ad ærarium referas; ut, si hanc ex fœnore populo pecuniam non retuleris, reddas societati. 168. Possumus hoc teste, possumus P. Servilii et C. Antistii, magistrorum,[3] primorum hominum atque honestissimorum, possumus auctoritate societatis, cujus literis[4] utimur, quod dicimus, obtinere? an aliqua firmiora, aut graviora[5] quærenda sunt? LXXII. Vettius, tuus familiarissimus; Vettius, tuus affinis, cujus sororem habes in matrimonio; tuæ frater uxoris Vettius, frater tui quæstoris, testatur[6] impudentissimum tuum fur-

[c] *Accommodatum tempori.*

et am. ψ et Huyd. *isti am.*—17 Huyd. *dicit.*—18 *Nihil cum utrumvis* ψ, Huyd. et edd. vett. Ante *licuisse* edd. paucæ addunt *fieri.*—19 *Script. et sex publicorum, quos* ψ, Huyd. et Pall. *script. et sex. publicanorum* Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. *script. et ejus soc. publicanorum* vulg. e Ms. Hotomanni. Copulam *et* Orell. uncis inclusit.—20 Auctoritate Ms. Nannii prænomen *L.* ante *Tullium* addiderunt Beck. et Orell..—1 *Fœneratoris* ψ, Huyd. Nannii Ms. et Steph.—2 *Missæ* abest ab ed. Lamb. *P. Servilii*, pro *L. Servilii*, habent omnes præter Lall. Beck. Schutz. et Orell. sed mox omnes *P. Servilii.* Dein *C. Antistitis* ψ, Huyd. et edd. ante Lamb.—3 Post *magistrorum*, auctoritate Nannii Ms., vocem *literis* addiderunt Steph. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. Eam delevit Ern.—4 *Literis* in Huyd. deest.—5 Græv. e Franc. 1. edidit *an graviora.*

CAP. LXXII. 6 Ab edd. vett. abest *testatur*, quod Ern. volebat collocari

NOTÆ

[x] *Magister scripturæ*] Vettius, non Carpinatius, magister fuit scripturæ, id est rationum pecuariorum.

tum, certissimumque peculatum: (nam quo alio nomine pecuniæ publicæ fœneratio est appellanda?) Recita reliqua. Scribam tuum dicunt,[7] Verres, hujus perscriptorem[8] fœnerationis fuisse: ei quoque magistri minantur in literis. Etenim casu [scribæ[9]] tum duo magistri fuerunt cum Vettio. Binas centesimas ab se ablatas ferendum non putant;[10] et recte non putant. [*p.* 186.] Quis enim hoc fecit unquam? quis denique conatus est facere, aut posse fieri cogitavit, ut, cum senatus publicanos usura[11] sæpe juvisset, magistratus a publicanis pecuniam pro usuris auderet auferre? Certe huic[12] homini spes nulla salutis esset, si publicani, hoc est, si equites Romani judicarent. 169. Minor esse nunc,[13] judices, vobis disceptantibus debet; et tanto minor, quanto est honestius, alienis injuriis, quam re[14] sua commoveri. Quid ad hæc respondere cogitas? Utrum factum negabis? an tibi hoc licitum esse defendes? Negare qui potes? an ut tanta[15] auctoritate literarum, tot testibus publicanis convincare? Licuisse vero qui? Si mehercule te pecuniam tuam,[16] non populi Romani, in provincia fœneratum docerem, tamen effugere non posses:[17]* sed publicam, sed ob frumentum decretam, sed a publicanis fœnore accepto. Hoc licuisse cuiquam probabis? quo non modo ceteri, sed tu[18] ipse nihil audacius improbiusque fecisti. Non mehercule hoc, quod omnibus singulare videtur, de quo mihi deinceps dicendum est, possum, judices, dicere audacius esse, aut impuden-

---

ante *Recita.* Post *appellanda* in marg. Ms. Lambinus reperit, *indicaturum se ac patefacturum minatur;* quæ Lamb. 1566. Etiam Manut. deesse putat, *suo testimonio patefacit.* Tum in Nannii Ms. Steph. et Lamb. *tuum impud.* Huyd. *impudicissimum tuum.* ψ non agnoscit *impudentissimum.*—7 Ern. e conj. et Harles. *dicunt.* Omnes aliæ edd. *dicit.*—8 Ms. quidam cum Oliv. et Lall. *præscriptorem.*—9 ψ, Huyd. et edd. vett. *Et casu.* E conj. Ern. *scribæ* delevit Schutz.—10 Huyd. *putavit.*—11 Huyd. *usuras.* J. F. Gronov. de Pec. Vet. iv. 3. legi voluit *versura:* Scheller. mavult *sine usura.*—12 In Huyd. deest *huic.*—13 *Minor esse cura nunc* ψ, Huyd. Pall. et edd. vett. *Minor esset nunc cura* Franc. 1.—14 '*Re* mihi spurium videtur, intelligendumque *injuria* ex antecedente.' *Ern.*—15 Lamb. *cum tanta.*—16 *Te tuam pec.* edd. vett. cum Schutz. et Orell. *te tuam pec. prætorem in prov.* Ms. in marg. ed. Lamb. prob. Garaton. Hinc Schutz. *te tuam pec., prætorem populi Romani, in prov.* Mox *dicerem* edd. pr.—17 ψ *eff. non posse.* '*Sed publicam*] Hic lacunam esse patet. Deest aliquid hujusmodi, *at te non tuam doceo, sed, &c.*'

tius, quod permultis civitatibus pro frumento nihil solvit omnino. Major [19] hæc præda fortasse est; sed illa impudentia certe non minor. 170. Et, quoniam de illa fœneratione satis dictum est, nunc de hac tota pecunia aversa, quæso, cognoscite.

LXXIII. Siciliæ civitates multæ sunt, judices, ornatæ atque honestæ: ex quibus in primis numeranda est civitas Halesina: [20 y] nullam enim reperietis aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, aut auctoritate graviorem. Huic iste in [1] annos singulos, cum sexaginta [2] tritici millia modium imperavisset, pro tritico nummos abstulit, quanti erat [d] in Sicilia triticum; quos de publico nummos acceperat, retinuit omnes. Obstupui,[3] judices, cum hoc mihi primum Halesiæ demonstravit in senatu Halesinorum homo summo ingenio, summa prudentia, summa auctoritate præditus, Halesinus Æneas;[4] cui senatus dederat publice [causam [e 5]] ut mihi fratrique meo gratias ageret;[z] et simul, qui [6] nos ea, quæ ad judicium pertinerent,[7] doceret. 171. Demonstrat, hanc istius consuetudinem ac rationem fuisse; cum omnis [8] frumenti copia decumarum nomine penes istum esset redacta, solitum esse istum [9] pecuniam cogere a civitatibus; frumentum improbare; quantum frumenti Romam esset mittendum, tantum de suo quæstu, ac de sua copia frumenti mittere. Posco rationes: [10 a] inspicio lite-

[d] *Quanti æstimabatur.* [e] *Curam.*

Ern.—18 Mss. aliqui et edd. vett. omittunt *tu.*—19 Lamb. *solvit. Omnino major.*

CAP. LXXIII. 20 Huyd. *Helesina.*—1 Edd. vett. non habent præpositionem *in.*—2 Orell. *sexagena.*—3 *Obstipui* e Nannii et Fabricii Mss. ediderunt Beck. et Schutz. Tum *hoc* ante *mihi* in Huyd. deest. Porro *Helesæ* Huyd. *Halesæ* Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Beck. et Orell.—4 Nannii Ms. *Æneas:* edd. vett. *Ænias* vel *Enias.*—5 Schutz. e conj. Ernesti delevit *causam;* quam spuriam esse censebant quoque Beck. et Orell.—6 Ern. putabat *qui* delend. —7 ψ *pertinent:* Huyd. *pertinet.*—8 Ante *cum omnis* Huyd. addit *quod.*—9 Schutz. delevit *istum,* quod suspicabatur Ernesto.—10 Pro *Posco rationes* in

NOTÆ

y *Civitas Halesina*] Halesia civitas Siciliæ fuit.

z *Gratias ageret*] Æneas Ciceroni fratrique gratias egit nomine omnium Halesinorum, quod venissent in Siciliam inquirendi causa de Verris sceleribus.

a *Posco rationes*] Publicas Halesi-

ras: video frumenti granum Halesinos, quibus LX [11] millia modium imperata erant, nullum [12] dedisse: pecuniam Volcatio, Timarchidi, scribæ dedisse. Reperio genus hujusmodi, [13] judices, prædæ, ut prætor, qui frumentum emere debebat, non emat, sed vendat; pecunias, quas civitatibus distribuere debebat, eas omnes avertat atque auferat. Non mihi jam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur; civitatum frumentum improbare,[14] suum probare; cum suum probasset, pretium ei frumento constituere; quod constituisset, id civitatibus [15] auferre; quod a populo Romano accepisset, tenere. LXXIV. 172. Quot vultis [16] esse in uno furto peccatorum gradus? ut si singulis insistere velim, progredi iste non possit.[17 b] Improbas frumentum Siculum.[18] Quid? ipse quod mittis? peculiarem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum suppeditare possit? Cum senatus decernit, ut ematur in Sicilia frumentum, aut cum [19] populus jubet, hoc, ut opinor, intelligit, ex Sicilia Siculum frumentum apportari oportere. Tu, cum civitatum Siciliæ vulgo omne frumentum improbas, num ex Ægypto aut ex Syria frumentum Romam mittis? Improbas Halesinum, Cephalœditanum,[c]

ψ legitur *Post orationes*.—11 Nannii Ms. Steph. Lamb. et Orell. *sexagena*. —12 Huyd. *nullam*.—13 Lamb. *hujuscemodi*.—14 Huyd. *improbasse*. In Mss. quibusdam et edd. vett. desunt verba *suum probare; cum suum probasset*, quæ e Ms. Nannii accesserunt. Tum Huyd. caret *ei* ante *frumento*.—15 *Quod cum const.* Steph. e Nannii Ms. et *id a civitatibus* Lamb.

CAP. LXXIV. 16 Pro *Quot vultis* Schutz. e conj. Ernesti edidit *Tot videtis*. Harles. correxit *Tot vult is*. Dein Lamb. *gradus? tot sunt, ut si sing.*—17 Nonnullæ edd. vett. *progr. iste non posset*. Hotom. conj. *progr. ipse non possem*. Lamb. et Schutz. dederunt *progr. ipse non possim*. Vulg. ut Ern.—18 ψ et Huyd. *Siculorum*.—19 Omittunt *cum* Huyd. Ven. 1483. Vict. Crat. Cam.

NOTÆ

nerum videlicet, et literas, in quibus illæ rationes Halesinorum describebantur.

[b] *Progredi iste non possit* [*progredi ipse non possim*] Testatur Cicero tot furtorum crimina Verrem admisisse, ut eorum gravitate prorsus detineatur.

[c] *Cephalœditanum*] Cephalœdis urbs est Siciliæ vetusta; nomen a κεφαλὴ, quod *caput* est Latinis, nacta, quia ad verticem præruptæ rupis, promontorii speciem habentis, condita fuit. De populis aliis superius jam dictum est.

Thermitanum, Amestratinum, Tyndaritanum, Herbitense, multarum præterea civitatum. [*p.* 187.] Quid accidit tandem, ut [20] horum populorum agri frumentum ejusmodi, te prætore, ferrent,[1] quod nunquam antea, ut neque mihi,[2] neque tibi, neque populo Romano posset probari; præsertim cum ex iisdem agris, ejusdemque anni frumentum ex decumis Romam mancipes [d] advexissent? quid acciderat, ut ex eodem [3] horreo decumanum probaretur, emtum non probaretur? [4] Dubiumne est, quin ista omnis improbatio cogendæ pecuniæ causa nata [5] sit? 173. Esto: improbas Halesinum: habes ab alio populo, quod probes. Eme illud, quod placet; missos fac[f] eos, quorum frumentum improbasti. Sed ab iis, quos repudias, exigis tantum pecuniæ, quantum ad eum numerum frumenti satis sit, quem civitati imperas.[6] Dubium est, quid egeris? In medimna singula video ex literis publicis tibi Halesinos H-S quinos denos [e] dedisse. Ostendam ex tabulis locupletissimorum aratorum, eodem tempore [7] neminem in Sicilia pluris frumentum vendidisse. LXXV. Quæ est [8] ergo ista ratio, aut quæ potius amentia, frumentum improbare id, quod ex eo loco sit, ex quo senatus et populus Romanus emi voluerit; ex eo acervo, ex quo partem tu idem, decumarum nomine, probaris; deinde a civitatibus pecunias, ad emendum frumentum, cogere, cum ex ærario acceperis? Utrum te lex Terentia Siculorum pecunia frumentum emere a Siculis, an

[f] *Prætermitte.*

Lamb. 1566. Manut.—20 Lamb. edidit *Quid acc. tandem cur:* scribi tamen etiam posse monet *Qui acc. tandem ut*, prob. Lall. Pro *tandem* edd. vett. paucæ exhibent *tamen.* Tum Huyd. *eorum pop.*—1 Lamb. *efferrent.*—2 ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett. omittunt *ut neque mihi:* Beck. Schutz. et Orell. delevernnt *neque mihi.*—3 Lamb. *cur ex eod.*—4 Lamb. et Ms. in marg. ejus ed. *emtum improbaretur.*—5 Huyd. *orta.*—6 Lamb. et Ms. in marg. ejus ed. *imperas emendum.* In cod. ap. Lamb. desunt verba *dubium est, quid egeris.*—7 Huyd. *eorum temp.*

CAP. LXXV. 8 In Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. omittitur *est.*—

NOTÆ

[d] *Mancipes*] Mancipes publicanorum sunt principes, homines Romani, qui vectigalia quæstu suo redimebant.

[e] *H-S quinos denos*] Centum asses Gallicos.

populi Romani pecunia frumentum ab Siculis emere jussit?[9] 174. Jam vero ab isto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit civitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis: accipis enim H-S XV pro medimno: tanti enim est[g][10] illo tempore medimnum. Retines H-S XVIII;[11] tanti enim est frumentum Siciliense ex lege æstimatum. Quid interest, utrum hoc feceris, an frumentum[12] non improbaris, sed frumento probato et accepto, pecuniam publicam tenueris omnem, neque quicquam ulli dissolveris civitati, cum æstimatio legis ejusmodi sit, ut ceteris temporibus[f] tolerabilis Siculis, te prætore etiam grata esse debuerit? Est enim modius lege H-S III æstimatus:[13] fuit autem, te prætore, ut tu[14] in multis epistolis ad amicos tuos gloriaris,[g] H-S II.[15] Sed fuerit H-S III, quoniam tu tantum a civitatibus in modios singulos exegisti: cum, si solveres[16] Siculis tantum, quantum te populus Romanus jusserat, aratoribus fieri gratissimum posset; tu non modo eos accipere, quod oportebat, noluisti; sed etiam dare, quod non debebant, coëgisti. 175. Atque hæc ita gesta esse, judices, cognoscite et ex literis publicis[h] civitatum, et ex testimoniis publicis; in quibus nihil fictum, nihil ad tempus accommodatum intelligetis.[17] Omnia, quæ dicimus, rationibus populorum non interpositis,[18][h] neque perturbatis, neque repentinis, sed certis, institutis, ordine[19] relata atque

[g] *Tanti æstimatum.* [h] *Rationibus.*

9 Schutz. e conj. Lamb. delevit verba *pecunia frum. emere a Siculis.* In Huyd. desunt *pecunia frum. ab Siculis.* Herel. conj. *Siculorum pecunia, an pop. Rom. frum. ab Sic. emere jussit?* vel, *Siculorum pec. frum. emere ab Siculis, an populi Rom. jussit.*—10 Ern. malnit *erat* legi.—11 *XXI* Nannii Ms. et Steph. *XII* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Cam.—12 Lamb. e Ms. *frumentum Siciliense.*—13 ψ *extimatus.*—14 In Ms. ap. Hotom. *tu* deest.—15 *H-S II S.* (i. e. sestertiis duobus et semisse) e Lambini Ms. dederunt Beck. Schutz. et Orell. Mox Nannii Ms. *H-S III S.*—16 Huyd. *solveris.*—17 Edd. vett. *intelligatis:* Lamb. *acc. esse intelligetis.*—18 Lamb. *interpolatis.*—19 Harles. conj. *certis, constitutis, ord.* Ern. *certo institutis ord.* et Schutz. *certis, insti-*

NOTÆ

[f] *Temporibus*] Aliis temporibus prætores Siculis suum frumentum relinquebant.

[g] *Gloriaris*] Gloriosum fuit prætoribus annonam vilem fuisse, dum suum in provincia magistratum gererent.

[h] *Rationibus populorum non interpo-*

confecta sunt. Recita rationes Halesinorum. Cui pecuniam datam dicit? Dic, dic [20] etiam clarius. 'Volcatio, Timarchidi, Mævio.'[1] LXXVI. Quid est, Verres? ne illam quidem tibi defensionem reliquam fecisti, mancipes in istis rebus esse versatos? mancipes frumentum improbasse? mancipes pretio cum civitatibus decidisse, et eosdem abs te illarum civitatum nomine pecunias abstulisse; deinde ipsos sibi frumentum coëmisse; nihil hæc ad te pertinere? Mala [2] mehercule ac misera defensio, prætorem hoc dicere, Ego frumentum neque attigi, neque aspexi: [3] mancipibus potestatem probandi improbandique permisi: mancipes a civitatibus pecunias extorserunt: ego autem, quam pecuniam populis dare debui, mancipibus dedi. 176. Mala est hæc quidem, ut dixi,[4] defensio criminis; [*p.* 188.] sed tamen hac ipsa tibi, si uti cupias, non licet: vetat te Volcatius,[i] tuæ tuorumque deliciæ, mentionem mancipis facere. Timarchides autem, columen familiæ vestræ, premit fauces defensionis [k] tuæ; cui simul et Volcatio pecunia a civitate numerata est. Jam vero scriba tuus annulo aureo suo,[l] quem ex his rebus invenit,[m] ista te ratione [5] uti non sinet. Quid igitur est reliquum, nisi uti fateare, te Romam fru-

tutis, ordine confectis rel. sunt.—20 Alterum *dic* omittunt Lamb. et Grut.—1 Huyd. *Nævio.*

CAP. LXXVI. 2 Nonnullæ edd. vett. *Magna.*—3 Nannii Ms. Steph. Lamb. et Schutz. *inspexi.*—4 Post *dixi* Græv. Beck. Schutz. et Orell. addiderunt *ac potius perdita.* Cf. II. 62. In Ms. Fabricii l. l. sic legitur, *Mala est hæc quidem, ut dixi, ac potius perdita, maximorum peccatorum hujus autem iniquitatis et inertiæ confessione defensio criminis.* Hinc Lamb. *Mala est hæc quidem, ut dixi, ac perdita maximorum peccatorum per hujusmodi incuriæ et inertiæ confessionem defensio: sed tamen, &c.* et Græv. conj. *Mala est hæc quidem, ut dixi, ac potius perdita maximorum peccatorum, hujus iniquitatis et inertiæ confessione,*

NOTÆ

sitis] Nihil interjectum est, neque ulla sunt vestigia litturarum, quæ correctæ sunt et intermissæ.

[i] *Vetat te Volcatius*] Volcatius pecuniam ab aratoribus extorsit.

[k] *Premit fauces defensionis*] Id est, ita nullum relinquit locum defensioni Verris, ut nullus loqui pro ipso possit. Metaphora sumta ab iis, quorum pressis faucibus vox adimitur.

[l] *Annulo aureo suo*] Quo ad obsignandas tabulas utebatur.

[m] *Ex his rebus invenit*] Verres suum scribam in concione propter hæc flagitia et rapinas aureo annulo donavit.

mentum emtum Siculorum pecunia misisse ; publicam pecuniam domum tuam convertisse ?[6] O consuetudo peccandi, quantam habes jucunditatem in improbis et audacibus, cum pœna abfuit, et licentia consecuta est ! 177. Iste in hoc genere peculatus non nunc primum invenitur ; sed nunc demum tenetur.[i] Vidimus huic ab ærario pecuniam numerari quæstori ad sumtum exercitus consularis :[7] vidimus paucis post mensibus et exercitum et consulem [n] spoliatum. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine [o] ac tenebris, quæ totam rempublicam tum occupaverant.[8] Iterum gessit hæreditariam quæsturam [p] cum Dolabella :[9] magnam pecuniam avertit ; sed ejus rationem cum damnatione Dolabellæ permiscuit. Commissa est pecunia tanta prætori.[q] Non reperietis [10] hominem timide nec leviter hæc improbissima lucra ligurrientem ;[r] devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit.[11] Ita serpit illud insitum in natura malum, consuetudine peccandi libera, finem ut audaciæ statuere ipse sibi non possit. 178. Tenetur igitur aliquando, et in rebus tum maximis, tum manifestis tenetur. Atque in eam fraudem mihi videtur divinitus incidisse, non solum ut [12] eas pœnas quas proxime meruisset, solveret ; sed ut illa [13] etiam scelera ejus in Carbonem et in Dolabellam vindicarentur. LXXVII. Etenim nova quoque alia res extitit,

[i] *Convincitur.*

defensio, &c.—5 Lamb. conj. *oratione.*—6 Lamb. *avertisse :* al. *averrisse :* al. *convenisse.*—7 ψ *exerc. singularis cons.*—8 Huyd. Ven. 1483. Junt. *occupaverat.*—9 *Cum A. Dolabella* Naunii Ms. Steph. et Lamb.—10 Huyd. *reperiebatis.*—11 Idem Ms. *dubitabat.*—12 In eodem Ms. deest *ut.*—13 *Illa* omittunt ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt.

NOTÆ

[n] *Consulem*] Carbonem intelligit, de quo supra.

[o] *In illa caligine, &c.*] Indicat Syllanos motus, sumta a tempestate metaphora.

[p] *Hæreditariam quæsturam*] Quæsturam Malleolo mortuo, quasi hæreditariam, habuit a Dolabella, in qua multam pecuniam accepit.

[q] *Pecunia tanta prætori*] De publico ad emendum frumentum data est Verri pecunia, quam sibi usurpavit.

[r] *Lucra ligurrientem*] Id est, sensim carpentem. Loquitur metaphorice, ad hæc animalcula alludendo, quæ delicatissima undique carpunt, et degustant.

judices, in hoc crimine, quæ tollat omnem dubitationem superioris illius decumani criminis. Nam, ut illud missum faciam, permultos aratores in alteras decumas, et in hæc [14] IↃCCC millia modium, quod emtum populo Romano darent, non habuisse; sed a tuo procuratore, hoc est, ab Apronio, emisse; ex quo intelligi potest, nihil te aratoribus reliqui fecisse: ut hoc præteream, quod in multis est testimoniis expositum;[15] potest illo quicquam esse certius, in tua potestate, atque in tuis horreis omne frumentum Siciliæ, per triennium, atque omnes fructus agri decumani, fuisse? 179. Cum enim a civitatibus pro frumento pecuniam exigebas, unde erat frumentum, quod Romam mitteres, si tu id non omne clausum et compressum possidebas? Itaque in eo frumento primus tibi ille quæstus fuit ipsius frumenti,[16] quod erat ereptum ab aratoribus; alter, quod id frumentum improbissime per triennium partum, non semel, sed bis, neque uno, sed duobus pretiis, unum et idem frumentum vendidisti:[17] semel civitatibus, H-S XV in medimnum; iterum populo Romano, a quo H-S XVIII [18] in medimna, pro eodem illo frumento abstulisti. 180. At enim frumentum Centuripinorum, et Agrigentinorum, et nonnullorum fortasse præterea[19] probasti, et his populis pecuniam dissolvisti. Sint aliquæ civitates in eo numero, quarum frumentum improbare nolueris.[20] Quid tandem? his civitatibus omnisne pecunia, quæ pro frumento debita est, dissoluta est? Unum mihi reperi, non populum, sed aratorem: vide, quære, circumspice,[1] si quis forte est ex ea provincia,

---

Cap. LXXVII. 14 Huyd. *in hoc.* Mox ψ *modia.*—15 *Quod in multis ex testimoniis est positum* ψ, Ven. 1483. Junt. unde Orell. mavult *quod in multis est test. positum.* Lamb. et Schutz. e Ms. Ursini *quod multorum est test. expos.* —16 Lamb. correxit, *quæst. erat, ipsum frumentum, quod erat ereptum aratoribus.* Pro *ereptum* in ψ *reemptum.*—17 Edd. vett. *quo id frum.* Nannii Ms. Steph. Lamb. Græv. *quod frum.* sine *id.* Harles. conj. *quo id improb.* omisso *frumentum.* Verba *per triennium* in ψ, Huyd. et edd. vett. desunt. Ern. mavult *frumentum* post *idem* deleri. Schutz. putat Ciceronem scripsisse, *alter quod unum et idem frum. improb. per trienn. partum . . . sed duobus pretiis vendidisti.*—18 *XXI* ψ, Huyd. Nannii Ms. et Ven. 1483. Junt. Crat. *XXXI* Franc. 1. *XII* edd. vett. Tum Lamb. *in singula medimna.* Orell. malit *in medimnum.*—19 Huyd. *propterea.*—20 Idem Ms. *volueris.*—1 Pro *vide, quære, circumspice* in Ursini Ms. *undique circumsp.* Ven. 1483. Junt. *inde quære cir-*

in qua tu triennium præfuisti, qui te nolit perisse : unum, inquam, da mihi ex illis aratoribus, qui tibi vel[2] ad statuam[s] pecuniam contulerunt, qui sibi dicat pro frumento omne esse, quod oportuerit, solutum. Confirmo, judices, neminem esse dicturum.

LXXVIII. 181. Ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus[3] deductiones fieri solebant : primum pro spectatione et collybo ;[t] deinde pro nescio quo cerario.[u] [*p.* 189.] Hæc omnia, judices, non rerum certarum,[k] sed furtorum improbissimorum sunt vocabula : nam collybus esse qui potest,[4] cum utantur omnes uno genere nummorum ? Cerarium vero quid ?[5] quomodo hoc nomen ad rationes magistratus, quomodo ad pecuniam publicam allatum est ? Nam illud genus tertium deductionis[x] erat ejusmodi, quasi non modo liceret, sed etiam[6] oporteret ; nec solum oporteret, sed plane necesse esset. Scribæ nomine de tota pecunia binæ quinquagesimæ detrahebantur. Quis tibi hoc concessit ? quæ lex ? quæ senatus auctoritas ? quæ porro æquitas, ut tantam pecuniam scriba tuus auferret,[7] sive de aratorum bonis, sive de populi Romani vecti-

[k] *Probatarum.*

cumspice, ut de Nat. Deor. II. 23. Tum in ed. Oliv. *est* post *forte* omittitur. —2 Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. *qui vel*, sine *tibi*. Mox Huyd. *pecunias*.

CAP. LXXVIII. 3 'Nondum constitui utrum sit scribendum *certis nominibus* an *rectis nominibus*.' Lamb. Cf. pro Quint. c. 11.—4 *Coll. quinam esse pot.* e Nannii Ms. ediderunt Steph. Lamb. Græv. Beck. et Orell.—5 Post *quid* in ψ, Huyd. et edd. vett. legitur *vocas*.—6 Huyd. *si etiam*.—7 *Averreret* Nannii Ms. Grut. Græv. Oliv. *averteret* Lamb. et Lall. non improbb. Ern. et Garaton. *auferret* Mss. plerique et edd. vett. cum Harles. Beck. Schutz.

NOTÆ

[s] *Ad statuam*] Erigendam Verri.

[t] *Spectatione et collybo*] Spectatio est pecuniæ probatio et permutatio : collybus autem est intertrimentum nummorum ex permutatione pecuniæ, quæ fieri solet apud nummularios ; quod pecunia, quam quis habet, aut abrogata sit, aut non recepta in ea provincia, in qua debet expendi. Unde nummularius, seu mensarius, a Græcis dicitur κολλυβιστής.

[u] *Cerario*] Ita pecuniam Verres vocabat, quam pro cera exigebat.

[x] *Genus tertium deductionis*] Per tertium illud genus deductionis significat pecuniam scribæ datam pro labore et opera sua.

galibus? 182. Nam si potest ista pecunia sine aratorum injuria[8] detrahi; populus Romanus habeat, præsertim in tantis ærarii angustiis: sin autem et populus id voluit, et æquum ita est, solvi aratoribus; tuus apparitor,[y] parva mercede populi conductus, de aratorum bonis prædabitur? et in hac causa scribarum ordinem in me concitabit Hortensius? et eorum commoda a me labefactari, atque oppugnari jura dicet? quasi vero hoc scribis ullo exemplo sit aut ullo jure concessum. Quid ego[9] vetera repetam? aut quid eorum scribarum mentionem faciam, quos constat sanctissimos homines atque innocentissimos fuisse? Non me fugit, judices, vetera exempla pro fictis fabulis jam audiri atque haberi. In his temporibus versabor miseris ac perditis. Nuper, Hortensi, quæstor fuisti. Quid tui scribæ fecerint,[10] tu potes dicere: ego de meis hoc dico, cum in eadem ista Sicilia pro frumento civitatibus pecuniam solverem, et[11] mecum duos frugalissimos homines scribas haberem, L. Mamilium et L. Sergium;[12] non modo istas duas quinquagesimas, sed omnino nummum nullum cuiquam esse deductum. LXXIX. Dicerem, hoc mihi totum esse attribuendum, judices, si illi unquam a me hoc postulassent, si unquam omnino cogitassent. 183. Quamobrem enim scriba deducat, ac non potius mulio,[13] qui advexit? tabellarius, cujus adventu certiores facti [petiverunt?[14]] præco, qui adire jussit? viator,[z] ac Venerius, qui fiscum

et Orell.—8 E Nannii Ms. *jura* dederunt Steph. Græv. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *injuria* al. Ern. maluit utrumque *injuria* et *jura* abesse. —9 *Ego* omnes edd. præter Grut. Græv. Oliv. Ern. et Harles. quæ exhibent *ergo*, errore typographico, ut aiunt Garaton. Beck. et Orell. Itaque correximus.—10 ψ et Huyd. *fecerunt*.—11 Quidam omittunt copulam *et*.—12 Edd. vett. *Segetum*.

CAP. LXXIX. 13 ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett. *multo*. Tum *Advexerit* Mss. omnes, ac Ven. 1483. Junt. et Beck. *adduxerit* Crat. Cam. *adduxit* Gothofred. *advexit* Lamb. (1566.) e conjectura, et sic vulg. In edd. nonnullis *adduxerit, tabellarius? cujus, &c.* Dein Lamb. *adrentus*.—14 Schutz. e conj. Grævii, Ernesti, et Beckii delevit *petiverunt*. Tum *abire jussit* Mss.

NOTÆ

[y] *Tuus apparitor*] Scribæ sunt apparitores, qui cum aliis prætorum ministris sui muneris mercedem a populo Rom. accipiebant.

[z] *Viator*] Viatores olim dicti sunt, qui a villa senatores in curiam accer-

sustulit?[a] Quæ pars operæ aut opportunitatis[15] in scriba est? cur ei non modo merces tanta detur, sed cur cum eo tantæ pecuniæ partitio fiat? Ordo est honestus.[16] Quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? Est vero honestus,[17] quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ periculaque[18] magistratuum committuntur.[b] Itaque ex his scribis, qui digni sunt illo ordine, patribus familias,[19] viris bonis atque honestis, percontamini, quid sibi istæ quinquagesimæ velint.[20] Jam omnes intelligetis, novam rem totam[1] atque indignam videri. 184. Ad eos me scribas revoca, si placet: noli hos colligere,[2][c] qui nummulis corrogatis de nepotum donis,[3][d] ac de scenicorum[e] corollariis,[f] cum decuriam emerunt,[g] ex primo ordine explosorum[h] in

plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. *adesse* Camer. Manut.—15 *Opportunitas* ψ, Huyd. et nonnullæ edd. vett. Mox *cui rei non modo* Huyd. et edd. ante Steph. *cur ei merces non tanta detur* Ms. in marg. ed. Lamb.—16 Huyd. *honestissimorum*.—17 Idem Ms. *honestum*.—18 Al. *paricula*. Vid. Nott. Delph. Mox Lamb. et Orell. *ex iis scribis*.—19 *Patribus familiis* Fabricii Ms. Lamb. Beck. et sic Priscian. l. VI.—20 ψ et Huyd. *valent*.—1 Pro *totam* in ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. legitur *actam*.—2 Huyd. *noli hoc coll*.—3 ψ, Huyd. Pall. et edd. vett. *bonis*. Orell. conj. *symbolis* legend. Mox post *scenicorum*

NOTÆ

sebant, vel qui magistratibus apparabant.

[a] *Fiscum sustulit*] Fiscus est locus, in quem publica pecunia deportatur.

[b] *Periculaque magistratuum committuntur*] Non videtur purus sensus his inesse verbis: quare noster Sirmondus in Antirrhetico II. legit *paricula magistratuum*: 'pariculum' autem illud est quod a Græcis ἴσον dicitur, id est exemplum, sicut apud Marcellum I. 38. § 141. epistolæ pariculæ dicuntur eodem exemplo conscriptæ. Unde sententias de pariculo recitari hoc idem est, quod ab Asconio dicitur sententias de tabula pronuntiari. Itaque per 'pariculum' intelligitur literarum exemplum, quæ a magistratibus per provincias mittebantur.

[c] *Noli hos colligere, &c.*] Ridet Verris scribam, qui a scena ad id munus pervenit.

[d] *De nepotum donis*] Nepotes ii dicuntur, qui bona temere dissipaut in epulis, ludis, compotationibus, &c.

[e] *Scenicorum*] Qui spectant scenicos ludos, scenicos appellat.

[f] *Corollariis*] Munera sunt corollaria, quæ a corollis nomen habuerunt, quæ actoribus dabantur, cum spectatoribus placuerant.

[g] *Cum decuriam emerunt*] Id est, in aliqua decuria locum emerunt.

[h] *Ex primo ordine explosorum*] Cum histriones minus placueraut in agendo, ejiciebantur, et explodebantur a populo. Inter eos videbatur fuisse Verris scriba, antequam locum emisset in decuria. Cum autem ait 'ex

secundum ordinem civitatis[i] se venisse dicunt.[4] Eos scribas tecum disceptatores[k] hujus criminis habebo, qui istos scribas esse moleste ferunt.[l] Tametsi cum in eo ordine videamus esse multos non idoneos, qui ordo industriæ propositus[5 m] est et dignitati; mirabimur, turpes aliquos ibi[6] esse, quo cuivis licet pretio pervenire? LXXX. Tu ex pecunia publica H-S tredecies[7 n] scribam tuum permissu tuo cum abstulisse fateare, reliquam tibi ullam defensionem putas esse? [*p.* 190.] hoc ferre quenquam posse? hoc quenquam denique nunc tuorum advocatorum animo æquo audire arbitrare? Qua in civitate C. Catoni,[o] clarissimo viro, consulari homini, H-S XVIII[8] millibus lis æstimata sit; in eadem civitate[9] apparitori tuo esse concessum, ut H-S uno nomine[10] tredecies auferret? 185. Hinc ille est annulus[p] aureus, quo tu istum in concione donasti; quæ tua donatio, singulari impudentia prædita, nova Siculis omnibus, mihi vero etiam[11] incredibilis vide-

in ψ additur *bonis*.—4 Ern. mavult *dicant*.—5 Huyd. *præpositus*. Pro *dignitati* Herelius censet *diligentiæ* legend. ut c. 62.—6 Pro *aliquos* in Huyd. *laqueos:* edd. vett. *aliquot*. Pro *ibi* Mss. cum Ven. 1483. Junt. Beck. Schutz. et Orell. habent *in eo:* Huyd. *in eos*. Tum ψ *quo cui licet*.

CAP. LXXX. 7 *Ter deciens* Nannii Ms. *terdecies* nonnullæ edd. vett. *quatuor decies* Lamb. 1566. utrobique.—8 ψ, Huyd. et edd. pr. *H-S VIII.* Nannii Ms. *CII ↀ ↀ ↀ* : Lamb. *H-S CCIↃↃ DC CIↃ CIↃ CIↃ*.—9 Huyd. *civitati*.—10 Steph. et Lamb. auctoritate Ms. Nannii, *uno nomine* deleverunt.—11 Huyd. Venet. 1483. Junt. Crat. Cam. omittunt *etiam:*

NOTÆ

primo explosorum ordine fuisse,' festive Cicero eum fuisse miserrimum histrionem ostendit.

[i] *In secundum ordinem civitatis*] Equester ordo secundus fuit, primus autem senatorius.

[k] *Tecum disceptatores*] Scribæ, qui viri probi sunt, cum Verre de binis quinquagesimis disputabunt, ac negabunt a probis scribis requiri.

[l] *Scribas esse moleste ferunt*] Non ferunt illi tam improbos esse Verris scribas, utpote toti eorum ordini injuriosos.

[m] *Industriæ propositus*] Senatorius ordo.

[n] *H-S tredecies*] Tredecies eadem ac tricies summa est, de qua superius, efficitque trecenta librarum millia.

[o] *Catoni*] Cato prætor fuit in Sicilia: cum ille H-S XVIII millia cepisset, repetundarum damnatus est. Valent autem mille cum ducentis libris. At vix credibile est propter tam levem pecuniam accusatum esse et damnatum: quare id videtur dicere ad exaggerandam Verris audaciam.

[p] *Annulus*] Annulo equites distinguebantur a plebe.

batur. Sæpe enim nostri imperatores, superatis hostibus, optime republica gesta, scribas suos annulis aureis in concione donarunt; tu vero quibus rebus gestis, quo hoste superato, concionem, donandi causa, advocare ausus es? Neque enim solum scribam tuum annulo, sed etiam virum fortissimum ac tui dissimillimum, Q. Rubrium, excellentem [12] virtute, auctoritate, copiis, corona [q] et phaleris,[r] et torque [s] donasti, M. Cossutium,[13] sanctissimum virum, atque honestissimum, M. Castritium, summo splendore, ingenio, gratia [14] præditum. 186. Quid hæc [15] sibi horum trium civium Romanorum dona voluerunt? [t] Siculos præterea, potentissimos nobilissimosque donasti; qui non, quemadmodum sperasti, tardiores fuerunt, sed ornatiores tuo judicio ad testimonia dicunda venerunt. Quibus ex hostium spoliis? de qua [16] victoria? qua ex præda aut manubiis [17] [u] hæc abs te donatio constituta est? an quod, te prætore, paucorum adventu myoparonum,[x] classis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum, præsidiumque provinciæ, piratarum manibus [y] incensa est? an quod ager Syracusanus prædonum incendiis, te prætore, vastatus est? an quod forum Syracusanum navarchorum sanguine redundavit? [18] an quod in portu Syracusano piraticus myoparo navigavit? Nihil possum reperire, quamobrem te in istam amentiam in-

Orell. uncis inclusit.—12 *Excellenti* ψ, Huyd. et edd. ante Steph. cum Orell. —13 Huyd. *Confutium.*—14 Mss. plerique et edd. vett. *gloria.*—15 Huyd. *Quid hoc.*—16 Lamb. *e qua.*—17 Schutz. e conj. Ernesti *aut quibus manubiis*, prob. Beck. *quibus ex manub.* mavult Orell.—18 Huyd. *forum Siracusanorum*

NOTÆ

[q] *Corona*] Dabatur corona ob servatum civem in prælio.

[r] *Phaleris*] Phaleris equitum nobilium equi ornabantur.

[s] *Torque*] Torquem aureum in virtutis testimonium milites accipiebant, unde torquati dicebantur, ac duplicem annonam consequebantur.

[t] *Dona voluerunt*] Ne Verres accusaretur, hæc dona largitus est.

[u] *Aut manubiis*] Manubiæ, ex Gellio XIII. 33. 'præda est quæ manu capta est:' vult tamen Nonius esse 'pecuniam ex venditione prædæ redactam.'

[x] *Myoparonum*] Est myoparo 'navicula piratarum,' inquit Nonius: et, ut ait Gellius, 'genus navigii ex duobus dissimilibus formatum.'

[y] *Piratarum manibus*] Ultima Verr. de piratis dicitur.

cidisse arbitrer; nisi forte id egisti, ut hominibus ne oblivisci quidem rerum tuarum male gestarum[19] liceret. 187. Annulo est aureo scriba donatus, et ad eam donationem concio est advocata. Quod erat os tuum, cum videbas in concione eos homines, quorum ex bonis iste annulus aureus donabatur, qui ipsi annulos aureos posuerant, liberisque detraxerant,[20] ut esset, unde scriba tuus hoc tuum munus ac beneficium tueretur?[z] Quæ porro præfatio tuæ donationis fuit? Illa scilicet vetus atque imperatoria? 'Quando tu quidem[1] in prælio, in bello, in re militari:' cujus ne mentio quidem, te prætore, ulla facta est. An illa? 'Quandoquidem tu nulla unquam mihi in cupiditate ac turpitudine defuisti; omnibusque in iisdem flagitiis mecum et in legatione, et prætura,[2] et hic in Sicilia versatus es; ob hasce res, quoniam te locupletavi, hoc annulo aureo dono.' Vera hæc fuisset oratio. Non enim iste annulus aureus abs te datus,[3] istum[a] virum fortem, sed hominem locupletem esse declarat. Ita eundem annulum ab alio datum, testem virtutis duceremus: abs te donatum, comitem pecuniæ judicamus.

LXXXI. 188. Dictum, judices, est de decumano[b] frumento; dictum de emto:[c] extremum et reliquum est, de æstimato;[d] quod cum magnitudine[4] pecuniæ, tum injuriæ

navarch. eorum sang. red.—19 Voces *male gestarum* omittuntur in Ms. ap. Lamb.—20 Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. Steph. Lamb. et Orell. *liberisque suis detr.* Tum Grut. *ut essent*, errore typographico, ut ait Orell.—1 Orell. censet *quidem* spurium esse.—2 *Et in prætura* Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Schutz. et Orell.—3 Al. *abs te dono datus.*

NOTÆ

[z] *Hoc tuum munus ac beneficium tueretur*] Equester census erat sestertium quadringentorum millium, a quo si excidissent equites, equo publico a censoribus mulctabantur.

[a] *Istum*] De scriba Verris loquitur.

[b] *De decumano*] Decumanum frumentum erat decuma, quam quisque arator sine pretio dare cogebatur, quæ Romæ a censoribus, aut in provincia a magistratu Rom. vendebatur publicanis, qui ex eo decumani dicti sunt.

[c] *De emto*] Emtum aratores ex senatusconsulto certo pretio vendere cogebantur, quod ad alendum populum a magistratu Romam mittebatur.

[d] *De æstimato*] Æstimatum ex senatusconsulto et legibus prætori concedebatur, et in cellam suam ad alen-

genere quemvis debet commovere; tum vero[5] eo magis, quod ad hoc crimen non ingeniosa aliqua defensio, sed improbissima confessio comparatur. Nam cum ex senatus consulto[6] et ex legibus frumentum ei in cellam sumere liceret; idque frumentum senatus ita æstimasset, quaternis H-S tritici modium; binis, hordei; iste, numero[e] ad summam tritici adjecto, tritici modios singulos cum aratoribus denariis ternis[f] æstimavit. Non est in hoc crimen, Hortensi: [*p.* 191.] ne forte ad hoc meditere; multos sæpe viros bonos, et fortes, et innocentes cum aratoribus et cum civitatibus frumentum, in cellam[7] quod sumi oporteret, æstimasse, et pecuniam pro frumento abstulisse. Scio, quid soleat fieri: scio, quid liceat: nihil, quod antea fuerat[8] in consuetudine bonorum, nunc in istius facto reprehenditur. 189. Hoc reprehendo, quod, cum in Sicilia H-S II tritici[9] modius esset, ut istius epistola ad te missa declarat, summum H-S ternis, (id quod et testimoniis omnibus[10] et tabulis aratorum planum factum antea est) tum iste pro tritici modiis singulis ternos ab aratoribus denarios exegit. Hoc crimen est, ut intelligas, non ex æstimatione,[11 g] neque ex ternis denariis pendere crimen, sed ex coauctione[12] annonæ[h] atque æstimationis.[13] LXXXII.

CAP. LXXXI. 4 Edd. vett. *tum magn.*—5 *Te vero* ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. *et vero* Manut. et Lamb.—6 Pro *senatus consulto* in ψ et Huyd. *Sicilia.* —7 Steph. e Ms. Nannii *civ., frumenti in cell.* Nannius putabat *civ. id frumenti, in cell.*—8 Lamb. *fuerit.*—9 ' Omittit *tritici* Lamb. solus. An leg. *H-S II S.* ut § 174.? Cf. tamen § 194. et 196.' *Orell.* Dein Huyd. *modiis.* —10 Lamb. *omnium.*—11 Huyd. *existimatione.*—12 ψ et edd. vett. *ex conjunctione:* Huyd. *ex eorum conjunctione.*—13 *Æstimationis* omnes edd. præter

NOTÆ

dam familiam deportabatur, ni mallet pro frumento pecuniam accipere.

[e] *Numero*] Majore scilicet, quam legibus et senatusconsulto fas esset, frumentum æstimavit.

[f] *Denariis ternis*] Ex Varrone denarius decem asses valebat; sestertius autem asses duos cum semisse: quare denarius sestertios quatuor valebat. Quod igitur binis, aut summum ternis erat sestertiis, id Verres duodecim æstimavit.

[g] *Non ex æstimatione*] Tanti frumentum esse potuit ex annonæ penuria; sed peccavit Verres, quod ad mensuram ordinariam, et legibus latam, novam sua auctoritate addebat.

[h] *Annonæ*] Hic annona sumitur pro ea quæ prætori in certo frumenti numero concedebatur.

Etenim hæc æstimatio nata est, judices, initio non ex prætorum, aut consulum, sed ex aratorum atque civitatum commodo. Nemo enim fuit initio tam impudens, qui, cum frumentum deberetur, pecuniam posceret. Certe hoc ab aratore primum est profectum, aut ab ea civitate, cui imperabatur; cum aut frumentum vendidisset, aut servare vellet, aut in eum locum, quo imperabatur, portare nollet: petivit[14] in beneficii loco, et gratiæ, ut sibi pro frumento, quanti frumentum esset, dare liceret. Ex hujusmodi[15] principio, atque[16] ex liberalitate atque accommodatione magistratuum,[l] consuetudo æstimationis introducta est. 190. Secuti sunt avariores magistratus; qui tamen in avaritia sua non solum viam quæstus invenerunt, verum etiam exitum ac rationem defensionis. Instituerunt semper ad ultima ac difficillima loca ad portandum frumentum[17] imperare, ut vecturæ difficultate, ad quam vellent, æstimationem pervenirent. In hoc genere facilior est existimatio, quam reprehensio: ideo, quod eum, qui hoc facit, avarum possumus existimare; crimen in eo constituere non tam facile possumus; quod videtur concedendum magistratibus nostris esse, ut iis, quo loco velint, frumentum accipere liceat. Itaque hoc est, quod multi fortasse fecerunt; et ita multi,[18] ut ii, quos innocentissimos meminimus, aut audivimus, non fecerint. LXXXIII. 191. Quæro nunc a te, Hortensi, cum utris tandem istius factum collaturus[19] es? cum iis, credo, qui benignitate adducti, per beneficium et gratiam civitatibus concesserunt, ut nummos pro frumento darent. Ita

[l] *Facilitate prætorum.*

Ern. quæ exhibet *existimationis*, errore typographico, ut aiunt Scheller et Orell. Itaque correximus.

CAP. LXXXII. 14 Huyd. et edd. ante Lamb. *quo imp., frumentum portare nollet:* et Huyd. *ut petivit.*—15 Al. *hujuscemodi.*—16 Beck. et Schutz. auctoritate Franc. 1. deleverunt vocem *atque*, quam Græv. Ern. et Garaton. deleri jusserunt. Orell. mavult *atque ex* omitti.—17 *Ac diff. loca apportandum frum.* Crat. Cam. et Lamb. 1566. *ac diff. ad portandum loca frum.* Fabricii Ms. Lamb. Beck. et Schutz. Conj. Ern. *deportandum.*—18 Schutz. e conj. Manutii *sed ita multi*, probb. Grut. Ern. et Beck. Tum *innocentissimos* deest in Fabricii Ms. et duobus aliis ap. Lamb. Iidem Mss. pro *audivimus* exhibent *vidimus.*

credo, petiisse ab isto aratores, ut, cum H-S ternis tritici modium vendere non possent, pro singulis modiis ternos denarios[20] dare liceret. An, quoniam hoc cum[1] non audes dicere, illuc confugies, vecturæ difficultate adductos, ternos[2] denarios dare maluisse? Cujus vecturæ? quo ex loco, in quem locum ne portarent? Philomelione[3 i] Ephesum? Video quid inter annonam[k] interesse soleat: video quot dierum via sit: video Philomeliensibus expedire, quanti Ephesi sit frumentum, tantum dare potius in Phrygia, quam Ephesum portare, aut ad emendum frumentum Ephesum pecuniam et legatos mittere. In Sicilia vero quid ejusmodi? 192. Enna[4] mediterranea est[l] maxime. Coge, ut ad aquam[m] tibi, id quod summi juris est, frumentum Ennenses metiantur; vel Phintiam,[5 m] vel Halesam, vel Catinam, loca inter se maxime diversa, eodem die, quo jusseris, deportabunt: tametsi ne vectura quidem opus est.[n] Nam totus quæstus hic, judices, æstimationis, ex annonæ natus est varietate: hoc enim magistratus in provincia assequi potest, ut ibi accipiat, ubi est carissimum. Ideo valet ista ratio æstimationis in Asia; valet in Hispania; valet in his provinciis,[6] in quibus unum pretium frumento esse non solet. [*p.* 192.] In Sicilia vero quid cujusquam

[m] *Ad mare.*

Cap. lxxxiii. 19 ψ et Huyd. *collocaturus.*—20 *Denarios* non est in ψ.—1 Edd. ante Steph. cum Oliv. Lall. Harles. Schutz. et Orell. omittunt *cum* Beck. uncis inclusit.—2 *Ternos* in Huyd. deest.—3 ψ *locumve*, et mox *Philomelomeo.* Huyd. *Philomelo.* Vetus lectio fuit *Philomelone*, correcta ab Hotomanno.—4 *Henna* et mox *Hennenses* Ven. 1483. *Ethna ... Ethnenses* Huyd. *Æthna... Æthnenses* Junt.—5 Edd. pr. *Pluentiam:* Ven. 1483. Junt. *Pluetiam:* ψ, Ald. et Lamb. *Plutiam.*—6 Lamb. et Orell. *in iis provinc.*—

NOTÆ

[i] *Philomelione* [*Philomelone*] Philomelum Phrygiæ oppidum fuit, unde vectura Ephesum difficilis est propter varios maris anfractus, et sinuosos.

[k] *Video quid inter annonam, &c.*] Id est, video frumenti pretium non idem esse in omnibus locis: potest enim pluris esse Ephesi quam Philomeli.

[l] *Mediterranea est*] Id est, in media Sicilia.

[m] *Phintiam* [*Plutiam*] Plutia urbs est Siciliæ.

[n] *Ne vectura quidem opus est*] Quem in locum vehere jussus erit, ibi tanti frumentum emet, quanti domi suæ vendidisset.

intererat, quo loco daret? neque enim portandum erat; et, quo quisque vehere jussus esset, ibi tantidem frumentum emeret, quanti domi vendidisset. 193. Quamobrem si quid, Hortensi, docere vis, aliquid[7] ab isto simile in[8] æstimatione, atque a ceteris, esse factum; doceas oportet, aliquo in loco Siciliæ, prætore Verre, ternis denariis tritici modium fuisse. LXXXIV. Vide, quam tibi defensionem patefecerim; quam iniquam in socios, quam remotam ab utilitate reipublicæ, quam sejunctam a voluntate atque sententia legis. Tu, cum tibi ego frumentum in meis agris, atque in mea civitate, denique cum in iis locis, in quibus es, versaris, rem geris, provinciam administras, paratus sim dare; angulum mihi[9] aliquem eligas provinciæ reconditum ac derelictum? jubeas ibi me metiri, quo portare non expediat? ubi emere non possim?[10] 194. Improbum facinus, judices, non ferendum, nemini lege concessum, sed fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum. Tamen ego hoc, quod ferri[11] nego posse, Verri, judices, concedo et largior. Si[12] ullo in loco ejus provinciæ frumentum tanti fuit, quanti iste æstimavit, hoc crimen in istum reum valere oportere non arbitror. Verum enimvero cum esset[13] H-S binis, aut etiam ternis, quibusvis in locis[14] provinciæ, duodenos sestertios exegisti. Si mihi tecum neque de annona, neque de æstimatione[15] tua potest esse controversia, quid sedes? quid expectas? quid defendes? Utrum tibi pecuniæ conciliatæ[16] videntur adversum leges, adversum rempublicam, cum maxima sociorum injuria; an vero id recte, ordine, e republica, sine cujusquam injuria factum esse defendes? 195. Cum tibi senatus ex ærario pecuniam promsisset, et

7 Lamb. *si vis, Hortensi, docere, aliquid.* Schutz. e conj. Garatoni delevit *aliquid.*—8 Præpositionem *in* non habent edd. ante Lamb. qui primus e conj. eam inseruit. In Huyd. *ex æstim.* Mox Ms. in marg. ed. Lamb. *doceas oportebit.*

CAP. LXXXIV. 9 Huyd. *paratus sum,* et mox *angulum atque mihi.*—10 *Possum* omnes edd. præter Lamb. 1566. Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. qui legunt *possim.*—11 Huyd. *judicatum. Tamen ego quod ferri.*—12 ψ *largior si.* —13 Post *esset* Lamb. addit *modius,* prob. Orell.—14 Huyd. *quibus suis in locis.*—15 Idem Ms. *ne de æst.*—16 Lamb. *pec. coactæ, conciliatæ:* Orell. ma-

singulos tibi denarios annumerasset, quos tu[17] pro singulis modiis aratoribus solveres; quid facere debuisti? Si, quod L. Piso ille Frugi, qui legem de pecuniis repetundis[o] primus tulit; cum emisses, quanti esset, quod superaret pecuniæ, retulisses: si, ut ambitiosi homines, aut benigni; cum pluris senatus æstimasset, quam quanti esset annona, ex senatus æstimatione, non ex annonæ ratione, solvisses:[p] sin, ut plerique[18] faciunt, in quo etiam erat aliquis quæstus, sed is honestus,[19] atque concessus; frumentum, quoniam vilius erat, ne emisses: sumsisses id nummorum, quod tibi senatus, cellæ nomine, concesserat. LXXXV. Hoc vero quid est?[20] quam habet rationem, non quæro æquitatis, sed ipsius improbitatis atque impudentiæ? Neque enim est fere quicquam, quod homines palam facere audeant in magistratu, quamvis improbi, quin ejus facti, si non bonam, at aliquam rationem afferre soleant. 196. Hoc quid est? Venit prætor: frumentum, inquit,[q] me abs te emere oportet. Optime.[1] Modium denario. Benigne, ac liberaliter: nam ego tribus H-S[2] non possum vendere. Mihi frumento non opus est: nummos volo. Nam speraveram,[3] inquit arator, me ad denarios perventurum: sed, si ita necesse est, quanti frumentum sit, considera. Video esse binis H-S. Quid ergo a me tibi nummorum dari potest, cum senatus tibi quaternos H-S[4] dederit? Quid poscat,[5] attendite; et vos, quæso, simul, judices, æquitatem

luit *pec. captæ concil.* ut c. 94.—17 Huyd. *quo tu.*—18 Idem Ms. *si ut plerique.* —19 Edd. vett. *his honestus.*

Cap. LXXXV. 20 Pro *quid est* ψ et Huyd. habent *quidem.*—1 Huyd. *Opportune.*—2 *H-S ternis* Nannii Ms. Steph. et Lamb. *ternis H-S* Orell. *tribus H-S* ceteri.—3 ψ et nonnullæ edd. vett. *Non sperav.* Scheller. scribi jubet *Jam sperav.* Lamb. *mihi frumentum non opus est; nummos volo. Sperabam, &c.*—4 Mss. pauci et edd. ante Steph. *quaternos nummos.*—5 *Possit* ψ et

NOTÆ

[o] *Qui legem de pecuniis repetundis*] Vide de Off. II. 'Nondum centum et decem anni sunt, cum de pecuniis repetundis a L. Pisone lata lex est, nulla antea cum fuisset.'

[p] *Solvisses*] Id est, solvere debebas.

[q] *Frumentum, inquit*] Dialogismus elegans prætorem inter et aratorem.

prætoris attendite.[6] 197. Quaternos H-S, quos mihi senatus decrevit, et ex ærario dedit, ego habebo, et in cistam[r] transferam ex fisco.[7] Quid postea? quid? pro singulis modiis, quos tibi impero, tu mihi octonos H-S[s] dato. Qua ratione? Quid quæris rationem? non tantam rationem res habet, quantam utilitatem atque prædam. Dic, dic,[8] inquit ille, planius. Senatus te voluit mihi nummos[9] dare, me tibi frumentum metiri: tu eos nummos, quos mihi senatus dari voluit,[10] ipse habebis; [*p.* 193.] a me, cui singulos denarios dari oportuit, binos aufers? et huic prædæ ac direptioni, cellæ nomen imponis?[11] 198. Hæc deerat injuria,[12] et hæc calamitas aratoribus, te prætore, qua reliquis fortunis omnibus everterentur. Nam quid esse reliqui poterat ei, qui per hanc injuriam non modo frumentum omne[13] amittere, sed etiam omne instrumentum vendere cogeretur? Quo enim se verteret, non habebat. Ex quo fructu nummos, quos tibi daret, inveniret? Decumarum nomine tantum erat ablatum, quantum voluntas tulerat Apronii: pro[14] alteris decumis, emtoque frumento, aut nihil datum, aut tantum datum, quantum reliqui scriba fecerat,[o] aut ultro etiam (id quod didicistis[15]) ablatum. LXXXVI. Cogantur etiam nummi ab aratore? quomodo? quo jure? quo exemplo? Nam, cum fructus diripiebantur aratorum, atque omni lacerabantur injuria; videbatur id perdere arator, quod aratro ipse quæsisset, in quo ela-

[o] *Reliquevat.*

Huyd. *poscit* edd. quædam.—6 '*Attendite*, secundo loco positum, omni emphasi carere censet Herel. Itaque legi mavult *audite*, ut IV. 45. 46. V. 21. 43. 46. Phil. II. 12. Tum priori loco potius illud substituendum esse putaverim.' *Beck.*—7 Lamb. *de fisco.*—8 *Dic* semel tantum in Huyd. et edd. vett. legitur.—9 Post *nummos* Huyd. addit *metiri*, et verba *dare me tibi* omittit. In ψ desunt voces *me tibi.*—10 *Dare voluit* Mss. cum Græv. *dari voluit* alii, e conj. Hotomanni.—11 Huyd. et Lamb. *auferes*; et mox ed. Lamb. *impones.*—12 Nannii Ms. Steph. et Lamb. 1566. *Hoc deerat injuriæ.*—13 Lamb. *fructum omnem.*—14 Huyd. caret *pro.*—15 Nannius conj. *dedistis.*

NOTÆ

[r] *In cistam*] Cista proprie dicitur arca lignea ad condendas vestes.

[s] *Octonos H-S*] Qui ad singulos denarios in singulos modios a senatu datos adjecti, terni denarii erunt.

borasset, quod agri segetesque extulissent. 199. Quibus injuriis gravissimis tamen illud erat miserum solatium, quod id perdere videbatur, quod alio prætore, eodem ex agro reparare posset. Nummos vero ut det[16] arator, quos non aratro ac manu quærit,[17] boves et aratrum ipsum, et omne instrumentum vendat, necesse est. Non enim debetis hoc cogitare: habet idem in nummis: habet idem in urbanis prædiis.[t] Nam cum aratori onus aliquod imponitur, non omnes,[18] si quæ sunt præterea facultates, sed arationis ipsius vis ac ratio consideranda est, quid ea sustinere, quid pati, quid efficere possit ac debeat. Quanquam illi quoque sunt homines ab isto omni ratione exinaniti ac perditi; tamen hoc vobis est statuendum, quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in republica[19] fungi ac sustinere velitis. Imponitis decumas;[u] patiuntur: alteras;[x] temporibus vestris serviendum putant. Dent emtum præterea: dabunt, si voletis. 200. Hæc quam sint gravia, et quid, his rebus detractis, possit ad dominos puri ac reliqui pervenire, credo vos ex vestris rebus rusticis conjectura assequi posse. Addite nunc eodem istius edicta, instituta, injurias: addite Apronii, Veneriorumque servorum, in agro decumano regna ac rapinas. Quanquam hæc omitto; de cella loquor. Placetne vobis, in cellam magistratibus nostris[20] frumentum Siculos gratis dare? quid hoc indignius?[1] quid iniquius? Atqui[2] hoc scitote, aratoribus, hoc

---

Cap. lxxxvi. 16 Lamb. Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *det:* omnes aliæ edd. *daret.*—17 Pro vulg. *quos ... quærit*, e Nannii Ms. *quos non exarat* dederunt Beck. Schutz. et Orell. prob. Ern. *quos non aratro ac manu quæreret* Ven. 1483. Junt. *quos non exarat, quos non aratro ac manu quærit* Nannii Ms. et Lamb.—18 Jannoctian. Franc. 1. Naug Manut. Lamb. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *hominis:* Huyd. Pariss. Ven. 1483. Junt. *homines.* Al. *omnes.*—19 *In rempublicam* Mss. omnes, Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. et Orell.—20 Nannii Ms. Steph. et Lamb. *vestris.*—1 Franc. 1. *At quid hoc indign.*—2 Huyd. *Atque.*

NOTÆ

[t] *Urbanis prædiis*] Omnia ædificia, quæ sunt vel in ipsis villis, hoc nomine appellantur.

[u] *Imponitis decumas*] Imponebant Verris domestici decumas, quæ non emebantur.

[x] *Alteras*] Quæ emebantur sestertiis ternis in modios singulos.

prætore, optandum ac petendum fuisse. LXXXVII. Sositeus[3] est Entellinus, homo cum primis prudens,[4] et domi nobilis; cujus verba audistis; qui ad hoc judicium legatus publice cum Arthemone et Menisco,[5] primariis viris, missus est. Is cum in senatu Entellino multa mecum de istius injuriis ageret, hoc dixit: si hoc de cella[y] atque hac æstimatione concederetur, velle Siculos senatui polliceri frumentum in cellam gratis, ne posthac[6] tantas pecunias magistratibus nostris decerneremus. 201. Perspicere vos certo scio, Siculis quantopere hoc expediat, non ad æquitatem conditionis,[p 7] sed ad minima malorum eligenda. Nam, qui mille modium Verri suæ partis[q 8] in cellam gratis dedisset, duo millia nummum, aut summum tria dedisset; idem nunc pro eodem numero frumenti H-S VIII millia dare coactus est. Hoc arator assequi per triennium, certe fructu[9] suo,[r] non potuit: vendiderit instrumentum, necesse est. Quodsi hoc munus et hoc vectigal[10] aratio tolerare, hoc est, Sicilia ferre ac pati[11] potest; populo Romano ferat potius, quam nostris magistratibus. [*p.* 194.] Magna est pecunia; magnum præclarumque vectigal. Si modo id salva provincia, si sine injuria sociorum percipere possitis; nihil detraho.[z] Magistratibus tantundem detur in cellam, quantum semper datum est. Quod præterea Verres imperat, id, si facere

[p] *Non quod sit æqua conditio.* [q] *De suo.*
[r] *Eo fructu quem solet capere.*

CAP. LXXXVII. 3 Lamb. e conj. et Schutz. *Sositheus*, prob. Beck.—4 *Cum primus prudens* ψ: *cum primis civitatis prudens* Huyd. et edd. ante Lamb. qui auctoritate Ms. Fabricii delevit *civitatis:* et sic vulg.—5 Huyd. *Menisto.*—6 ψ et ed. Vict. *gratis, ut posthac:* Huyd. *gratis in cellam ut post hoc:* vir doctus in marg. ed. Lamb. ap. Orell. *ut posthac*, et mox *ne decerneremus.*—7 *Ad æquitatis conditionem* Mss. plerique et edd. ante Lamb. qui e Fabricii Ms. edidit *ad æquitatem conditionis*, ut vulg.—8 Orell. e ψ edidit *mille modios.* Tum Lamb. *Verri pro sua parte.*—9 Huyd. edd. vett. et Oliv. *certo fructu.* Quidam, teste Lamb., legendum putant *profecto fructu;* alii *toto fructu;* alii *cetero fructu.*—10 *Hoc munus ac vect.* Ven. 1483. Junt. *hoc munus et vect.* Crat. Cam. Lamb. 1566.—11 'Fortasse verba *hoc est Sicilia ferre ac pati* e glossemate in contextum venerunt.' *Schutz.* Tum in Ms. Lambini *populus*

NOTÆ

[y] *De cella*] Id est, de frumento quod in annonam prætori datur.

[z] *Nihil detraho*] De hoc vectigali scilicet.

non possunt, recusent: si possunt, populi Romani[12] potius hoc sit vectigal, quam præda prætoris. 202. Deinde cur in uno genere solo frumenti ista æstimatio constituitur? Si est æqua et ferenda, debet populo Romano Sicilia decumas: det pro singulis[13] tritici modiis ternos denarios; sibi habeat frumentum. Data tibi pecunia est, Verres: una, qua frumentum tibi emeres in cellam; altera, qua frumentum emeres a civitatibus, quod Romam mitteres. Tibi datam pecuniam domi retines, et præterea pecuniam permagnam tuo nomine aufers.[a] Fac idem in eo frumento, quod ad populum Romanum pertinet; exige eadem æstimatione pecuniam a civitatibus, et refer,[b] quam accepisti. Tum refertius erit ærarium populi Romani, quam unquam fuit. 203. At enim istam rem in publico[14] frumento Sicilia non ferret: hanc rem in meo frumento tulit. Proinde[15] quasi aut æquior sit ista æstimatio in tuo, quam in populi Romani commodo; aut ea res, quam ego dico, et ea, quam[16] tu fecisti, inter se genere injuriæ, non magnitudine pecuniæ differat. Verum istam ipsam cellam ferre nullo modo possunt, ut omnia remittantur, ut omnibus injuriis et calamitatibus, quas te prætore tulerunt, in posterum liberentur; istam se cellam atque istam æstimationem negant ullo modo[17] ferre posse. LXXXVIII. 204. Multa Sophocles Agrigentinus apud Cn. Pompeium consulem nuper, homo disertissimus, et omni doctrina et virtute ornatissimus, pro tota Sicilia de aratorum miseriis graviter ac copiose[18] dixisse ac deplorasse dicitur. Ex quibus hoc, iis qui aderant, (nam magno conventu acta res est) indignissimum

---

Romanus ferat pot. quam nostri magistratus.—12 ψ *populo Romano.*—13 *Ferenda; populo Romano Sicilia decumas det, pro sing.* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Dein *trit. mod. ternos X* Nannii Ms. Steph. et Græv.—14 *At enim istam rem quam in publ.* Ms. Lamb. qui conj. *At enim quam rem in publ.* —15 Nonnullæ edd. vett. cum Oliv. et Lall. *Perinde.* Mox post *æstimatio* Huyd. addit *aut.*—16 Huyd. *et eam quam.*—17 *Negant se ullo modo* Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall.

NOTÆ

[a] *Tuo nomine aufers*] Ab aratoribus, tuo, non frumenti nomine. [b] *Et refer*] Ad ærarium.

videbatur: qua in re senatus optime ac benignissime cum aratoribus egisset, large liberaliterque æstimasset, in ea re prædari prætorem,[19] bonis everti aratores; et id non modo fieri, sed ita fieri, quasi liceat, concessumque sit.

205. Quid ad hæc Hortensius? falsum esse crimen? Hoc nunquam dicet. Non magnam hac ratione pecuniam captam?[20] Ne id quidem dicit.[1] Non injuriam factam Siculis, atque aratoribus? Qui poterit dicere? Quid igitur dicet? Fecisse alios. Quid est hoc? Utrum crimini defensio, an comitatus exilio quæritur?[2 c] Tu in hac republica, atque in hac[3] hominum libidine, et (ut adhuc habuit se status judiciorum) etiam licentia, non ex jure, non ex æquitate, non ex lege, non ex eo quod oportuerit,[4] non ex eo quod licuerit, sed ex eo quod aliquis fecerit, id quod[5] reprehenditur, recte factum esse defendes? 206. Fecerunt alii alia quam multa:[6] cur in hoc uno crimine isto genere defensionis uteris? Sunt quædam omnino in te singularia, quæ in nullum alium hominem dici, neque convenire possint; quædam tibi cum multis communia. Ergo, ut[7] omittam tuos peculatus, ut ob jus dicundum pecunias acceptas, ut ejusmodi cetera, quæ forsitan alii quoque etiam fecerint; illud, in quo te gravissime accusavi, quod ob judicandam[8] rem pecuniam accepisses, eadem ista ratione defendes, fecisse alios? Ut ego assentiar[d] orationi, defensionem tamen non probabo. Potius enim, te damnato, ceteris

---

Cap. lxxxviii. 18 Ven. 1483. Junt. et Orell. *grav. et cop.*—19 *Prætorem* non est in Huyd.—20 Huyd. *raptam.*—1 Mss. et edd. ante Grut. cum Lall. Beck. Schutz. et Orell. *dicet.*—2 *Utrum criminis defensio, an comitatus ex illo quær.* Ven. 1483. Junt. *utrum criminis defensio in comitatus exilio quær.* Franc. 1. Pro *crimini* ψ habet *crimen*, et Huyd. *criminis.*—3 *An in hac* Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *atque in hac* ψ, Huyd. et edd. pr. cum Harles. Beck. Schutz. et Orell. *Atque* delend. putabat Ern.—4 Verba *non ex eo quod oport.* in ψ, Huyd. et edd. vett. desunt.—5 ψ *id quo.*—6 *Fec. aliqui alia quam multa* ψ, Huyd. et edd. ante Steph. *Fec. alii. Quid? alia quam multa* Lamb.—

NOTÆ

[c] *Comitatus exilio quæritur*] Non efficit Hortensii eloquentia, ut absolvatur Verres; quæritur ei comes ad eundum in exilium, qui eodem crimine damnatus sit.

[d] *Assentiar*] Id est, ut fatear verum id esse quod dicis alios fecisse.

angustior locus improbitatis defendendæ[9] relinquatur, quam, te absoluto, alii, quod audacissime fecerunt, recte fecisse existimentur.[10] LXXXIX. 207. Lugent omnes provinciæ: queruntur omnes liberi populi:[e] regna denique jam omnia de nostris cupiditatibus et injuriis expostulant: [*p.* 195.] locus intra oceanum jam nullus est, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non, per hæc tempora, nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit.[11] Sustinere jam populus Romanus omnium nationum non vim, non arma, non bellum, sed luctum, lacrymas,[12] querimonias non potest. In ejusmodi re ac moribus, si is, qui erit adductus in judicium, cum manifestis in[13] flagitiis tenebitur, alios eadem fecisse dicet; illi exempla non deerunt; reipublicæ salus deerit, si improborum exemplis improbi judicio ac periculo liberabuntur. 208. Placent vobis[14] hominum mores? placet ita geri magistratus, ut geruntur? placet socios sic tractari, quod restat, ut per hæc tempora tractatos videtis? Cur hæc a me opera consumitur? quid sedetis? cur non in media oratione mea consurgitis atque disceditis? Vultis autem istorum audacias ac libidines aliqua ex parte resecare? Desinite dubitare,[15] utrum sit utilius, propter multos improbos uni parcere, an unius improbi supplicio multorum improbitatem coërcere. 209. Tametsi quæ ista sunt[16] exempla multorum? nam cum in causa tanta, cum in crimine maximo dici a defensore cœptum est, factitatum esse aliquid; expectant ii, qui audiunt, exempla ex vetere memoria et monumentis ac literis, plena dignitatis, plena antiquitatis. XC. Hæc enim[17]

---

7 Pro *ut* Huyd. habet *sic*.—8 Idem Ms. *judicandum*.—9 Pro *defendendæ* in Huyd. *defendere*. Tum e Franc. 1. ediderunt Græv. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *relinquatur*, ut Hotom. conjecerat. *Relinquetur* ceteri.—10 Huyd. *existimetur*.

Cap. LXXXIX. 11 Huyd. *persuaserit*.—12 ψ *lacrymarum*.—13 Nonnulli omittunt præpositionem.—14 Huyd. *nobis*.—15 In eodem Ms. deest *dubitare*.—16 Lamb. *sunt ista*.

Cap. XC. 17 Huyd. Pariss. et edd. pr. cum Grut. et Lall. omittunt vo-

NOTÆ

[e] *Liberi populi*] Liberi populi sunt, qui nullum pendunt vectigal populo Rom.

plurimum solent et auctoritatis habere ad probandum, et jucunditatis ad audiendum. Africanos[f] mihi, et Catones, et Lælios[g] commemorabis? et eos fecisse idem dices? quamvis res mihi[18] non placeat, tamen contra hominum auctoritatem pugnare non potero. An, cum eos non poteris; proferes hos recentes,[19] Q. Catulum[h] patrem, C. Marium,[i] Q. Scævolam,[k] M. Scaurum,[l] Q. Metellum?[m] qui omnes provincias habuerunt, et frumentum cellæ nomine imperaverunt. Magna est hominum auctoritas, et tanta, ut etiam delicti suspicionem tegere possit. 210. Non habes, ne ex his quidem hominibus, qui nuper fuerunt, ullum auctorem istius æstimationis.[20] Quo me igitur, aut ad quæ exempla revocas? Ab illis hominibus, qui tum versati sunt in republica,[1] cum et optimi mores erant, et hominum existimatio gravis habebatur, et judicia severa fiebant, ad hanc hominum licentiam et libidinem me adducis?[2] et in quos aliquid exempli populus Romanus statui putat oportere, ab iis tu defensionis exempla quæris? Non fugio ne hos quidem mores, dummodo ex his ea, quæ probat[3] populus Romanus exempla, non ea, quæ condemnat, sequamur. Non circumspiciam, non quæram foris, cum habeas judices, principes civitatis,[4] P. Servilium,[n] Q. Catu-

cem *enim*.—18 In edd. vett. deest *mihi*: itaque Orell. uncis includit.—19 ψ *cum eis non poteris; proferes hos recentes*: edd. vett. *cum non poteris proferre, hos recentes*: e Nannii Ms. Steph. Græv. Oliv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. *cum eos non poteris proferre, proferes hos recentes*.—20 Huyd. *existimationis*.—1 Idem Ms. *in re*, omisso *publica*.—2 Oliv. et Lall. *adducis*.—3 Huyd. *dum ex his, quæ prob*.—4 *Foris habeas judices tecum princ.* ψ, Pal. 2. Ven. 1483. Junt.

NOTÆ

[f] *Africanos*] Minorem Africanum intellige, qui Carthaginem et Numantiam evertit.

[g] *Catones, et Lælios*] Cato et Lælius sapientiæ laude celebrati sunt.

[h] *Q. Catulum*] Per Catulum Sicilia recuperata est a Pœnis, depressis sexcentis eorum navibus.

[i] *C. Marium*] Marius septies consul fuit, multisque relatis pro patria victoriis, tertius Romæ conditor dictus est.

[k] *Q. Scævolam*] Scævola fuit pontifex maximus, qui a Damasippo prætore urbano, jussu Marii junioris, occisus est.

[l] *M. Scaurum*] M. Scaurus princeps senatus fuit, et ejus pater, qui a Cicerone defensus est.

[m] *Q. Metellum*] Metellus Numidicus Metellis ceteris rerum gestarum gloria præstitit. Is de Jugurtha rege triumphavit.

[n] *P. Servilium*] Hic Servilius Cili-

lum;[o] qui tanta auctoritate sunt, tantis rebus gestis, ut in illo antiquorum et clarissimorum hominum, de quibus antea dixi, numero reponantur. 211. Exempla quærimus, et ea non antiqua: modo uterque horum[5] exercitum habuit. Quære, Hortensi, quoniam te recentia exempla delectant, quid fecerint. Itane vero? Q. Catulus frumento est usus, pecuniam[6] non coëgit. P. Servilius quinquennium exercitui cum præesset, et ista ratione innumerabilem pecuniam facere posset, non statuit sibi quicquam licere, quod non patrem suum, non avum Q. Metellum[p] facere vidisset. C. Verres reperietur, qui, quod expediat, id licere dicat? quod nemo, nisi[7] improbus, fecerit, id aliorum exemplo se fecisse defendat? At in Sicilia factitatum est. XCI. Quæ est ista conditio Siciliæ? cur, quæ optimo jure, propter vetustatem, fidelitatem, propinquitatem esse debet, huic præcipua[8] lex injuriæ definitur?[q] 212. Sed in ista ipsa Sicilia, non quæram exemplum foris: hoc ipso ex consilio utar exemplis. [*p.* 196.] C. Marcelle, te appello. Siciliæ provinciæ, cum esses pro consule,[9r] præfuisti. Num quæ in tuo imperio[10] pecuniæ, cellæ nomine, coactæ sunt? neque ego hoc in tua laude pono: alia sunt tua facta, atque consilia, summa laude digna; quibus illam tu provinciam afflictam et perditam erexisti atque recreasti: nam hoc de cella ne Lepidus[11s] quidem fecerat, cui tu successisti. Quæ

---

foris, habebis judices tecum Pal. 1. *foris: habeo judices* Lamb. In Huyd. *foris: habeas judices, tecum participes civ.*—5 Huyd. *eorum.*—6 ψ et Huyd. *pecunia.*—7 Iidem Mss. omittunt *nisi.*

Cap. xci. 8 Lamb. 1566. e conj. Hotomanni *præcipue.*—9 Huyd. et ed. Manut. *proconsul.*—10 *In* ante *tuo imperio* in Franc. 1. deest, prob. Græv.—11 *De cella ante Lep.* Mss. plerique et edd. ante Lamb. qui cum edd. seqq. e

NOTÆ

ciam a prædonibus liberavit, et Isaurum cepit; unde Isauricus appellatus est.

[o] *Q. Catulum*] Hic Q. Catulus illius, de quo jamjam, filius fuit.

[p] *Avum Q. Metellum*] Loquitur de Marcello Numidico.

[q] *Huic præcipua lex injuriæ definitur*] Id est, cur, quasi lege permittente, huic uni liceat injuriam facere, et ea lex una hac provincia definiatur et quasi circumscribatur?

[r] *Pro consule* [*proconsule*] Proconsules etiam aliquando vocabantur, qui post præturam in provincias cum imperio mittebantur.

[s] *Ne Lepidus*] Vide l. II. in Verr.

sunt tibi igitur exempla in Sicilia cellæ, si hoc crimen non modo Marcelli facto, sed ne Lepidi quidem potes defendere? 213. An me ad M. Antonii [t] æstimationem frumenti, exactionemque pecuniæ revocaturus es? Ita, inquit, ad M. Antonii: hoc enim mihi significasse et annuisse [12] visus est. Ex omnibusne igitur populi Romani prætoribus, consulibus,[13] imperatoribus, M. Antonium delegisti, et ejus unum improbissimum factum, quod imitarere?[14] Et hic utrum mihi difficile est dicere, an his existimare, ita se in illo infinito imperio [15] M. Antonium gessisse, ut multo isti perniciosius sit [16] dicere, se in re improbissima voluisse Antonium imitari, quam si defendere possit,[17] [u] nihil in vita se M. Antonii [18] simile fecisse. Homines in judiciis ad crimen defendendum, non, quid fecerit quispiam, proferre solent, sed quid probarit.[19] [x] Antonium, cum multa contra sociorum salutem, multa contra utilitatem [20] provinciarum et faceret et cogitaret, in mediis ejus injuriis et cupiditatibus mors oppressit.[y] Tu mihi, quasi ejus omnia facta atque consilia senatus populusque Romanus [judices] comprobarint,[1] ita M. Antonii exemplo istius audaciam de-

conj. Hotomanni edidit *de cella ne Lep.*—12 Quidam legi volunt *innuisse*, improb. Lamb.—13 Nannii Ms. Steph. Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *proconsulibus.*—14 Huyd. *imitarĕ.* Tum '*Et hic, &c.*] Hotomanno locus est suspectus, et hiare aliquid videtur. Mihi quoque locus videtur corruptus: nam nec *et* (quod lubentius corrigerem *sed*, aut *atque*) nec hic placet: aut addenda est nota interrogationis.' *Harles.* Post *fecisse* nonnullæ edd. vett. cum Orell. signum interrogationis ponunt.—15 Huyd. Ven. 1483. Junt. *in isto inf. imp.* Mox post *gessisse* ψ addit *aliquid.*—16 Huyd. *pern. est.*—17 *Quam se possit defendere* Mss. plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. *quam, si possit, defendere* Manut. Lamb. Oliv. Lall. Beck. *quam defendere, si possit* Schutz. e conj.—18 ψ *Antonio.*—19 Mss. et edd. vett. *probarint:* Lamb. et edd. seqq. e conj. Hotomanni *probarit.*—20 *Multa* non est in Pall. Pro *utilitatem*, in ψ, Huyd. Pall. et edd. vett. *voluntatem.*—1 *S. P. Q. Ro. judices compr.* Ven.

NOTÆ

[t] *Antonii*] Antonius toti oræ maritimæ præfuit.

[u] *Quam si defendere possit*] Defendit suum factum Verres imitatione Antonii: at hoc illi perniciosius est, quam dicere, se nulla unquam in re illi similem fuisse, si modo hoc defendere, et probare possit: quod non potest; multis enim in rebus improbitatem ejus imitatus est. Ita Manutius.

[x] *Sed quid probarit*] Id est, sed quid fecerit, quod aliis probari possit.

[y] *Mors oppressit*] Post indictum Cretensibus bellum, reque infeliciter gesta, mortuus est.

fendis. XCII. 214. At idem fecit Sacerdos.[2] Hominem innocentem et summa prudentia præditum nominas; sed tum idem fecisse erit existimandus, si [3] eodem consilio fecerit. Nam genus æstimationis ipsum a me nunquam est reprehensum; sed ejus æquitas aratorum commodo et voluntate perpenditur. Non potest reprehendi ulla æstimatio,[4] quæ aratori non modo incommoda [5] non est, sed etiam grata est. Sacerdos, ut in provinciam venit, frumentum in cellam imperavit. Cum esset, ante novum,[6z] tritici modius denariis quinque; petiverunt ab eo civitates, ut æstimaret. Remissior[a] aliquanto ejus [7] fuit æstimatio, quam annonæ:[b] nam æstimavit denariis III.[8] Vides, eandem æstimationem, propter temporis dissimilitudinem, in illo laudis causam habere; in te, criminis: in illo, beneficii; in te, injuriæ? 215. Eodem tempore Antonius III denariis æstimavit, post messem,[9] summa in vilitate, cum aratores frumentum dare gratis malebant. Et aiebat,[10] se tantidem æstimasse, quanti Sacerdotem: neque mentiebatur; sed eadem ista æstimatione, alter sublevarat aratores, alter everterat. Quod nisi omnis frumenti ratio ex temporibus esset et annona, non ex numero, neque ex summa, consideranda; nunquam tam grati hi sesquimodi,[11] Q. Hortensi, fuissent; quos tu cum ad mensuræ tam exiguam rationem populo Romano [12] in capita descripsisses, gratis-

---

1483. Junt. Lamb. et Græv. *senatus populique Romani judices compr.* Steph. et Lamb. in marg. *Judices* e conj. Ernesti delevit Schutz. Tum in edd. vett. deest *M.* ante *Antonii.*

CAP. XCII. 2 ψ *P. N. Sacerdos.*—3 Huyd. caret *si.*—4 Lamb. e Ms. cum Naug. Manut. Oliv. Lall. *illa æst.*—5 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. omittunt voces *non modo.* Pro *incommoda* ψ habet *in commodo.*—6 Huyd. *ante nonum.* Nannius conj. *ante novam messem.* Dein Mss. aliqui et edd. vett. *trit. mod. H-S XV.* Fabricii Ms. *trit. mod. XV.*—7 *Ejus* non est in Huyd. Mox *annona* Mss. plerique et edd. vett. cum Orell.—8 *Æst. XIII* Nannii Ms. et Huyd. *æst. denariis XIII* Naug. *æst. H-S XIII* aliæ edd. vett.—9 Huyd. *mensem.*—10 Idem Ms. *aiebant.*—11 Ven. 1483. Junt. *semimodii.*—12 ψ et

NOTÆ

[z] *Ante novum*] Collectum nempe frumentum.

[a] *Remissior*] Ternos enim sestertios de singulis modiis detraxit.

[b] *Quam annonæ* [*annona*] Id est, minor fuit æstimatio quam frumenti pretium in summa penuria ferebat.

simum omnibus fecisti: caritas enim annonæ faciebat, ut istuc, quod re parvum videbatur,[13] tempore[s] magnum videretur. Idem istuc si in vilitate populo Romano[14] largiri voluisses; derisum tuum beneficium esset atque contemtum. XCIII. 216. Noli igitur dicere, istum idem fecisse, quod Sacerdotem; quoniam non eodem tempore,[15] neque simili fecit annona. Dicito potius, quoniam habes auctorem idoneum, quod Antonius uno adventu, et vix menstruis cibariis[16] [c] fecerit, id istum per triennium fecisse: et istius innocentiam[d] M. Antonii facto atque auctoritate defendito. Nam de Sex. quidem Peducæo,[e] fortissimo atque innocentissimo viro, quid dicetis?[17] de quo quis unquam arator questus est? [*p.* 197.] aut quis non ad hoc tempus innocentissimam omnium diligentissimamque præturam illius hominis existimavit? Biennium[18] provinciam obtinuit, cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit. Num aut[19] in vilitate nummum arator quisquam dedit, aut in caritate de æstimatione frumenti questus est? At uberiora cibaria facta sunt caritate. Credo: neque id est novum, neque reprehendendum. 217. Modo C. Sentium[20] vidimus,[f] hominem vetere illa ac singulari innocentia præditum, propter caritatem frumenti, quæ fuerat in Macedonia, permagnam ex cibariis pecuniam deportare.[1] Quamobrem non ego invideo tuis commodis, si qua ad te lege

[s] *Anno.*

---

nonnullæ edd. vett. *populi Romani.* Tum Huyd. *in capite.*—13 Pro *videbatur* Lamb. in ed. 1566. conj. *erat.*—14 ψ *populi Romani.*

CAP. XCIII. 15 Lamb. 1566. Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell. *non eodem temp.* ceteri *non eo temp.* Mox pro vulg. *annona* in Mss. plerisque et edd. vett. *anno.*—16 Huyd. *et in menstr. cib.*—17 ψ, Huyd. et edd. vett. *dicitis.*—18 *Biennio* ψ, Huyd. et edd. ante Lamb. qui auctoritate Ms. Nannii edidit *Biennium:* et sic vulg.—19 Edd. vett. *Unum aut:* ed. Manut. 1565. *Non aut.* Dein pro *nummum* Huyd. habet *minimum.*—20 Huyd. *Seveium.*—

NOTÆ

[c] *Menstruis cibariis*] Cibaria menstrua sunt, quæ in singulos menses dantur.

[d] *Istius innocentiam*] Ironice loquitur.

[e] *Peducæo*] Huic quæstor Verres fuit.

[f] *Sentium vidimus*] Sentius, qui et Saturninus dictus est, consul Rom. fuit.

venerunt: injuriam queror, improbitatem coarguo:[2] avaritiam in crimen et in judicium voco.

Quodsi suspiciones injicere voletis, ad plures homines et ad plures provincias crimen hoc pertinere; non ego[3] istam defensionem vestram pertimescam, sed me omnium provinciarum defensorem esse[4] profitebor. Etenim hoc dico, et magna voce dico: Ubicumque hoc factum est, improbe factum est: quicumque hoc fecit, supplicio dignus est.[5] XCIV. 218. Nam, per Deos immortales! videte, judices, et prospicite animis, quid futurum sit. Multi magnas pecunias ab invitis civitatibus atque ab invitis aratoribus ista ratione, cellæ nomine, coëgerunt: (omnino ego neminem video, præter istum; sed do hoc vobis, et concedo, esse multos) in hoc homine rem adductam in judicium videtis. Quid facere potestis? Utrum, cum judices[6] sitis de pecunia capta, conciliata,[7] tantam pecuniam captam negligere; an, cum lex sociorum causa rogata sit,[q] sociorum querimonias non audire? 219. Verum hoc quoque vobis remitto. Negligite[8] præterita, si vultis; sed ne reliquas spes turbetis, atque omnes provincias evertatis; id providete, ne avaritiæ, quæ antehac occultis itineribus atque angustis[9] uti solebat, auctoritate vestra viam patefaciatis illustrem atque latam.[t][10] Nam si hoc probatis, et si hoc licere, pecunias isto nomine capi,[11] judicatis; certe hoc,[12] quod adhuc nemo, nisi improbissimus, fecit, posthac

[t] *Amplam.*

1 Nonnullæ edd. vett. *reportare.*—2 ψ, Huyd. et edd. ante Lamb. *arguo.*—3 *Ego* non est in Huyd.—4 Schutz. e conj. Ernesti delevit *esse.*—5 Ante *improbe factum est* Huyd. inserit *quicumque hoc fecit.* Lamb. *Supplicio, quicumque hoc fecit, dignus est.*

CAP. XCIV. 6 Huyd. *judice.*—7 ' *Conciliata* sine causa suspect. Schellero. Mox Franc. 1. *collatam colligere*, unde Garaton. dubiam suspicionem jecit, *coactam negligere.*' Orell. Pro *conciliata* in Huyd. *conciliatam.*—8 Huyd. *neglige.*—9 *Angustiis* Mss. et nonnullæ edd. vett.—10 Lamb. *latam atque illustrem.*—11 *Hoc* ante *licere* e conj. delevit Schutz. Verba *pecunias isto nomine capi* gloss. sapere videbantur Wyttenbachio, Bibl. Crit. I. 2. p. 18.—12 *Hoc*

NOTÆ

[q] *Lex sociorum causa rogata sit*] Lex de repetundis sociorum populi Romani causa lata est. Vide Divin. § 18. not.

nemo, nisi stultissimus, non faciet. Improbi sunt, qui pecunias contra leges cogunt; stulti, qui, quod licere judicatum est, prætermittunt. 220. Deinde, judices, videte, quam infinitam sitis hominibus licentiam pecuniarum eripiendarum daturi. Si ternos denarios qui coëgit, erit absolutus; quaternos, quinos,[13] denos denique, aut vicenos coget alius. Quæ erit reprehensio? in quo[14] primum injuriæ gradu resistere incipiet severitas judicis? quotus erit iste denarius, qui non sit ferendus,[15] et in quo primum æstimationis iniquitas atque improbitas reprehendatur?[16] Non enim a vobis summa, sed genus æstimationis erit[17] comprobatum. Neque hoc potestis judicare, ternis denariis æstimare[18] licere; denis non licere. Ubi enim semel ab annonæ ratione, et ab aratorum voluntate[19] res ad prætoris libidinem translata est; non est jam in lege atque in officio,[20] sed in voluntate hominum atque avaritia[1] positus modus æstimandi. XCV. Quapropter si vos semel in judicando finem æquitatis et legis transieritis; scitote, vos nullum ceteris in æstimando finem improbitatis[2] et avaritiæ reliquisse. 221. Videte igitur, quam multa simul a vobis postulentur. Absolvite eum, qui se fateatur maximas pecunias cum summa sociorum injuria cepisse. Non est satis.[3] Sunt alii quoque plures,[4] qui idem fecerint. Absolvite etiam illos, si qui sunt; ut uno judicio[5] quam plurimos improbos liberetis. Ne id quidem satis est. Facite, ut ceteris posthac idem liceat. Licebit. At hoc[6] parum est. Permittite, ut liceat, quanti[7] quisque velit, tanti æstimet. Æstimabit. [*p.* 198.] Videtis jam profecto, judices, hac æstimatione[8]

---

non est in Huyd.—13 *Quinos* in ψ, Huyd. et edd. vett. deest.—14 Nonnulli legend. putant *in quoto*, prob. Lamb.—15 ψ et Huyd. *referendus:* edd. vett. *deferendus.*—16 Lamb. *reprehendetur.*—17 ψ, Huyd. et edd. vett. *est.*—18 E Nannii Ms. Steph. Lamb. et Orell. dederunt *æstimari.* In ψ, Huyd. et edd. vett. desunt verba *denis non licere.*—19 Lamb. 1566. e conj. *ab aratorum utilitate;* et sic Orell. Cf. § 213.—20 ψ et Huyd. *neque in off.*—1 Pro *avaritia,* in ψ, Huyd. et edd. vett. *audacia.*

CAP. XCV. 2 Huyd. *improbitati.*—3 Idem Ms. *accepisse. Non satis.*—4 Huyd. et edd. vett. cum Beck. Schutz. et Orell. *complures.* Mox Huyd. *fecerunt.*—5 Huyd. *et uno jud.* Pro *improbos* Huyd. et edd. vett. habent *impios.*—6 Ursini Ms. et unus Paris. *Adhuc:* Pal. 2. *Ad hoc.*—7 Pro *quanti* in Huyd. legitur *quam.* Mox *æstimet* omittunt ψ et Huyd.—8 Huyd. *hæc æsti-*

a vobis comprobata, neque modum posthac avaritiæ cujusquam, neque pœnam improbitatis futuram. 222. Quas ob res, quid agis,[9] Hortensi? Consul es designatus: provinciam sortitus es:[r 10] de æstimatione cum dices frumenti, sic te audiemus, quasi id, quod ab isto recte[11] factum esse defendes,[12] te facturum profiteare, et quasi, quod isti licitum esse dices, vehementer cupias[13] tibi licere. Atqui, si id licebit, nihil est, quod putetis quenquam posthac commissurum, ut de pecuniis repetundis condemnari possit. Quantam enim quisque concupierit pecuniam, tantam licebit per cellæ nomen, æstimationis magnitudine consequatur.

XCVI. 223. At enim est quiddam, quod, etiamsi palam in defendendo non dicit[14] Hortensius, tamen ita dicit, ut vos id suspicari et cogitare possitis: pertinere hoc ad commodum senatorium;[15 s] pertinere ad utilitatem eorum, qui judicent, qui in provinciis cum potestate, aut cum legatione se futuros aliquando arbitrentur.[16] Præclaros vero existimas judices nos habere, quos alienis peccatis concessuros[u 17] putes, quo facilius ipsos peccare liceat. Ergo id volumus populum Romanum, id provincias, id socios nationesque exteras existimare, si senatores judicent, hoc certe unum genus infinitæ pecuniæ per summam injuriam cogendæ nullo modo posse reprehendi? Quod si ita est,

[u] *Parcituros.*

matione.—9 Idem Ms. *quid ais.*—10 Ant. Augustinus legi maluit *sortiturus es*, probb. Ursino et Ernesto.—11 In Huyd. abest *recte.*—12 *Defendis* Mss. et edd. ante Ald. qui e conj. dedit *defendes;* et sic edd. seqq.—13 *Immane cupias* Ms. Lambini, non improb. Garaton. qui præterea suspic. *insane cupias.* Huyd. omittit *tibi.* Mox pro *nihil est quod* in Huyd. legitur *nequid.*

CAP. XCVI. 14 Huyd. *quoddam*, et mox *dicat.*—15 Idem Ms. *senatorum.*—16 Idem *arbitrurentur.* Tum ψ, Huyd. et edd. vett. *Præclaros viros exist.*—17 Ante *concessuros* Huyd. addit *nos.* In Franc. 1. *cessuros.* Mox Ern. ma-

NOTÆ

[r] *Provinciam sortitus es*] Antequam fierent consules in comitiis, iis provinciæ a senatu decernebantur; quas designati sortiebantur. Cretam Hortensius consecutus est, quæ tamen Metello collegæ concessa est, unde Cretici nomen adeptus est.

[s] *Ad commodum senatorium*] Tantum ex ordine senatorio cum potestate mittebantur ad provincias.

quid possumus contra illum prætorem dicere, qui quotidie templum tenet,[t] qui rempublicam sistere [18] negat posse, ni ad equestrem ordinem judicia referantur? 224. Quodsi ille hoc unum agitare [19] cœperit, esse aliquod genus cogendæ pecuniæ, senatorum commune, et jam prope concessum ordini, quo genere ab sociis maxima pecunia per summam injuriam auferatur; [20] neque ullo modo senatoriis judiciis reprehendi posse; idque, dum equester ordo judicaret, nunquam [1] esse commissum; quis obsistet? quis erit tam cupidus vestrum,[2] tam fautor ordinis, qui de transferendis judiciis possit recusare? XCVII. Atque [3] utinam posset aliqua ratione hoc crimen, quamvis falsa, modo humana atque usitata defendere! minore periculo vestro, minore periculo provinciarum omnium, judicaretis. Negaret hic æstimatione [4] se usum? vos id credidisse homini, non factum comprobasse videremini. Nullo modo negare potest: urgetur a [5] tota Sicilia: nemo est ex tanto numero aratorum, a quo pecunia cellæ nomine non sit exacta. 225. Vellem etiam hoc posset dicere, nihil ad se istam rationem pertinere: per quæstores rem frumentariam esse administratam. Ne id quidem ei licet [6] dicere, propterea quod

vult *ipsis peccare liceat*, ut Lamb. 1566.—18 Pro *sistere*, Steph. Lamb. et Grut. auctoritate Nannii Ms. ediderunt *subsistere*. '*Rempublicam* sine causa suspect. Ern.' *Orell.* Mox pro *ni* Orell. ex ed. Junt. edidit *nisi*.—19 ψ et Huyd. *cogitare*. —20 E Nannii Ms. *averratur* dederunt Steph. Grut. Græv. Oliv. et Lall. In ed. Lamb. *avertatur*, ut volebat Grut. *Auferatur* Mss. plerique et edd. vett. cum Harles. Beck. Schutz. et Orell. Dein *neque illud modo* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Cam. *neque id ullo modo* Lamb. e Ms. *neque ullo modo* vulg.— 1 Huyd. *non*. Mox *obstet* ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. *obsistet* e Ms. Nannii ediderunt Steph. Græv. Oliv. Lall. Ern. Harles. Beck. Schutz. et Orell.—2 Mss. panci et edd. ante Steph. *vestri*.

CAP. XCVII. 3 In Huyd. deest *Atque*. Post *posset* Schutz. suspicatur *iste* excidisse.—4 Vulg. *Neg. hic æstim.* Lamb. *Si neg., hac æst. se usum:* unde Schutz. *Neg. hac æst. se usum.*—5 Præpositionem *a*, quam ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Nang. Hervag. omittunt, Garaton. Beck. et Orell.

NOTÆ

[t] *Quotidie templum tenet*] Intelligit Aurelium Cottam, qui in rostris conciones habebat ad populum, ut de judiciis legem ferret. Templi autem nomine rostra sæpe vocabantur, quia in iis leges quoque ferebantur a magistratibus.

ipsius literæ recitantur, ad civitates de ternis denariis missæ. Quæ est igitur defensio? Feci,[7] quod arguis: coëgi pecunias maximas cellæ nomine; sed hoc mihi licuit: vobis, si prospicitis,[x] licebit. Periculosum provinciis, genus injuriæ confirmari judicio: perniciosum nostro[8] ordini, populum Romanum existimare, non posse eos homines, qui ipsi[9] legibus teneantur, leges in judicando religiose defendere. Atque isto prætore, judices, non solum æstimandi frumenti modus non fuit, sed ne imperandi quidem: neque enim id, quod debebatur,[10] sed quantum commodum fuit,[y] imperavit. Summam[z] faciam vobis ex publicis literis et testimoniis civitatum, frumenti in cellam imperati. Reperietis quinquies tanto, judices, amplius istum, quam quantum ei in cellam sumere licitum sit,[11] civitatibus imperasse. Quid ad hanc impudentiam addi[12] potest, si et æstimavit tanti, ut homines ferre non possent, et tanto plus, quam erat ei concessum legibus, imperavit?

226. Quapropter, cognita tota re frumentaria, judices, jam facillime perspicere[13] potestis, amissam esse populo Romano Siciliam, fructuosissimam atque opportunissimam provinciam, nisi eam vos istius damnatione recuperatis. [*p.* 199.] Quid est enim Sicilia, si ei agri cultionem[a][14] sustuleris, et si aratorum numerum ac nomen extinxeris? Quid enim potest esse in calamitate residui, quod non ad miseros aratores,[15] isto prætore, per summam injuriam ignominiamque pervenerit? quibus, cum decumas dare deberent, vix ipsis[16] decumæ relictæ sunt: cum pecunia deberetur,[17] soluta non est: cum optima æstimatione senatus frumentum eos in cellam dare voluisset, etiam instrumenta agrorum vendere coacti sunt. XCVIII. 227. Dixi jam an-

[x] *Absolvatis me.* [y] *Libuit ipsi.* [z] *Compendium.*
[a] *Agriculturam.*

uncis includunt.—6 Nonnullæ edd. vett. *licebit.*—7 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. *Fac.*—8 Huyd. *vestro.*—9 Ed. Oliv. *ipsis.*—10 Ms. Lambini *debetur.*—11 Ern. conj. *lic. esset*, prob. Harles.—12 ψ et Huyd. omittunt *addi.*—13 Huyd. *prospicere.*—14 In eodem Ms. *agricolationem.*—15 Huyd. *ad residuos arat.*—16 Lamb. 1566. e conj. *ipsæ*, prob. Ern.—17 Huyd. *pecuniam deberet.*

tea, judices, ut has omnes injurias tollatis, tamen ipsam rationem arandi spe magis et jucunditate quadam, quam fructu atque emolumento teneri. Etenim ad incertum casum[18] et eventum certus quotannis labor et certus sumtus impenditur. Annona[19][u] porro pretium, nisi in calamitate fructuum,[20] non habet. Si autem ubertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis; ut aut male vendendum[b] intelligas, si processit;[c][1] aut male perceptos fructus,[d] si recte[e] licet vendere. Totæ autem res[2] rusticæ ejusmodi sunt, ut eas non ratio, neque labor, sed res incertissimæ, venti tempestatesque moderentur. Hinc cum unæ decumæ lege et conditione[3] trahantur; alteræ novis institutis[x] propter annonæ rationem imperentur; ematur præterea frumentum quotannis publice; postremo etiam in cellam magistratibus et legatis imperetur; quid aut quantum præterea est, quod aut liberum possit habere ille arator ac dominus in potestate suorum fructuum, aut in ipsis fructibus solutum?[y] 228. Quodsi hæc feruntur[4] omnia; si vobis potius ac populo Romano, quam sibi et suis commodis, opera, sumtu, labore deserviunt;[z] etiamne hæc[5] nova debent edicta[a] et imperia prætorum, et Apronii

[b] *Parvo pretio.* [c] *Ferax sit.*
[d] *Perceptum parum frumenti.* [e] *Care.*

Cap. xcviii. 18 Franc. 1. *in inc. casum*, prob. Græv.—19 ψ, Ven. 1483. Junt. *Annonæ.*—20 ψ et Huyd. *fructum.*—1 ψ, Huyd. Franc. 1. Ven. 1483. Junt. Beck. et Schutz. *si bene processit*, prob. Harles.—2 ψ, Ven. 1483. *Totæ enim res.* Mox Huyd. *sed incertissimæ*, omisso *res.*—3 *Lege et consuetudine* e Nannii Ms. ediderunt Steph. Lamb. et Græv.—4 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. *ferentur.* Mox pro *populo Romano*, ψ *reipub.* in aliis *R. P.*—5 In Huyd. *hæc*

NOTÆ

[u] *Annona*] Fructus, qui ex aratione colligitur, annona dicitur.

[x] *Novis institutis*] Legem Hieronicam in Sicilia valere voluit populus Romanus: quare si postularet annona ut aliter ageretur, tum nova instituta sanciebantur.

[y] *In ipsis fructibus solutum*] Nempe, quod dari non oporteat.

[z] *Deserviunt*] Id est, ita fidem ostendit Siculorum, qui ita serviunt, ut nihil eorum omittant quæ præstare debent.

[a] *Nova edicta*] Loquitur de edictis quæ a Verre instituta sunt, et quæ alii prætores exemplo Verris in suum commodum trahent.

dominationem, et Veneriorum servorum furta rapinasque perferre?[6] etiamne frumentum pro emto gratis dare? etiamne in cellam cum cupiant gratis dare ultro,[7] pecuniam grandem dare? etiamne hæc tot detrimenta atque damna cum maximis injuriis contumeliisque[8] perferre? Itaque hæc, judices, quæ pati nullo modo potuerunt, non pertulerunt.[b] Arationes tota Sicilia desertas atque a dominis[9] relictas esse cognoscitis: neque quicquam aliud agitur hoc judicio,[10] nisi ut antiquissimi socii fidelissimique, Siculi, coloni populi Romani atque aratores, vestra severitate et diligentia, me duce atque auctore, in agros atque in ædes[11] suas revertantur.

deest. Pro *debent* idem Ms. habet *dent*.—6 In eodem Ms. *proferre*.—7 Lamb. *ultro dare gratis*.—8 Huyd. *injuriis atque contumeliis*.—9 Pro *a dominis* in eodem Ms. *ad hominis*.—10 Huyd. *hoc in jud*.—11 ψ, Huyd. Ven. 1483. Junt. Crat. Steph. Lamb. et Orell. *sedes*.

NOTÆ

[b] *Non pertulerunt*] Abire profugi maluerunt aratores, quam tam duras conditiones a Verre impositas subire.

APPENDICULA NICOLAI HORTENSII

DE RE FRUMENTARIA ROMANORUM.

Liber tertius Accusationis totus est de re frumentaria, hoc est de furtis, quibus Verres detraxit ‘ de cibariis,’ ut ait Cicero, ‘ de victu, de vita et sanguine populi Romani.’ Ista me admonuerunt, ut paulo diligentius in rem frumentariam Romanorum inquirerem; rem cognitione jucundam et utilem, intuenti quibus artibus populo prope immenso victus sine labore compararetur; et quam justæ sint querelæ, quas assidue Tullius deplorare solet de averso Siculo frumento, et de remissis Clodia lege semissibus, ac trientibus.

In argumento simili versati sunt olim J. Lipsius et Vincent. Contarenus: quædam ab illo; ab hoc vero non pauca huc transtuli.

Hujusce disputationis hæc erunt capita: I. Populi Romani parsimonia. II. Deinde avaritia. III. Frumento emto et vectigali populus Romanus utebatur. IV. Largitionum frumentariarum origo et causa. V. Primæ largitiones. VI. Leges frumentariæ. 1. Gracchi. 2. Incerti auctoris. 3. Apuleia. 4. Livia. 5. Terentia-Cassia. 6. Senatus-consultum Catonianum. 7. P. Clodii. VII. Modus frumenti qui dabatur. An viritim? VIII. Qui accipiebant, et quomodo. IX. Numerus accipientium. X. Curatores rei frumentariæ. XI. Per quos frumentum distribuebatur. XII. Provinciæ frumentariæ.

I. Primis temporibus summa fuit Romanorum parsimonia. Bina jugera ad alendam familiam erant satis: nulli civi majorem agrorum modum Romulus attribuit. ‘ M. Curii post triumphos, immensumque terrarum adjectum imperio, nota concio est: perniciosum intelligi civem, cui septem jugera non sufficerent; quæ mensura plebi post exactos reges assignata est.’ Plin. XVIII. 2. et 3. His moribus non modo sufficiebant fruges domesticæ, nulla provinciarum pascente Italiam, verum etiam annonæ vilitas incredibilis erat. Ibid. Testatur Polybius II. 15. etiam ætate sua medimnum Siculum, non vero ‘ modium,’ ut Casaubonus vertit, Budæum perperam secutus, venisse obolis quatuor; Gall. *cinq. sols.*

II. Sed ubi avaritia et luxuria in rempublicam immigravere, rerum facies immutata est. Nullus agrorum habendorum modus fuit. Leges ferendæ fuerunt, quibus cupiditas coërceretur, et modus definiretur agri, quem nobilium quisque possideret. Leges vanæ fuerunt. Ipsi earum auctores in eas primi peccaverunt. Adeo fræni impatiens flagravit avaritia. Liv. VI. 35. Plin. ubi supra. Appian. Civ. I.

III. Interea quanto rura potentiorum ampliora in dies fiebant, tanto magis

plebi crescebat difficultas frumentaria. Suberat difficultatis istius altera causa, distributiones agrariæ, quæ tribunitiis factionibus constitutæ, aliquantulum opis civibus aliquot afferebant, cum ceteri languerent inopia. Ergo his malis quærendum fuit remedium. Ut sufficerentur populo cibaria, quæ industria sua sibi pararejam amplius non poterat, senatus legatos in feraciores Italiæ provincias, ad comparandum frumentum quod plebi viritim daretur, subinde mittendos curavit; maxime vero in Etruriam, quæ frumento tantum abundabat, ut magnam ejus vim præstare vicinis posset.

Præterea ut Romanorum ditioni provinciæ subjici cœperunt, ager earum, factus publicus jure victoriæ, illis quidem redditus est; verum ea conditione, ut decimam partem frugum, quas ex suis arationibus perciperent, tributi nomine penderent. Quod primo quidem in Italia; deinde in Sicilia, Africa, ceterisque provinciis, prout subjiciebantur, factitatum esse constat. Hæc est decumarum illarum origo, quarum mentio tam frequens occurrit in Verrinis, et præcipue libro III. Cum autem decumanum frumentum alendæ plebi, quæ in dies crescebat, jam non sufficeret, idem senatus publice ad auxilia domestica coëmendum in provinciis, maxime in Sicilia, frumentum curavit. Cic. Verr. III. 69. Frumentum illud omne Romam devectum, plebi levi pretio distribuebatur, in hoc tantum, ut ærario pecunia, quam repræsentaverat, reciperetur.

IV. Verum, ut ex malo malum nascitur, tenuiorum civium multitudinem, quia illi, unde solveret, non erat, ære alieno obstringi necesse fuit. Igitur ita rem moderari oportuit, ut utrique difficultati et annonariæ et pecuniariæ obviam iretur; neque permittere, ut multitudini, quæ satis ipsa per se levis est, ulla paulo justior ad motus in Urbe concitandos accederet occasio. Itaque plebi annona menstrua præbita est pretio, non eo, quo publice vendebatur, sed vilissimo; quo et egestas domestica levaretur, nec tamen plebs avocaretur ab industria.

Fontem hic habes et rivulum publicarum largitionum, (quippe largiri dicitur, non solum qui gratis dat, verum etiam qui ex pretio aliquid detrahit,) qui deinceps eundo tantum tribunitiis legibus accrevit; ut earum moli postea sustinendæ ærarium impar fuerit.

V. Prima frumenti largitio, (illam dico quæ retinuit quandam venditionis speciem,) quæ minime dubia occurrit in Romana historia, contigit A. U. C. 262. quo anno caritas primum annonæ fuit ex incultis per secessionem plebis agris, et fame deinde laboratum est. Consules dimiserunt passim ad coëmendum frumentum, non in Etruriam modo, et per Volscos usque ad Cumas, sed in Siciliam quoque: quod Romam advectum populo datum est levi sane pretio; curante senatu ut frumentum et res omnes ad victum necessariæ tanti essent, quanti minimi fuissent ante secessionem. Liv. II. 34.

A. U. 298. cum annona, inquit Liv. III. 31. propter aquarum intemperiem, laboraretur, Manius Marcius ædilis plebis primum frumentum, id est, frumentum quod mense primo (singulis enim mensibus dividebatur, et sic interpretor τὸ 'primum,' quod mire torsit doctos homines) sui magistratus divisit, populo in modios assibus, Gall. 9. *deniers*, donavit. Plin. XVIII. 4. ed. Harduin.

A. U. 315. cum fame plebs urgeretur, L. Minucius Augurinus, præfectus annonæ creatus, ejus levatæ gloriam tulit. Nam oppresso Sp. Mælio, omne frumentum, quod hic privata pecunia ad largitiones faciendas coëmerat, una cum reliquis ejus bonis publicatum fuit. Quod frumentum Minucius assibus in modios venale cum proposuisset, ita pretium farris imminuit, ut tribus nundinis tantidem in foro prostaret: qua de causa statua ei, a populo stipe collata, statuta est. Liv. IV. 12—16. Plin. ubi supra.

Frumentum commune est nomen. Sed hic et in superioribus accipio pro farre, quo puls illa conficiebatur, qui priscus fuit Romanorum victus: unde 'pulti-fagi' Plauto dicuntur. Nam panifici pistores incogniti Quiritibus olim: solique in usu ii, qui farinam in pistrino pinserent; id est, tunderent, seu molerent. M. Varro, apud Non. verbo 'Pinsere.' Plin. XVIII. 15. ed. Hard.

Sequitur apud Plinium XVIII. 3. Trebii largitio. Is in ædilitate anno 343. populo frumentum et ipse assibus in modios præstitit: quam ob causam ei statuæ dicatæ sunt, et supremo die populi humeris portatus in rogum est. Postea divisum etiam frumentum est sæpius, atque id fere per ædiles; sed graviori pretio, etiam in vilitate annonæ, quam antea. Testis Livius XXX. 26. et XXXI. 4.

Hæc antiquitus facta sunt, cum largitio ea omnis voluntaria adhuc, et in arbitrio aut magistratuum esset, aut senatus. Frumentum plebi dabatur non illud quidem gratuitum, sed pretio levissimo. Plebs publico fere sumtu alebatur: ipsa vicissim liberis educandis subministrabat reipublicæ milites, et sanguine suo rependebat ei damna pecuniæ. Verum hisce temporibus largitiones fuerunt incertæ. Aliquanto post annum sexcentesimum leges tum primum latæ sunt, quibus perpetua stataque frumentatio facta est. Quanquam his quoque legibus modo fixis, modo refixis, illa etiam fluctuavit; donec venit respublica in unius potestatem, qui gratuita annona bene emi imperium putaret. Leges illæ, sive frumentariæ, sive alimentariæ, sive annonariæ, (nam hisce nominibus appellantur) plurimum a tribunis plebis, aliquando a consulibus latæ sunt. Semel ea de re factum est senatusconsultum.

VI. Primus de stata perpetuaque frumentatione legem tulit C. Sempronius Gracchus, tribunus plebis, A. U. 630. 'Uti semisse atque triente in singulos modios plebi frumentum ex publico singulis mensibus, per singulas tribus divideretur; borreaque, quæ ab ipso legislatore Sempronia deinde vocata sunt, in Urbe constituerentur, in quibus frumentum publicum cum legibus frumentariis asservaretur.' Plut. in Gracch. Festus. Pigh. ad ann. 630.

Postea horrea plurima in quatuordecim Urbis regionibus ædificata sunt. Numerat ad trecenta novem Lipsius Elect. I. 8. sortita nomen ab iis, a quibus exstructa fuerunt.

Lege Sempronia duo sanciuntur; pretium largitionis, et perpetuitas. Statuit Gracchus uti frumentum populo daretur singulis mensibus; uti semisse atque triente, vel semissibus et trientibus, ut Cicero et alii loquuntur. Primum aperienda est insolens forma orationis; deinde pretium quod in modium Gracchus statuit, demonstrabo.

Quærit Contarenus, cur Gracchus 'semissis' et 'trientis' nomina usurpare maluerit, cum rem et brevius et planius potuisset exponere; et adductis aliquot rationibus, 'Amplius' pronuntiat. Abramus, ad Orat. pro Sext. cap. 25. censet, quod triticum 'semisse,' hordeum, lupinus, et minuta alia legumina 'triente' vendebantur, ideo distinctam 'semissis' et 'trientis' fieri mentionem. Nos verius, ni fallor, ex Gronovio sic: As in partes secabatur, sive uncias, duodecim. 'Semissis' erat assis dimidia pars; 'triens,' erat tertia pars; hic quatuor, ille sex uncias, capiebat: conjuncti, decem uncias comprehendebant; et decuncem, seu dextantem conficiebant. Cur autem Gracchus semissem et trientem potius, quam dextantem, qui idem est, nominaverit, et cur illa uti circuitione maluerit, causa est, quia semissis et trientis formæ publicæ percutiebantur: dextantis vero nullæ fuerunt. Gronov. de Pecun. Vet. IV. 12. Si Grævio ad Cic. loc. cit. credis, hæc vera est et unica locutionis istius ratio: quæ tamen illius insolentiam non excusat. Quasi quis hodie velit 'viginti quatuor et duodecim asses,' potius quam 'sex et triginta asses' rei venali cuipiam pretium statuere, ob id nimirum quod viginti quatuor et duodecim assium nummi apud nos ambulent; triginta vero et sex assium nulli sunt.

Jam ad pretium lege Gracchi constitutum in modios: As Romanus respondet novem denariolis nostratibus, et quod excurrit. Dextantem æquant, semidenario addito, nostrates septem denarii. Hoc erat lege Sempronia pretium in frumenti modios, plebi levissimum sane, sed ærario gravissimum, quod tanto magis premebatur, quanto magis levabatur plebis inopia. Itaque legi senatus diu multumque adversatus est, 'quod et ab industria plebem ad desidiam avocari putabat; et ærarium exhauriri videbatur.' Pro Sextio cap. 48. de Off. II. 21.

Lex nihilominus perlata fuit. Eam stetisse ad tempora Syllæ Lipsius existimat; negat Vinc. Contarenus; et, Graccho interfecto, statim abrogatam fuisse contendit. Neuter recte. Abrogatam legem ante Syllana tempora fuisse contra Lipsium ostendunt leges Apuleia et Livia, quibus Sempronia largitio revocatur. Non autem statim ab interfecto Graccho abrogatam, sed Octavia lege temperatam fuisse contra Contarenum Cicero testatur, de Off. II. 21. his verbis: 'Modica M. Octavii largitio; et reipublicæ tolerabilis, et plebi necessaria.' Contarenum decepit illud, quod ait Cicero in Bruto: 'M. Octavium auctoritate dicendi tantum valuisse, ut legem Semproniam frequentis populi suffragiis abrogaverit.' Quod non ita accipiendum, quasi abrogata omnino Sempronia lex Octavia lege fuerit. Illam correxit, non sustulit, Octavius: verum qua ratione istud præstiterit, cum nullum legis istius extet caput, obscurum est. Videtur statuisse Octavius vel majus pretium in singulos modios, pro annonæ caritate; vel, uti, cum populo frumentum venderetur, de pretio quo emtum esset remitterentur in modium semis et triens. M. Octavius tulit legem suam A. U. 633. quo anno fuit tribunus plebis. Pighius.

2. Anno post alia lex frumentaria promulgata, sed non perlata est; ejus auctor ignoratur: tribunum plebis fuisse puto: huic Marius, ipse tribunus plebis, intercessit, quod reipublicæ damnosa videretur. Plutarch. in Mario.

3. L. Apuleius Saturninus, seditiosorum omnium post Gracchos eloquentissimus, qui ab optimatibus defecerat ad plebem, et se ad C. Marium, et alios plebeiæ factionis principes applicuerat, tribunus plebis iterum, anno 653. legem frumentariam promulgavit, quæ Sempronia lege fuit etiam dissolutior. Hæc enim pretium, levissimum quidem, sed pretium tamen frumento dando statuebat; Apuleius vero tulit, ut, 'remissis semissibus et trientibus populo frumentum menstruum gratis distribueretur.' Huic legi intercessit Cæpio, qui per id temporis quæstor urbanus erat; docuitque senatum, ærarium pati non posse largitionem tantam. Lex non est perlata; et ejus auctor Saturniuus, ex senatusconsulto judicatus hostis reipublicæ, occisus est. Rhet. ad Herenn. I. 12. Pighius.

4. Legem Apuleiam Livia secuta est. M. Livius Drusus, tribunus plebis, anno 662. is qui jactabat in tribunatu, 'Nihil se ad largitionem ulli reliquisse, nisi si quis aut cœnum dividere vellet, aut cœlum,' ut plebis gratiam sibi conciliaret, tulit, 'ut Sempronia lex frumentaria valeret.' Sed legem hanc, ut Livias omnes alias, latore in magistratu occiso, senatus, Philippo consule referente, abrogavit. Liv. Epit. LXXI. Flor. III. 17. Ascon. ad Cornelianam.

A Drusi morte sociale bellum statim exarsit. Id excepit civile; immo multa civilia, quæ tam occupatum habuere populum Romanum, ut ne injecta quidem a tribunis fuerit mentio ullius largitionis. Ut autem, rebus compositis, injici non posset, fecit Sylla, qui cum invasisset rempublicam, tribunis omne jus legum ferendarum ademit. Eo consilio, turbarum ac seditionum extinctæ sunt faces, quæ tamen Sylla mortuo anno 675. statim revixere, cum plebs niti cœpit ut tribunitia potestas in integrum restitueretur. Res fuit per multos annos magnis contentionibus jactata; consulibus strenue tuentibus senatusconsultum, quo acta Syllæ confirmabantur; plebe vero summa vi pugnante, ne, spoliata præsidio tribunitio, potentium libidini subjiceretur. Sallust. Fragment. III. 8.

5. Tandem anno 680. tanto impetu plebs coorta est in patres, ut sustineri amplius non posset. Itaque consules ejus anni, C. Cassius et M. Terentius Lucullus, ut plebem delinirent; et ut rem integram in adventum Pompeii, qui tum in Hispania bellum cum Sertorio gerebat, si qua possent, rejicerent, frumentariam legem tulere: quo blandimento plebs quietem egit usque ad annum 683. quo anno Pompeius et Crassus consules tribunitiam potestatem in integrum restituerunt. Hæc est illa lex Terentia-Cassia, quam Cicero altero contentus nomine, quandoque Terentiam vocat. Frumentariam fuisse intelligitur ex eodem Cicerone, in Verr. I. 69. Ea lege Siculi dare tenebantur imperati tritici nomine octingenta millia modium, pro quibus sestertios quaternos in modium accipiebant.

Terentiam-Cassiam legis nomine appellari debere negat Hotomannus, et cum eo docti nonnulli; qui, quia sit de frumento ex sola Sicilia exportando, 'privilegium,' non 'legem' appellari debere contendunt. Affirmat Contarenus; non enim de solo frumento Siculo latam legem putat fuisse. Immo, inquit, illud de Siculo frumento, unum caput legis fuit, qua cautum præterea est, qui numerus frumenti, et quanti esset in aliis provinciis emendus. Et sane frumentum emtum aliunde oportuit; quandoquidem illa modiorum Siculi frumenti octingenta millia trium mensium cibariis non satis esse pote-

rant, uti infra declarabitur. Nisi forte præter emtum frumentum, partem etiam decumani distributam plebi fuisse dixeris: qua de re nihil habeo quod affirmem.

Legem Terentiam præcesserat sive mensibus, sive annis aliquot, (mihi enim non liquet) senatusconsultum de alteris decumis, quod sic habet : Omnis ager Siciliæ decumanus jam ante imperium populi Romani ipsorum Siculorum voluntate, et institutis fuerat, Cic. in Verr. I. 6. Cumque agrum illum fecisset victoria publicum populi Romani, Siculis est redditus, ita tamen, ut, præter septem civitatum, eadem conditione esset, qua antea fuerat; id est, ut decumas gratuitas penderet, non, ut olim, regibus suis, qui nulli jam erant, sed reipublicæ. Hæ sunt primæ decumæ, quæ a Cicerone appellantur. Cum vero annonæ difficultate Urbs premeretur, senatus decreto Siculi tantum frumenti dare coacti sunt, quantum ex primis decumis fuisset.

Hæ sunt alteræ decumæ, quæ non erant tamen gratuitæ, uti primæ ; nam pretium his decumis constitutum erat in modios singulos sestertii terni, qui aratoribus persolverentur. Cic. ibid. cap. 69. Ceterum videtur senatus non, nisi temporibus reipublicæ cogeretur, decrevisse ut alteræ decumæ exigerentur. Ibid. cap. 16. Nollem hoc de alteris decumis senatusconsultum omisisset Vinc. Contarenus, scriptor alioquin in hoc argumento de re frumentaria non mediocri diligentia versatus.

6. Legem Terentiam post aliquot annos, id est, anno 691. excepit senatusconsultum Catonianum ; sic dictum, quia factum est in Catonis sententiam. Suasit vir ille ad disturbanda perniciosa Cæsaris consilia, ut, quando superioribus annis frumentariæ largitionis beneficio discussæ turbæ, et tranquillitas reipublicæ reddita fuisset; eodem remedio Cæsaris conatibus obviam iretur ; occupatique animi panperiorum hoc munere senatui reconciliarentur : quo facto Cæsaris spes in ventos abiere, nec moliri quicquam ausus est. Distributum est ergo plebi frumentum menstruum ; quæ accessio fuit ad reliquos sumtus reipublicæ quingentarum quinquaginta myriadum, inquit Plutarchus in Cæsare, seu ducenties vicies sestertium, (Gall. 2,200,000. *liv.*) vel millium ducentorum quinquaginta talentorum, seu trecenties sestertium, (Gall. 3,000,000. *liv.*) ut idem scribit in Catone ; nam variat Plutarchus in summa.

Hujus rei culpam in librarios derivat Rualdus Animadv. XXII. et jubet, ut et Contarenus, illic legi ἑπτακόσιαι, *septingentæ*, pro τῷ πεντακόσιαι, *quingentæ*, quod est in vulgatis. Idem Rualdus dum Plutarch. ibid. criminis unius absolvit, eundem alterius postulat, imperitiæ nimirum, vel saltem negligentiæ. Ex eo enim quod annonarii hujus senatusconsulti plane non meminit Asconius, in Pison. sed a Gracchana lege desilit statim ad Clodiam frumentariam, contendit contra Plutarchum vir eruditus illud non viguisse, sed eodem quasi momento et factum et abrogatum fuisse. Respondetur Rualdo non itidem memorari ab Asconio leges Octaviam, Apuleiam, et alias quas supra recitavimus; quæ nihilominus perlatæ sunt. Atque ideo argumentum ex Asconii silentio contra senatusconsultum Catonianum non recte assumi. Præterea satis habuit Asconius ad rem præsentem afferre legem principem, hoc est Gracchanam, a qua, seu fonte, deinceps frumentariæ leges maxime populares derivatæ sunt, ut ostenderet, quasi facta utriusque comparatione, Gracchum, hominem maxime et popularem et perniciosum,

in his ipsis rebus superatum fuisse a P. Clodio. Astipulatorem habet Rualdus Dacerium; nos Contarenum, qui rebus attente perpensis firmiora esse argumenta pronuntiat, quæ pro senatusconsulti diuturnitate afferuntur.

Ex ejusdem Plutarchi verbis alia suboritur quæstio; an, cum senatusconsultum illud factum est, et lege Sempronia frumentum etiam aliquod distribueretur. Sunt qui affirment, sunt qui negent; et graves utroque trahunt auctoritates. Verum eo inclinat animus, ut credam largitionem aliquam antea fieri solitam fuisse, et Catonem voluisse ut illa fieret amplior: hoc est, ut plures e plebe, qui expertes hujus erant largitionis, (sic enim interpretor ἀνέμητον ὄχλον apud Plutarchum) frumentum menstruum acciperent. Unde cum augeretur numerus eorum quibus frumentum daretur, facta fuit illarum 750. myriadum accessio ad alios sumtus; non eos quosvis qui fiebant in republica, sed privatim ad eos qui antea fiebant pro largitione frumentaria. Non enim mihi fit verisimile plebeculam hisce largitionibus toties et tamdiu inescatam, iis æquo animo caruisse, quo tempore illi maxime erant necessariæ; tum quia prisca illa parsimonia erat obliterata; tum quia ex opulentorum luxu, longe majus erat quam antea, pretium rerum omnium quibus vita retinetur.

7. Venio nunc ad legem Clodiam frumentariam, quam tulit P. Clodius, ille Ciceronis inimicus, in tribunatu A. U. 695. Meminit Dio lib. XXXVIII. his verbis: 'Clodius frumentum gratis rursus divisit. Tulit enim, Gabinio jam et Pisone consulibus, ut frumentum pauperibus daretur.' Ex his Dionis verbis contendit Contarenus legem Clodii frumentariam fuisse duplicem. Nam *αὖθις, rursus*, inquit ille, legem posteriorem significat. Ergo alia prior fuit. At docti melius, qui legem Clodii largitricem unicam agnoscunt. In hoc decipitur Contarenus, quod jungit *τὸ rursus τῷ divisit*, quod jungendum erat *τῷ gratis*. Gracchus dederat frumentum semissibus et trientibus in modios. Remiserat semisses et trientes Apuleius, et gratis dederat. Apuleia lex perlata, Cæpione intercedente, non fuerat. Restituit eam Clodius, et dedit, id est, dandum tulit *rursus* gratis. Hanc Clodii legem Cicero multis locis impugnat, ut perniciosam et pestem ærarii, si quidem ea lege quinta prope pars vectigalium tolleretur. Vide pro Sextio, cap. 25.

Clodia lex viguit omnium diutissime. Cum enim reliquæ ad breve spatium temporis fuerint ratæ, hæc, ad tria secula, fixa et firma perseveravit. Causa fuit ambitio, mater civilium bellorum. Dum nemo principum parem ferret, nedum priorem, servierunt omnes plebi miseris modis; et populi gratiam, reipublicæ incommodis, aucupati sunt. Hinc non ausus est quisquam verbum unum facere de Clodia lege abroganda. Præterea cum respublica redacta fuit in unius potestatem, Cæsar rerum potitus, et qui Cæsarem secuti sunt imperatores, animadverso quantum esset momentum in hujusmodi largitionibus ad plebis animos sibi conciliandos, largiri perseveraverunt. Neque in frumento menstruo dividendo stetit eorum liberalitas; sed certam etiam pecuniam, tunicas, porcinam, oleum, vinum plebeculæ diviserunt. Sed ista non sunt hujus nostri instituti.

VII. Hactenus de initiis frumentariæ largitionis, et de legibus ad eam pertinentibus: sequitur ut disputem de modo frumenti, seu de numero modiorum qui dabantur. Gracchum, qui primus de stata ac perpetua frumenta-

tione legem tulit, de modo etiam frumenti, quod daretur, cavisse verisimile est: sed quanta fuerit hæc menstrua largitio nemo omnium, qui extant, veterum scriptorum, ut opinor, prodidit. Itaque tentandum an rem assequi conjectura possimus. Servis singulis cibaria per hyemem tritici modios menstruos quatuor attribuit Cato, de Re Rustica cap. 56. per æstatem, quatuor et semis. 'Servi,' inquit Donatus in Phorm. I. 1. 9. 'quaternos modios frumenti accipiebant in mensem; et id demensum dicebatur; utrum a mense, an a metiendo incertum.' Non sane a mense, sed a demetiendo fit 'demensum.' At illa inconstans, et incerta fuisse videtur attributio: nam ex Seneca, Epist. 80. 'Servus est, qui quiuque modios accipit.'

Fuit igitur menstruus servilis canon modiorum quatuor frumenti, aut quinque, si quando liberaliores erant domini: servos vero eos intelligo, qui ruri opus exercebant. Tot modiorum fuisse largitionem plebi factam mihi persuadet Macer, seu Marcius Licinius apud Sallust. Hist. Fragm. III. 10. Is enim in ea oratione quam in tribunatu habuit ad populum ibi, ubi Terentiam legem frumentariam elevat et explodit, sic ait: 'Absit periculum et labor, quibus nulla pars fructus est; nisi forte repentina ista frumentaria lege munia vestra pensantur. Qua tamen quinis modiis libertatem omium æstimavere; qui profecto non amplius possunt [al. *prosint*,] alimentis carceris.'

Isthæc commemoratio de alimentis carceris injicitur oratorie magis ad invidiam, quam ad similitudinem. Nam lege XII. tabularum singulæ libræ farris in singulos dies vincto dabantur. A. Gellius XX. 1. Quod 'diarium,' quia servis etiam in ergastulo aut domo vinctis præbebatur, 'alimentum servile' apud Sallustium vocatur. Fragm. I. 6. Sed hæc exiguitas victus, qua mors tantummodo prohibebatur, nihil facit ad quinos modios, qui modus fuit Terentianæ largitionis.

Cogitanti Contareno videtur par fuisse constitutus lege Sempronia, fortasse etiam et senatusconsulto Catoniano, et lege Clodia modus frumenti quod daretur. Hic igitur stamus. Quinos modios singulis mensibus datos fuisse dicimus. Sed viritimne, an per familias? Si viritim; quini modii large præbebant uni homini menstrua cibaria, quandoquidem observatum est modium hominibus octo alendis in diem sufficere. Itaque modii quini victum diurnum dabunt quadraginta hominibus; seu, quod idem est, uni homini per quadraginta dies; at mensis est dierum duntaxat triginta. Sin autem modii familiis singulis quini assignabantur, ut inde paterfamilias non solum vitam suam, sed et conjugis ac liberum toleraret, fatendum est parce præbitum fuisse ad victum quotidianum, et rem tam parvam non 'absolvisse cura familiari;' ut ait Macer apud Sallust. III. 10. Sed ut largitionem per familias factam non credam, facit Sueton. in Jul. cap. 41. ubi sic ait: 'Cæsar rerum potitus, ex viginti trecentisque millibus accipientium frumentum e publico, ad centum quinquaginta retraxit.' Enim vero an tot familiarum millia acceperint? non sit verisimile. Neque tamen viritim datam puto, quod largius, quam par est, præbitum fuisset. Si conjectura uti licet, quod tamen in re tam obscura necesse est, credam, fœminis exclusis, mares solos, patrem dico, et natos, qui essent ætate militari, admissos ad istam largitionem fuisse, ita ut per capita frumentum quodammodo distribueretur, neque tamen, ut Licinius querebatur, 'absolveret cura familiari tam parva

res,' quæ quia minor erat alendæ toti familiæ, marito, inquam, et conjugi cum liberis, plebem ab industria ad desidiam non avocaret.

VIII. Ad frumentum publicum admittebantur cives Romani tenuiores, sive ingenui essent, sive libertini, sive nobiles, sive obscuri, dummodo Romæ domicilium haberent. De tenuioribus non est quod dubitemus. Accepisse nobiles et consulares discimus ex Cicerone, qui, lege lata Sempronia, Pisonem Frugi, consularem hominem, ad accipiendum frumentum venisse ait. Tusc. III. 48. Quod Gracchus cum videret, non objecit Pisoni avaritiam indignam viro consulari; quod sane fecisset, si a publico frumento civem nobilitas arcuisset. Quærit ab eo tantum, qui sibi constet, cum ea lege frumentum petat, quam dissuaserat.

Eorum, qui frumentum caperent, nomina descripta in album referebantur. Dio, lib. XXXIX. Et ut ne quis se obstruderet, singulis mensibus per eum qui frumento distribuendo præfectus erat, recensio ante largitionem fiebat in Campo Martio nominum eorum, quos fas erat capere frumentum. Ejus recensionis tabulæ conficiebantur, quæ in Æde Nympharum asservarentur. Cic. pro Milon. cap. 27. Sunt qui velint id per censores fieri solitum, et qui tabulas recensionis 'censorias' appellent. Casaub. ad Suet. Jul. cap. 41. Manut. ad Cic. ubi supra. Sed eos refellit Dio, ubi supra.

Ut fraudibus certius occurreretur, recensitis, et in album descriptis, singulis dabantur tesseræ, quas tesserario ostenderent frumentum accepturi. *Tessera* fit a Græco τέσσαρα, *quatuor*, quod haberet quatuor latera. Nam ligneum fuit frustillum, oblongum, vel alius cujusvis figuræ. Ejus latera inscriptum habebant nomen consulum, et civis ejus cui dabatur; diem mensis; et has literas SP. seu SPECT. id est, *spectata;* quo significabatur eam tesseram spectatam fuisse, veramque eam esse, et probatam. Vide Reines. Inscript. LX. class. V. Sunt tamen qui has literas interpretentur de gladiatoribus, qui spectati satis rude donabantur. Scbot. Nod. Cicer. II. 6. Tesserarum schemata exhibet Montf. Antiq. tom. 3. tab. 186.

IX. Jam ad numerum accipientium, hoc est, ad alias tenebras, pergimus. Censet Contarenus, certum et definitum non fuisse ante legem Semproniam; tum quia raræ et incertæ erant largitiones, tum quia nunc major, nunc minor frumenti numerus Romam advebebatur. Lege Gracchi, legibus Apuleia et Livia, de hac re cautum fuisse minime est dubitandum: at earundem legum beneficio quot acceperint, nusquam diserte significatum reperi: sed ex Ciceronis presso vestigio rem subodorari posse videor. Is, III. 30. orationem sic ad Verrem convertit: 'Imperas,' inquit, 'ut Agyrinenses decumas accipiant; Apronio dent lucrum, tritici medimnum XXXIII millia. Quid est hoc? Una civitas ex uno agro, plebis Romanæ PROPE MENSTRUA CIBARIA prætoris imperio donare Apronio cogitur!' Sic Tullius. Porro Romanæ plebis nomine aut intelligenda plebs universa, aut illa solum plebecula, quæ frumenti largitionibus alebatur. Plebs universa nullo modo intelligi potest. In Urbe enim omnium, quas sol aspiceret, maxime frequenti, quis non facile concedat illo ævo fuisse amplius quadringenta millia hominum de plebe?

Huic tantæ multitudini ducenta millia medimnum menstrua vix satis fore subducta ratione comperiemus, ut singulis tribuerentur tantum modii terni,

seu semi-medimnus. Qui numerus frumenti ab his triginta tribus millibus medimnum abest tam longe, ut nullo modo tam impudenti mendacio fucus fieri judicibus potuerit. Intelligenda igitur est apud Ciceronem plebs illa, seu plebecula, cui annona menstrua donata fuit lege Terentia eo triennio, quo Siciliam Verres administravit. Porro Agyrinenses Apronio XXXIII millia medimnum donare coacti sunt, ' plebis Romanæ prope menstrua cibaria,' inquit Cicero: sed hoc verbum *prope*, cum addit, oratorie imminuit modum frumenti quod donabatur menstruum, ut furtum Verris tanto magis angeat, quo propius ad illum ciborum menstruorum modum accedat. Hæc est, ni fallor, mens Contareni, quem Grævius, quia non eam assecutus est, male reprehendit, ad lib. III. Accus. pag. 57.

Ciceronem igitur habemus auctorem triginta tria millia medimnum donata fuisse Romanæ plebeculæ lege Terentia, atque illa *prope* satis fuisse ad cibum plebis menstruum: ita ut si ad illa XXXIII aliquot millium medimnum accessio fiat, numerum medimnum alendæ plebi necessarium habituri simus. Hac igitur quasi face prælucente progrediamur conjecturis quam minime audacibus.

Imminuit orator modum frumenti ad crimen augendum; nos eum amplificemus, et producamus vel ad L millia medimnum; ita ut ad illum Ciceronianum numerum fiat tertiæ partis, hoc est, septemdecim millium accessio; quæ sane gravior ei non videbitur, qui tantisper attenderit ad illud oratoris artificium quod proposui. Medimna singula modios Romanos capiunt sex. Ergo quinquaginta medimnum erunt trecenta modium millia; quæ sufficiunt hominum sexaginta millibus alendis, ut modus frumenti fuerint in singulos modii quini. Aut igitur hæc ipsa, aut circiter, mea quidem sententia, hominum multitudo lege Terentia publicum frumentum accepit. At senatusconsulto cujus auctor fuit M. Cato, Contarenus, admissa ad frumentationem fuisse hominum millia circiter centum, conjicit ex sumtu, quem factum quotannis in eam rem tradit Plutarch.

Clodia lex remisit semisses et trientes, sed accipientium non auxit numerum, qui postea, cum per seditiones et bella civilia plurimi irrepsissent nullo jure in has largitiones, adeo crevit, ut esset A. U. 707. tercentum viginti millium; quem Cæsar, recensione facta, retraxit ad centum quinquaginta millia. Sueton. in Jul. cap. 41. Hunc numerum Augustus produxit ad ducenta hominum millia. Ex Monum. Ancyr.

X. Pulsis regibus, procurationem rei frumentariæ, seu annonæ, id est, curam emendi frumentum in provinciis, et Romam mittendi, suscepit senatus. Mox ædilibus plebis hæc reipublicæ pars mandata est; semel extra ordinem ad L. Minutium, deinde ad ædiles curules translata, diuque gesta præclare; fortasse usque ad legem Terentiam. Sane constat ex Asconio, Argum. in Cornel. septennio post eam legem prætorem de majestate curam gessisse frumenti publici.

Lege Clodia Sex. Clodio homini impurissimo procuratio frumenti, quod uspiam fuit, tradita est. Cic. pro Dom. cap. 25. Eidem erepta anno sequenti, et Cn. Pompeio extra ordinem toto orbe terrarum in quinquennium est delata. Africa capta A. U. 709. Julius Cæsar jussit viginti myriades, id est, ducenta millia medimnum frumenti ad alendum populum Roma-

num advehi; et olei librarum myriades ccc. id est, tricies centena millia; duosque curatores, et totidem Cereales ædiles instituit, qui hoc frumentum Romam advehendi, et populo distribuendi curam haberent. Dio, lib. XLIII. Annonæ procuratio ad consules etiam pertinuisse videtur ex eo, quod, cum inopia laboraretur A. U. 315. tribuni consulum negligentiam accusarint, quasi eorum culpa accidisset, ut populus fame premeretur. Liv. IV. 12.

XI. Dum stetit respublica, iidem ferme, qui annonam procurabant, ædiles sive plebis, sive curules, frumentum populo distribuerunt. At Gracchus ipse præfuit, aut saltem affuit, ut patet ex Cicerone, Tusc. III. 20. cum ejus lege frumentum plebi daretur. Post legem Terentiam verisimile est prætorem, ut gerebat curam frumenti advehendi, ita etiam illud distribuendum curasse. Pompeius, extraordinaria annonæ præfectura ornatus, frumentum etiam donavit.

XII. Jam dixi frumentarias Romanorum provincias fuisse primum Italiam; maxime vero Etruriam. At A. U. 262. cum annonæ caritas esset summa ex incultis agris per secessionem plebis, missi qui frumentum compararent non modo hinc in Etruriam, illinc per Volscos, usque ad Cumas; sed quæsitum in Sicilia quoque: unde vis magna frumenti advocata est, partim coëmti, partim a Gelone Syracusarum tyranno dono accepti. Liv. II. 34. Dion. Hal. VII. 1.

Aliquanto post subacta Sicilia, ingentem frumenti numerum aut decumarum, aut emtionis nomine, quotannis Romam misit. Deinceps domita Africa, pendit et ipsa victrici reipubl. vectigal annuum frumentum. Denique, ut quæque provincia, ferax frumenti, Romanorum ditioni subjecta est, statim nutrix pro sua parte facta est plebis Romanæ. Harum præcipuæ fuerunt Sicilia, Africa, Sardinia, Hispania, Bœotia, Macedonia, Chersonesus, Asia, Syria, Ægyptus; e quibus omnibus, si Ægyptum excipias, quæ non, nisi post funus reipublicæ, provincia ab Augusto facta est, frumenti maximus numerus Romam advectus est, aut publici ex vectigalibus, aut senatusconsulto emti, aut privatim a mercatoribus. Harum provinciarum meminit Cicero lib. I. in Verr. passim; et pro leg. Man. cap. 12. ubi Siciliam, Africam, Sardiniam, tria fuisse testatur frumentaria subsidia reipublicæ.

Diximus quantum frumenti numerum Sicilia suppeditaret. Africani frumenti modum statuere non ita promtum est: nam, quod ait Plutarchus in Cæsare, Cæsarem Africano bello confecto reversum, in concione fuisse gloriatum, se regionem subegisse tantam, ut ex ea quotannis populus Romanus præter olei pondo tricies centena millia, percepturus esset frumenti ducenta millia medimnum Atticorum, hoc est, duodecies centena millia modiorum Romanorum, id nos in eo constituendo leviter adjuvat. Cui enim persuadeatur tam exiguum vectigal ab Africa universa, feracissima regione, exactum fuisse? Aut igitur in referendo dicto Cæsaris lapsus est, ut sæpe in rebus Romanis scribendis, homo Græcus; aut hæc de quibusdam tantum Africæ civitatibus, ut vult Contarenus, accipienda sunt. Neque nobis prælucet in re tam obscura Josephi locus ex oratione Agrippæ ad Judæos, (De Bello, II. 16.) qua eos a bello contra Romanos suscipiendo dehortatur. In ea rex ille affirmat Africam octo mensibus populum Romanum alere; Ægyptum quaternis. In quo suæ causæ magis, quam veritati, eum servire apertum est.

Si enim ita se res habuerit, nihil frumento tanto ex tot aliis provinciis importato opus fuerit. Importatum tamen fuisse ex supra memoratis provinciis constat ex Plinio, XVIII. 7. Aliis etiam argumentis refelli possit Agrippa. Sed quia ista magis ad Imperatorum, quam ad reipublicæ tempora pertinent, supersedeo de ea re plura loqui.

Addam coronidis vice, largitiones non modo per senatum aut magistratus, sed per privatos etiam homines aliquando, præsertim testamento factas fuisse; ut suspicari licet ex Horatio, Sat. II. 3. 84. Neque frumentum solum, sed et oleum etiam populo donatum. Memoratur Ciceroni de Off. II. 17. M. Seius, ædilis curulis A. U. 679. qui, ad ineundam a populo gratiam, revocavit longo intervallo veterem annonæ vilitatem de suo, et asse modium populo dedit. Idem ille M. Seius olei quoque denas libras, rem hoc ævo prope incredibilem, singulis assibus præstitit populo Romano, per totum annum. Plin. XV. 1.

M 338